This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`





600094262T

ANIMADVERSIONES

VARIORUM

CRITICÆ ET EXEGETICÆ

IN

ARISTOTELIS

DE RHETORICA

LIBROS TRES.



OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCXX.

291. e 173. b

ANIMADVERSIONES VARIORUM

AD

LIBRUM PRIMUM

RHETORICORUM ARISTOTELIS.

RHETORICE Aristotelis accommodata est ætati, qua interfuit oratoris auditorum animos flectere, iisque argumentatione persuadere, honestum esse aliquid aut utile aut justum. Hoc enim persuadere significat; sententiam auditoribus argumentando probare, non animos malis artibus captare. Contra, cujusmodi erant rhetores, quos Aristoteles capite primo reprehendit, quique disciplina sua, præter rationem conformandæ orationis, ejusque partium collocandarum, nihil exponerent; pæne ejusmodi sunt seriores artis magistri, ut Hermogenes aliique, qui in describendis orationis partibus et in ponendis præceptorum exemplis maxime versantur. Neque absonum id erat a rationibus temporis. Cum enim tota liberarum civitatum administratio ab eo suspensa esset, quod civibus placeret et persuaderi posset: postea libertate et αὐτονομίᾳ ademta non nisi in eo oratoribus opera fuit ponenda, ut in corona civium, orationes audire assuetorum, de re quadam bene dissererent (ἐπιδείξεις,) atque in judiciis clientium caussam tuerentur. Auditoribus vero ut placerent dicentes, conformatione et ornatu orationis magis quam vi argumentorum efficere poterant. In judiciis idem conducebat, magis tamen accurata caussarum partitione et definitione orator juvabatur. Hæc igitur tractantur ab illis rhetoribus. Inter utramque hujus disciplinæ methodum quasi mediam viam videtur tenere auctor Rhetoricæ ad Alexandrum, quæ perperam, ut opinor, Aristoteli tribuitur. Recentiori vero ætate quæ habentur orationes, in iis id fere agitur, ut edoceantur auditores. Cumque v. c. concionatores sacri, qui ad agendum auditores excitant, ipsa morum doctrina vetentur in utilitate, jucunditate, et laude facinorum maximam partem morari: docent magis, quid faciendum sit,

quam persuadent animis. Quanquam oratores excipio politicos in quibusdam, quæ hodieque sunt, civitatibus liberis. Atque ita effectum est, ut rhetoricis recentiorum libris prope sola bene dicendi et scribendi præcepta contineantur, et dicendi scribendique genera diversa ex doctrina pulchri æstimentur. Itaque inter hanc et Aristoteleam disciplinæ rationem multum differt.

Seriores illi Græcorum rhetores, ut dixi, potissimum ostendebant, quomodo procemium aut epilogus conformandus esset; et cum paullo longius de enarratione et probatione disputarent, hac ratione simul locum de inventione argumentorum quadamtenus tractabant. Aristoteles contra statim in principio operis declarat, persuasionem et probationem omnino propositam esse arti oratoriæ; atque eo, quæ præcipit, omnia referuntur. Quæ igitur ad persuadendum pertinent, integris duobus libris exponit, ita ut L. I. c. 1—3. propositum significet, c. 4.—L. II. c. 19. de materia argumentorum, ut de utilitate, honestate, de perturbationibus animi et de affectionibus hominum externis, quantum huc pertinebat, et quantum oratores iis juvarentur, disputet, et L. II. c. 19—26. de ipsa probationis argumentationisque ratione præcipiat. Libro tertio denique de conformatione et ornatu orationis dicit.

Ejusmodi libros, in quibus Aristoteles ea, quæ philosophia continentur, consulto non subtiliter exposuit, patet, inter esotericos libros numerari non posse, qualemcunque statuas librorum Aristotelis exotericorum esotericorumque vim et discrimen esse: quanquam ea res multis adhuc difficultatibus obsepta est, quæ non sunt hujus loci. VATER.

ἀντίστροφος.] *Rhetorica dialecticæ ex altera parte respondet* &c. Procemio utitur, non extrinsecus petito, ut Plato, et eum secutus Cicero, solet, et ut hunc quoque ipsum in iis libris, quos *ἐξωτερικοὺς* vocabat, interdum facere solitum Cicero libro quarto epistolarum ad Atticum scribit: sed connexo ac cohærenti cum iis rebus, de quibus explicaturus est, ut in Ethicis ad Nicomachum, in Physicis, in libris de Sapientia, et aliis. Videtur autem hoc procemium quatuor præcipuis partibus contineri. Quarum in prima docet, permagnam esse Rhetorices cum Dialectica similitudinem, quasique germanitatem. In secunda ostendit, ut ceterarum rerum, ita et dicendi artem quandam confici posse. In tertia, veteres dicendi magistros, et eos quoque, qui tum ejus se artis doctores profitebantur, in quibusdam levibus, et nugatoriis rebus, et ipsius artis accessionibus, quasique appendicibus occupatos, ea omnia, quæ vere ad artem pertineant, et in quibus vis ac robur ipsius positum est, omisisse. Postremo, quia nonnulli Rhetoricam criminabantur, ut quæ multorum malorum et

privatim, et publice effectrix esset; demonstrat, injuste atque immerito id fieri; neque iccirco vituperandam artem, quod ea nonnulli ad hominum perniciem abuterentur: cum præsertim magnas utilitates, si quis ea recte utatur, adferat; multisque nominibus dignissima sit, in qua plurimum operæ ac studii collocetur. Cicero 1. de Invent. initio. Hæc prope omnia necessario tractanda fuerunt principio horum librorum propter Platonem. Plato enim cum Dialecticam mirabiliter extulisset, Rhetoricam contra depresserat, abjecerat, omnique dignitate spoliaverat: cum eam adulationis particulam quandam esse diceret, neque alio loco habendam, quam artem coquorum. Ac de Dialectices quidem laudibus, multa sunt in Parmenide, in quibus illud, nisi qui se in ea diligenter exercuerit, nunquam ad veritatis cognitionem perventurum, et lib. 7. de Repub. ait, eam, ὥσπερ θριγκὸν τοῖς μαθήμασιν ἐπάνω κεῖσθαι, id est, *quasi pinnaculum quoddam, et fastigium in summo disciplinarum positam esse: neque ullam esse ea superiorem.* De Rhetorica vero nota sunt illa in Gorgia, ἐμπειρίαν τινὰ εἶναι καὶ τριβὴν, ἀλλ' οὐ τέχνην. Et ἀντίστροφον εἶναι τῇ μὲν ἰατρικῇ δικαιοσύνην, τῇ δὲ ὑποποιητικῇ ῥητορικήν. Quo respiciens Cicero in magna laude Isocrati ponit, quod Plato exagitator omnium Rhetorum, hunc miretur unum. Ne quem igitur a Rhetorices studio Platonis revocaret auctoritas, ei statim a principio occurrere Aristoteles voluit, his verbis: ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφός ἐστιν, οὐ τῇ μαγειρικῇ, ὡς φησι Σωκράτης παρὰ Πλάτωνι, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ κατ' αὐτὸν τὸν Πλάτωνα ἁπασῶν τῶν τεχνῶν ἀκροτάτῃ καὶ προφερεστάτῃ διαλεκτικῇ. *Rhetorica æqualis, quasique gemina est, non arti coquinæ, ut apud Platonem ait Socrates, longe id quidem a vero abest, sed ei, quæ ipsius Platonis judicio summum ac principem locum inter omnes artes obtinet, Dialecticæ.* Hæc Aristotelis hoc loco sententia est: hæc causa, cur hinc potissime sibi exordiendum putaverit. Sed quoniam vox ἀντίστροφος negotium hac tempestate exhibuit hominibus eruditissimis, de vi ac potestate illius paulo mihi plura dicenda sunt, ne quid, quod ad horum librorum intelligentiam pertineat, quantum quidem a me præstari poterit, omittatur. Ἀντίστροφα igitur dicuntur, quæ non plane quidem eadem sunt, sed tamen inter se pro proportione respondent. Sic non male dixerit aliquis, radicem in arboribus esse ἀντίστροφον ori animalium; quod ut animalia ore, sic arbores radicibus sumunt, quo alantur. Sic oculum dicamus licet ἀντίστροφον menti; quod enim est animo mens, id oculus est in corpore. Sic Plato septimo de Repub. τὴν μουσικὴν ait esse ἀντίστροφον τῆς γυμναστικῆς: quoniam quod efficit in corporibus gymnastica, idem præstet in animis musica. Et in eodem libro, juvenum animos exercendos esse ἀντιστρόφως τοῖς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις. Sic Aristoteles quarto

πολιτικῶν, e quatuor oligarchiæ generibus, id quod postremo loco posuerat, ait esse ἀντίστροφον τῇ τυραννίδι ἐν ταῖς μοναρχίαις, καὶ τῇ τελευταίᾳ ἐν ταῖς δημοκρατίαις. Et in eodem libro, id tyrannidis genus, quod omnium pessimum est, ἀντίστροφον εἶναι τῇ βασιλείᾳ. Ergo aut eundem locum, aut eandem, aut certe comparem vim obtinent ἀντίστροφα, sed non in iisdem: suntque partim similia, partim dissimilia. Atque hoc divinitus expressit Plato in Gorgia, qui cum dixisset τῇ ἰατρικῇ ἀντίστροφον εἶναι τὴν δικαιοσύνην: statim addidit: ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ὅμως δὲ διαφέρουσί τι ἀλλήλων, ut jam ex Platone dicamus, ἀντίστροφα εἶναι τὰ ἐπικοινωνοῦντα μὲν ἀλλήλοις, ὅμως δὲ διαφέροντά τι ἀλλήλων. Sic Plutarchus in commentario, πῶς δεῖ τὸν νέον τῶν ποιημάτων ἀκούειν, ait Poëticen ἀντίστροφον εἶναι τῇ ζωγραφίᾳ: quod illa quidem sit, ut Simonides dicebat, vocalis pictura, hæc autem quasi muta quædam et tacita poësis. Sic in Categoriis duplum et dimidium, dominus et servus, et similia, dicuntur ἀντιστρέφειν: quod ut duplum dimidii duplum est, ita dimidium dupli dimidium: ut dominus servi dominus, ita servus domini servus. Sic libro primo Analyticorum ἀντιστρέφειν dicuntur enunciationes, quæ ordine tantum extremorum differunt: Ut, *quiddam jucundum est turpe: quiddam turpe est jucundum. Nihil quod optabile sit, turpe est, nihil quod turpe sit, optabile est.* Sic pæana πρωτοκαταρκτικὸν, ait Demetrius, ἀντίστροφον εἶναι τῷ καταληκτικῷ, quod temporibus pares cum sint, longam syllabam ille primam habeat, hic ultimam. Sic ἀντιστρέφειν dicuntur versus, qui etiamsi inversi legantur, versus esse non desinunt, ut ille Virgilii: *Musa mihi caussas memora, quo numine læso.* Erit enim et sic hexameter: *Læso numine quo, memora caussas mihi Musa.* In Odis Pindari, et in choris Tragicorum, itidem in choris Aristophanis, quæ ἀντιστροφὴ dicitur, ea τῇ στροφῇ, et numero et genere versuum, prorsus æqualis est. Ἀντιστροφὴν denique vocant Geometræ, ut auctor est Proclus lib. 3. comment. in primum elementorum Euclidis, cum duo problemata ita inter se affecta sunt, ut collocatione tantum partium differant, sitque quod in uno concluditur, alterius hypothesis, et contra. Quibus ex omnibus, aliisque ejusdem generis, liquido perspici potest, ἀντιστρόφου nomine aliud nihil, nisi æqualitatem quandam, indicari, ut, cum ait Aristoteles, τὴν ῥητορικὴν ἀντίστροφον εἶναι τῇ διαλεκτικῇ, significet, hanc illi quodammodo æqualem esse, eique, quod ait Cicero, *altera ex parte respondere:* quomodo et Alexander Aphrodisiensis exponit libro primo commentariorum in Topica. Neque enim ullo modo dissentit Cicero ab Alexandro, neque ullam harum partium repugnantiam ostendere voluit, cum dixit *ex altera parte*, sed hoc significavit, si quis ex una parte Dialecticam statuat, ex altera Rhetoricam, hoc est, si eas

inter se contendat ac comparet, fore, ut intelligat, esse alteram alteri æqualem. Hoc enim valet et apud Græcos ἀντὶ, et apud Latinos *ex altera parte*, pro quo interdum etiam dicimus, *contra*. Virgilius: *Carthago Italiam contra*, id est, e regione, ἐναντίον τῆς Ἰταλίας, ἀντικρύ: et ex Græco ἐναντίον fecit Propert. *inante: Si quis vult fama tabulas anteire vetustas, Hic dominam exemplo ponat inante meam.* Dicitur et pro eodem *ex adversum*. Terentius in Phorm. act. 1. sc. 2. et in Adelph. act. 4. sc. 2. *Ex adversum ei loco tonstrina erat quædam.* Imo vero ipsa vox, *contra*, sola ac per se posita, interdum significat ἀντιστροφὴν, ut, omnis homo est animal, sed non contra, ἀλλ' οὐκ ἀντιστρέφει, et æqualitatem. Plautus: *is amat, &c. Atticis, et illa illum contra, &c.* Idem: *Illic homo carus non est, amo contra.* Male autem Victorius putavit in his verbis explicandis Ciceronem ab Alexandro dissentire; et illis verbis, *ex altera parte*, repugnantiam quandam inter has artes indicari. Male etiam Majoragius ea ita accepit, ac si Cicero dixisset, non ex utraque parte respondere Rhetoricam Dialecticæ, sed tantum ex altera. Prorsus enim *ex altera parte* significat ἐναντίον, *e regione:* neque verius quidquam est, quam et totam Rhetoricen toti Dialecticæ, et instrumenta quibus utitur Rhetor, iis quibus utitur Dialecticus, altera ex parte respondere, ut e sequentibus magis intelligetur. MURETUS.

ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφος ε. τ. δ.] *Rhetorica est similis Dialecticæ.* Ita ad sententiam recte vertit Æmilius Portus. Id enim se hic dixisse, affirmat Aristoteles ipse c. seq. §. 7. Ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν. Ἀντίστροφα proprie dicuntur, quæ ex adverso locata similitudine quadam sibi mutuo respondent, quomodo in humano corpore primæ costæ, hinc a dextro, illinc a sinistro latere sibi occurrentes, ἀντίστροφοι, i. e. *sibi respondentes* nominantur, ut in commentario de partibus humani corporis p. 343. notavit J. Camerarius. Transfertur inde ad alia, proportione quadam inter se affinia. Unde IV. Polit. v. 4. et c. VI. §. ult. quarta oligarchiæ species tyrannidi et extremæ democratiæ, et c. X. 7. tyrannis regno dicitur ἀντίστροφος, propter similitudinem. Et Plutarchus in De audiendis Poetis c. xii. (p. 17. F.) poësin picturæ ἀντίστροφον esse scribit, quod sit poësis velut loquens pictura, pictura autem ex adverso sit quasi tacens poësis. Cicero in Or. ad Brutum c. 32. Græcam Aristotelis vocem in hunc modum Latine expressit: *Ante hunc*, Zenonem, *Aristoteles principio artis Rhetoricæ dicit illam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ —Ex altera parte* i. e. *e regione.* Si nimirum statuamus ab una parte Dialecticam, ab altera Rhetoricam, liquido deprehendemus ambarum convenientiam. Per Dialecticam porro hic

intelligitur illa Logicæ pars, quæ analyticæ opponitur, et ἐξ ἐνδόξων, i. e. iis quæ homines vel omnes vel multi approbant, sententias aut suas defendit, aut impugnat alienas. Comprehensa est ab Aristotele octo libris Topicorum. Analytica contra non ad hominum opiniones, sed ad rei ipsius naturam unice respicit, eamque ut est, et cur ita sit, ex veris, primis, et immediatis propositionibus cognoscere docet, nec opinionem, sed scientiam gignere satagit. Inter *opinantem* vero et *scientem* tantundem fere interest, quantum inter oculatum et auritum testem, quorum hic quod aliorum relatu accipit, ille quod coram vidit, pronunciat. Dialecticus ex eo quod receptum est, quod multi affirmant, et ob id verisimile est, notitiam suam accipit; at analyticus mentis oculum ad res ipsas convertit, et ex harum certis principiis scientiam suam haurit. Qui de Dialecticæ, Rhetoricæ, et Analyticæ differentiis luculentius quiddam legere cupit, adeat Philippi Scherbii de isthoc argumento tres disputationes, et Michaelis Piccarti Isagogen in lectionem Aristotelis c. iv. SCHRADER.

Locum, qui sequitur, ex Alexandri Aphrodisiensis Comm. in Topica Aristot. p. 4. non sine fructu legent studiosi juvenes: *τοιαύτην δ' οὖσαν αὐτὴν (διαλεκτικὴν) εἰκότως καὶ ἀντίστροφόν φησιν ὁ Α. εἶναι τῇ ῥητορικῇ, ἐπειδὴ κἀκείνη περὶ τὰ πιθανὰ, ἃ, τῷ ἔνδοξα εἶναι, καὶ αὐτά ἐστι τοιαῦτα· τὸ γὰρ ἀντίστροφον ἀντὶ τοῦ ἰσόστροφόν τε καὶ περὶ τὰ αὐτὰ στρεφομένην καὶ καταγινομένην λέγει. Οὐ γὰρ ὡς τῶν ἐπιστημῶν ἑκάστη, περί τι γένος ἀφωρισμένον οὖσα, τὰ οἰκεῖα ἐκείνῳ τῷ γένει καὶ καθ' αὐτὸ ὑπάρχοντα δείκνυσί τε καὶ λαμβάνει διὰ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἐκείνῳ τῷ γένει, οὕτως καὶ αὕτη· οὔτε γὰρ ἔν τι γένος τὸ ὑποκείμενον αὐτῶν ἑκατέρα, οὔτε περὶ οὗ ἂν τὸν λόγον ποιῶνται διὰ τῶν οἰκείων ἐκείνῳ, καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντων αὐτοῦ, δεικνύουσιν ἃ δεικνύουσιν, ἀλλ' ἤτε πραγματεία αὐταῖς περὶ κοινά. Διαλεκτικοῦ γὰρ ὁμοίως μὲν περὶ μουσικῶν, ὁμοίως δὲ περὶ ἰατρικῶν, ἔτι δὲ περὶ γεωμετρικῶν, φυσικῶν τε, καὶ ἠθικῶν, καὶ λογικῶν, καὶ περὶ πάντων τῶν προτεθέντων ἐπιχειρεῖν· αἵ τε γὰρ δείξεις ἐκ κοινῶν τε, καὶ ἐνδόξων, καὶ οὐκ οἰκείων τοῖς προκειμένοις. Οὐ γὰρ δι' ἰατρικῶν ἀρχῶν, ὁ διαλεκτικὸς τῶν κατὰ ἰατρικὴν τι δείκνυσιν· ἰατροῦ γὰρ τοῦτο· οὐδὲ διὰ γεωμετρικῶν, τὰ γεωμετρικά· ἦν γὰρ ἂν γεωμέτρης· ἀλλ' ἔστιν ἴδιον αὐτῷ, τὸ περὶ πάντων τῶν προτεθέντων δι' ἐνδόξων συλλογίζεσθαι. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἔνδοξα, ὀλίγον ὕστερον ἔσται γνώριμον. Καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ, εἰ καὶ μὴ περὶ παντὸς, ὁμοίως τῷ διαλεκτικῷ, ἀλλ' οὖν οὐδὲ αὐτὸς περὶ ἕν τι γένος ἀφωρισμένον· καὶ γὰρ περὶ ἰατρικῶν ὁ ῥήτωρ λέγει, καὶ περὶ φιλοσόφων, καὶ περὶ μουσικῶν, μάλιστα δὲ περὶ τῶν πολιτικῶν· δοκεῖ γὰρ τοῦ ῥήτορος οἰκεία ὕλη εἶναι ἡ ἐν τοῖς πολιτικοῖς τε, καὶ πρακτοῖς, καὶ περὶ ἁπάντων, περὶ ὧν ἂν λέγῃ, καὶ αὐτὸς ἐκ πιθανῶν τινων, καὶ ἐνδόξων τὰς ἐπιχειρήσεις ποιήσεται ὁμοίως τῷ διαλεκτικῷ· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἰς τὰ ἀντικείμενα ἐπιχειρεῖ, τὸ αὐτὸ ποτὲ μὲν καλὸν, ποτὲ δὲ οὐ καλόν· καὶ ποτὲ μὲν συμφέρον, ποτὲ δὲ μή· καὶ ποτὲ μὲν δίκαιον, ποτὲ δὲ μὴ, δεικνύς. Ὥστε κοινὸν αὐταῖς καὶ τοῦτο, τὸ, ὁμοίως πρὸς ἀμφότερα τὰ ἀντικείμενα ταῖς*

δυνάμεσι χρῆσθαι. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὰς ἐπιστήμας, εἰ καὶ γνῶσιν ἔχουσι τῶν ἀντικειμένων, ἀλλὰ σκοπός γε αὐτοῖς ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἕκαστον μέρος τῶν ἀντικειμένων ἀφωρισμένως τὸ βέλτιον· ἰατροῦ μὲν τὸ ὑγιάζειν, ἀλείπτου δὲ τὸ εὐεξίαν περιποιεῖν, ἄλλῳ δὲ ἄλλό τι ἀφωρισμένως, τὸ βέλτιον τῶν ἀντικειμένων τῶν περὶ ἃ πραγματεύεται. Καὶ γὰρ ἡ γνῶσις αὐτοῖς ἡ τῶν ἀντικειμένων, οὐ προηγουμένη ἀλλὰ ἑπομένη τῇ τούτων γνώσει· ἕπεται γὰρ τῇ τῶν ὑγιείας ποιητικῶν ἐπιστήμῃ καὶ ἡ τῶν νοσοποιεῖν δυναμένων γνῶσις· ὁ δὲ διαλεκτικός τε καὶ ὁ ῥήτωρ, ὁμοίως τὴν τῶν ἀντικειμένων δεῖξιν σκοπὸν ἔχουσι, διὸ καὶ δυνάμεις αὐτὰς καλοῦσι. Τὸ γὰρ κυρίως δυνάμενόν τι, τὰ ἀντικείμενα δύναται. Λέγουσι μὲν γάρ τινες αὐτὰς δυνάμεις καλεῖσθαί, διὰ τὸ ἐν δυνάμει τινι καὶ ὑπεροχῇ ποιεῖν τοὺς χρωμένους αὐταῖς· οἱ γὰρ πολλοὶ τοὺς τοιούτους τεθαυμάκασιν, ὡς πλέον τῶν ἄλλων δυναμένους, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δύνασθαι καὶ εὖ καὶ κακῶς αὐταῖς χρῆσθαι τοὺς ἔχοντας, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῶν ἀγαθῶν τὰ ὀργανικὰ δυνάμεις καλεῖσθαι. Ἀλλ' οὖν εἰ καὶ ταῦτα αὐταῖς παρακολουθεῖ, ἀλλὰ κυρίως εἰσὶ δυνάμεις, διὰ τὸ ὁμοίως τὰ ἀντικείμενα δύνασθαι· οὐδὲ γὰρ μᾶλλον ὁ διαλεκτικὸς, καθὸ τοιοῦτος, τόδε ἢ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ συλλογίζεται· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ. Κοινὸν γοῦν αὐταῖς, τό τε μὴ περὶ ἕν τι γένος ἀφωρισμένον πραγματεύεσθαι, καὶ τὸ δι' ἐνδόξων, καὶ πιθανῶν, καὶ μὴ δι' οἰκείων ἀρχῶν τῷ προκειμένῳ, καὶ τὸ ὁμοίως περὶ τὰ ἀντικείμενα ἀλλήλοις εἶναι· διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων, τῷ τὴν μὲν διαλεκτικὴν περὶ πᾶσαν ὕλην τῇ δυνάμει χρῆσθαι, καὶ μὴ διεξοδικοὺς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἀλλ' ἐν ἐρωτήσει τε καὶ ἀποκρίσει (ἀπὸ γὰρ τούτου μᾶλλον τὸ ὄνομα αὐτῇ,) καὶ καθολικωτέρας, καὶ κοινοτέρας τὰς ἀποφάνσεις ποιεῖσθαι· τὴν δὲ ῥητορικὴν, μήτε περὶ πᾶσαν ὕλην ὁμοίως εἶναι τῇ διαλεκτικῇ, περὶ γὰρ τὴν πολιτικὴν μᾶλλον ὁ ῥήτωρ, ὡς προείρηται, καὶ διεξοδικῶς γε ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον χρῆται τῷ λόγῳ, καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα μᾶλλον λέγει· πρὸς γὰρ τὰς περιστάσεις, καὶ τὰς τύχας τε, καὶ τοὺς καίρους, καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰ τοιαῦτα, τοὺς λόγους σχηματίζει, ἅπερ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστά ἐστι, περὶ τῶν τοιούτων γὰρ αἵ τε δίκαι, καὶ αἱ συμβουλαὶ, καὶ τὰ ἐγκώμια. Aristotelem respexit Aristides Quintilianus De Mus. I. p. 2. Διαλεκτικὴ δὲ καὶ ἡ ταύτης (sic) ἀντίστροφος, ψυχὴν μὲν ὤνησεν πρὸς φρόνησιν, εἰ μουσικῇ παραλάβοι κεκαθαρμένην. ubi vide Meibomium. Isocrates Or. ad Philip. p. 94. C. habet ἀντίστροφα τούτων. Plato Rep. VII. p. 522. A. μουσικὴ—ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς. ibid. p. 530. D. ἀντίστροφον αὐτοῦ. Sed X. p. 605. A. ποιητὴν—ἀντίστροφον τῷ ζωγράφῳ. De usu hujus v. consulatur etiam Theæt. p. 158. C. Phileb. p. 40. D. Legg. XII. p. 951. A. Clemens Alex. *Quis Dives* p. 936, 6. τῷ γὰρ ὑψουμένῳ καὶ μεγαλυνομένῳ ἀντίστροφος ἡ πρὸς τὸ ταπεινὸν μεταβολὴ καὶ πτῶσις. Strom. VII. p. 855, 25. οἱονεὶ γὰρ ἀντεπιστροφή τις ἐστὶ τῆς προνοίας ἡ τοῦ γνωστικοῦ ὁσιότης, καὶ ἀντίστροφος εὔνοια τοῦ φίλου τοῦ Θεοῦ. Schol. Platonis p. 196. Ἀντίστροφον ἀντὶ τοῦ ἰσόστροφον. Schol. ad Aphthonium in Montefalconii Bibl. Coislin. p. 595. πόσαι ῥητορικαὶ καὶ ποῖαι, καὶ ποίαν σὺν θεῷ μετερχόμεθα. εἰσὶν οὖν πᾶσαι πέντε. ἡ ἀντίστροφος τῇ φιλοσοφίᾳ, ἣν ἐχρήσατο Πυθα-

γόρας, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων. Εἰ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων πραγμάτων τοὺς λόγους ὡς φιλόσοφοι ἐποιοῦντο· ἀλλ' οὖν τινι πειθοῖ κεχρημένοι· καὶ τὸ ὁμολογημένον γὰρ χωρὶς πειθοῦς ἀποδεῖξαι ἀμήχανον. ἡ ἀντίστροφος τῇ πολιτικῇ, ἧς ἡγήσαντο Μιλτιάδης, Κίμων, Θεμιστοκλῆς. τούτων (f. τούτῳ) δὲ διαφέρει ἡ ἀντίστροφος τῇ πολιτικῇ τῆς ἀντιστρόφου τῇ φιλοσοφίᾳ, τῷ τὴν μὲν τῇ φιλοσοφίᾳ ἀντίστροφον περὶ τῶν καθόλου διαλαμβάνειν· τὴν δὲ τῇ πολιτικῇ ἀντίστροφον οὐχ οὕτως. ἡ ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. τούτῳ δὲ διαφέρει τῆς ῥητορικῆς ἡ διαλεκτικὴ, τῷ τὴν μὲν διαλεκτικὴν κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι τὴν ζήτησιν, τὴν δὲ ῥητορικὴν διεξοδικῶς περὶ τῶν πολιτικῶν διαλαμβάνειν πραγμάτων. ἡγήσαντο δὲ καὶ ταύτης Δημοσθένης τε καὶ Λυκοῦργος, καὶ ἄλλοι ῥήτορες. ἡ ἀντίστροφος τῇ συκοφαντικῇ, ἧς ἡγήσατο Ἀριστογείτων. ἡ ἀντίστροφος τῇ κολακευτικῇ, ἧς ἡγήσαντο Δημάδης καὶ Ἀριστόδημος. Vide etiam Victorium ad h. l. Wyttenbachium ad Plutarchi p. 17. Schneiderum ad Aristot. Polit. p. 245. Quomodo τὰ ἀντίστροφα et τὰ ἀντιστρέφοντα inter se differant, docet J. Scaliger, sub Yvonis Villiomari nomine latens, in Animadv. ad locos Controv. R. Titii III. 21.

1, 1. ἀμφότεραι γάρ.] *Ambæ enim quibusdam ejusmodi versantur in rebus.* Rhetoricæ et Dialecticæ similitudinem a solo hic arcessit objecto artis utriusque, quod sunt res omnes, quatenus illæ hominum omnium intelligentiæ atque assensioni sunt accommodæ, sive naturales illæ sint, sive morales, sive civiles, sive theoreticæ, sive practicæ. Præter objectum, alia quoque nonnulla ambæ hæ disciplinæ habent communia, quæ ex parte Rhetor noster indicat infra et cap. seq. SCHRADER.

1, 1. ἃ κοινὰ] Disserendi et dicendi ars in hujuscemodi rebus versantur, quæ a cunctis hominibus intelligi ac cognosci possunt, non tamen subtiliter acuteque ab illis, sed crasso modo, ac tamquam per caliginem perspiciuntur: γνωρίζει hic, nisi fallor, actionem non significat, sed πάθος potius, quomodo Attici scriptores sæpe loquuntur. VICTOR.

1, 1. Ἀφωρισμένης.] Arist. Elench. Sophist. I. 11. Νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὁ διαλεκτικὸς περὶ γένος τι ὡρισμένον, οὐδὲ δεικτικὸς οὐδενὸς, οὐδὲ τοιοῦτος, οἷος ὁ καθόλου· οὔτε γάρ ἐστιν ἅπαντα ἐν ἑνί τινι γένει, οὔτε εἰ εἴη, οἷόν τε ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἀρχὰς εἶναι τὰ ὄντα.

Ὥστε οὐδεμία τέχνη τῶν δεικνυουσῶν τινα φύσιν, ἐρωτηματική ἐστιν· οὐ γὰρ ἔξεστιν ὑποτερονοῦν τῶν μορίων δοῦναι· συλλογισμὸς γὰρ οὐ γίνεται ἐξ ἀμφοῖν. Ἡ δὲ διαλεκτικὴ, ἐρωτηματική ἐστιν. Εἰ δ' ἐδείκνυεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλὰ τά γε πρῶτα καὶ τὰς οἰκείας ἀρχὰς, οὐκ ἂν ἠρώτα· μὴ διδόντος γὰρ, οὐκ ἂν ἔτι εἶχεν, ἐξ ὧν ἔτι διαλέξεται πρὸς τὴν ἔνστασιν. Ἡ δὲ αὐτὴ, καὶ πειραστική· οὐδὲ γὰρ ἡ πειραστικὴ τοιαύτη ἐστὶν, οἵα ἡ γεωμετρία, ἀλλ' ἣν ἂν ἔχοι καὶ μὴ εἰδώς τις. Ἔξεστι γὰρ πεῖραν λαβεῖν καὶ τὸν μὴ εἰδότα τὸ πρᾶγμα τοῦ μὴ εἰδότος, εἴπερ καὶ δίδωσιν, οὐκ ἐξ ὧν οἶδεν, οὐδὲ ἐκ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑπομένων, ὅσα τοιαῦτά ἐστιν, ἃ εἰδότα μὲν, οὐδὲν κωλύει μὴ εἰδέναι τὴν τέχνην· μὴ εἰδότα δὲ, ἀνάγκη ἀγνοεῖν. Ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐδενὸς ὡρισμένου ἡ

πειραστικὴ ἐπιστήμη ἐστί. Διὸ καὶ περὶ πάντων ἐστί· πᾶσαι γὰρ αἱ τέχναι χρῶνται καὶ κοινοῖς τισι.

Διὸ πάντες καὶ οἱ ἰδιῶται τρόπον τινὰ χρῶνται τῇ διαλεκτικῇ, καὶ πειραστικῇ· πάντες γὰρ μέχρι τινος ἐγχειροῦσιν ἀνακρίνειν τοὺς ἐπαγγελλομένους. Ταῦτα δέ ἐστι κοινά. Ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἧττον ἴσασιν αὐτοί, κἂν δοκῶσι λίαν ἔξω λέγειν· ἐλέγχουσιν οὖν ἅπαντες· ἀτέχνως γὰρ μετέχουσι τούτου, οὗ ἐντέχνως ἡ διαλεκτική ἐστι· καὶ ὁ τέχνῃ συλλογιστικῇ πειραστικὸς, διαλεκτικός.

1, 1. ἀφωρισμένης.] *Nec ulla certa arte continentur*, sed ex omnibus fere disciplinis, artibus, ac scientiis petuntur, et ad dicendum adhibentur. SCHRADER.

1, 1. μετέχουσιν ἀμφοῖν.] *Quocirca et omnes quodammodo utriusque participes sunt.* Dialecticarum et Rhetoricarum materierum non capaces tantummodo omnes sunt, sed et easdem in disserendo et dicendo palam exercent. SCHRADER.

1, 1. πάντες γὰρ] Jamblichus Stobæi LXXIX. p. 471. Πάντες ἄνθρωποι χρῶνται τῷ διαλέγεσθαι, ἔμφυτον ἐκ νέων ἔχοντες τήνδε τὴν δύναμιν, καὶ μέχρι τινὸς, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον αὐτῆς μετέχοντες. Τὸ δὴ τῶν θεῶν δῶρον, οὐδένα τρόπον δεῖ προΐεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν μελέταις, καὶ ἐμπειρίαις, καὶ τέχναις αὐτὸ κρατύνειν ἄξιον. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον διατελεῖ χρησιμώτατον ὂν διαφερόντως, ἐν μὲν ταῖς ἐντεύξεσι προσομιλοῦν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας καὶ δόξας· ἐν δὲ ταῖς εὑρέσεσι τῶν τεχνῶν, τὰς πρώτας ἀρχὰς αὐτῶν ἀνευρίσκον· λογιζόμενον δὲ πρὸ τῶν ἔργων, ὅπως αὐτὰ χρὴ πράττειν· προγυμνασίαν δὲ καὶ πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας θαυμασίας οἵας μεθόδους παρεχόμενον. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ πρὸ τούτων ἐννοεῖν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν μόριον φιλοσοφίας, ἄνευ τοῦ κατὰ διαλεκτικὴν λόγου παραγιγνόμενον. Ἀλλὰ καὶ εἴ τι φυσικὸν δόγμα ἀνευρίσκομεν, λογικῶς αὐτὸ βεβαιούμεθα, καὶ ὅσα περὶ θεῶν σκεπτόμεθα, λόγος διαλεκτικός ἐστιν ὁ συγκατασκευάσας· ὅλως δὲ οὐδὲν οὔτε εἰπεῖν οὔτε ἀκοῦσαι δυνατὸν, ἀπαλλαγέντας τῆς μεθόδου ταύτης. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ μὴ χρῆναι διδάσκειν διαλεκτικὴν, διαλεκτικῶς ἐπιχειροῦντας δεῖ καταμανθάνειν, εἴτε οὖν ἐπιτηδευτέον, εἴτε μὴ διαλεκτικὴν ἀσκεῖν· καὶ γάρ ἐστιν ἄτοπον εἰ τὰ μὲν ἄλλα πάντα λόγῳ κρίνομεν, αὐτὴν δὲ ἀφήσομεν τὴν ἀκριβεστάτην τοῦ λόγου θεωρίαν· καὶ λόγῳ προέχοντες τῶν ἄλλων ζώων, καὶ τοῦτο ἐξαίρετον ἀγαθὸν κεκτημένοι τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε κατ' αὐτὸν ἐνεργήσομεν. κ. τ. λ.

1, 1. ἐξετάζειν—κατηγορεῖν] *Anquirere in alienam opinionem et suam tueri*, Dialecticæ; *defendere et accusare*, Rhetoricæ proprium munus est. SCHRADER.

Ὑπέχειν λόγον valet *sustinere quæstionem*, et quod dixeris contra studium adversarii verum esse tueri. Ut in Topic. init. αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες. Demosthenes tamen modum hunc loquendi in judicium transtulit, ac pro Ctesiphonte inquit ταῦτα ἀναμνήσω, καὶ τούτων ὑφέξω τὸν λόγον. VICTOR. Vide Budæi Comm. L. G. p. 173.

1, 2. Τῶν μὲν οὖν πολλῶν] Ad h. l. videtur Cicero respexisse De Orat. II. 8. *Etenim cum plerique temere ac nulla ratione*

causas in foro dicant; nonnulli autem propter exercitationem, aut propter consuetudinem aliquam, callidius id faciant, non est dubium, quin, si quis animadverterit quid sit, quare alii melius, quam alii dicant, id possit notare. VICTOR.

1, 2. εἰκῇ] *Temere*, i. e. nulla neque arte neque exercitatione prævia, sed solius naturæ ductu. Ἀπὸ ταυτομάτου id appellat §. seq. ἀτέχνως Soph. Elench. XI. 9. εἰκῇ, ὡς ἔτυχεν Hesych. *Ut fert natura* Terent. Andr. IV. 4. 56. *Fortuito* Cicero in Bruto c. 29. Nonnullorum nempe primi in dicendo conatus simulac audiuntur, approbantur. Gallicus interpres illud εἰκῇ vertit *par hazard*, Italus *a caso*. SCHRADER. In Xenoph. Œcon. II. 18. εἰκῇ opponitur γνώμῃ συντεταμένῃ—Τοὺς μὲν γὰρ εἰκῇ ταῦτα πράττοντας, ζημιουμένους ἑώρων, τοὺς δὲ γνώμῃ συντεταμένῃ ἐπιμελουμένους, καὶ θᾶττον καὶ ῥᾷον καὶ κερδαλεώτερον κατέγνων πράττοντας.

1, 2. Οἱ δὲ διὰ συνήθειαν, ἀπὸ ἕξεως] Ed. Isingr. οἱ δὲ διὰ συνήθειαν, καὶ ἀπὸ ἕξεως. Non male. Expressit idem Georgius Trapezuntius (ed. cum Averrhois paraphrasibus Venet. 1550, fol.) *exercitatione* ac *habitu*. Cicero de invent. proœm. *Ac si volumus hujus rei, quæ vocatur eloquentia*, sive studii, sive exercitationis cujusdam, sive facultatis a natura profectæ, *considerare principium, reperiemus*—. Vulgatum tamen defendi potest, si cum Victorio (v. Comment. pag. 5. ed Florent. 1579, fol.) post συνήθειαν distinguas. Cod. Accoramb. (p. 130.) et edd. Ald. (Rhet. Aldi p. 161.) Froben. (Basil. 1529, 4.) Riccobon. (Francof. 1588, 8.) Spirens. (1598, 8.) legunt: οἱ δὲ καὶ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως. Ed. Londin. (1696, 4.) ὑπὸ ἕξεως. BUHLE.

1, 2. Ἀμφοτέρως ἐνδέχεται] Ald. Bas. 1. 2. Isingr. Frob. Ricc. Spir. ἀμφότερα ἐνδέχεται. Idem sequi Hermolaum Barbarum in versione Latina, notavit Morelius. Ἀμφοτέρως e Codd. et Georgii Trapezuntii versione restituit Victorius. BUHLE.

1, 2. Ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρως ἐνδέχεται.] Sententia hæc declaratur: Quia potest intelligi, quid sit caussæ, cur et qui temere dicunt, et qui propter exercitationem, id assequuntur, quod volunt: inde colligi potest, qua via ingrediendum sit, ut idem assequamur. Enuntiatio, quæ sequitur: δι' ὃ γὰρ ἐπιτυγχ. ad protasin periodi quodammodo pertinet. Planius enim dixisset Aristoteles: ἐπεὶ ἀμφοτέρως ἐνδέχεται, καὶ, δι' ὃ ἐπιτυγχάνουσι ἀμφότεροι, τὴν αἰτίαν θεωρεῖν ἐνδέχεται· δῆλον κ. τ. λ. Cicero (de Or. II. 8.) quamvis eandem sententiam ex hoc fonte duxisse videatur Majoragio: tantum tamen abest, ut plane eadem proponat, ut alio transferat sententiam. Artis enim præcepta inveniri posse, Aristoteles inde colligit, quod utrique possint dicere, et caussa, cur possint, perspicua sit. Cicero contra id ex eo derivat, quod intelligi possit, cur alii aliis melius dicant, et quidem cur, qui propter exercitationem, callidius, quam qui temere id faciant.—Verior lectio ἀμφοτέρως auctoritate prisci Interpr. firmatur. In edd. vett. legitur ἀμφότερα. VATER.

1, 2. δῆλον—ἀδοποιεῖν.] *Constat fieri posse, ut hæc ad certam viam rationemque redigantur.* In Aristotelis nostri lectione passim omnium primo ad conclusionem quam demonstrare nititur, mox etiam ad principia, quæ illi probandæ admovet, est attendendum. Hic loci conclusio demonstranda est, *Rhetorica et Dialectica certa quadam arte comprehendi queunt.* Huic confirmandæ adhibet tria ista principia, tanquam hypotheses. 1. Experientia constat, esse, qui solius naturæ, vel etiam solius exercitationis beneficio, bene dicant disserantque. 2. Cur ambo illi, aut alterutri bene dicant disserantve, ejus effectus caussam sagax auditor observare potest. Cic. in Bruto c. 50. *Mihi cane, et populo, mi Brute, dixerim: ut qui audient, quid efficiatur, ego etiam cur ita efficiatur intelligam.* 3. Caussam cur opus aliquod recte efficiatur nosse et docere, artis est. Ars enim habitus est, recta ratione quidpiam efficiens, ut docetur Ethic. VI. 4. Metaphys. I. 1. *Eos qui artem tenent,* inquit, *quam eos qui experientiam habent sapientiores esse putamus—quoniam illi quidem sciunt caussam, hi vero minime. Experti enim sciunt quidem quod est, propter quid autem nesciunt.* Οἱ μὲν γὰρ ἔμπειροι τὸ ὅτι μὲν ἴσασι, διότι δ' οὐκ ἴσασιν. Οἱ δὲ, qui artem tenent, τὸ διότι καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσι. Ex his principiis recte fit hæc demonstratio: Cujus operis recte facti caussa perspici potest, ejus etiam ars quædam sive recta conficiendi ratio doceri potest. Atqui eorum, quæ vel casu vel consuetudine bene dicuntur disserunturve, caussa perspici potest. Ergo recte dicendi disserendique ars tradi potest. SCHRADER.

1, 2. ἀδοποιεῖν] Metaphys. I. 3. p. 8. προϊόντων δὲ οὕτως, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀδοποίησεν αὐτοῖς καὶ συνηνάγκασε ζητεῖν. Cic. de Div. II. 1. *Si optimarum artium* vias traderem *civibus meis.* VICTOR. BUHLE.

1, 2. Τὴν αἰτίαν θεωρεῖν] MSS. Victorii et Morel. vetus interpres Latinus, Georg. Trapezunt. ed Veneta (Barthol. Zanetti 1536, 8.) Camot. Majorag. τούτου τὴν αἰτίαν θεωρεῖν. BUHLE.

1, 2. Πάντες ἤδη ἂν] Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Victor. Majorag. ἤδη πάντες ἄν. BUHLE.

1, 2. Τὸ δὲ τοιοῦτον.] Argumentum hoc sumpsit Quintilianus, cum Rhetoricen artem esse probare volens, inquit, II. xvii. 42. *Qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem. Inartificialiter* autem appellavit, quod hic Aristoteles ἀπὸ ταὐτομάτου, et *artificialiter*, quod idem διὰ συνήθειαν vocavit, non valde venustis et elegantibus verbis, nec satis apposite rem ipsam exprimentibus: et Cicero etiam De Oratore. *Sed quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse.* VICTOR.

1, 3. τέχνας τῶν λόγων.] Libros de arte dicendi. Plato Phædr. p. 266. B. ἐν βιβλίοις τοῖς περὶ λόγων τέχνης γεγραμμένοις.

Idem paullo post nomina eorum recensuit, qui in hoc scribendi genere sese exercerent, et quos fortasse h. l. respexit Aristoteles. Sextus Empiricus adv. Math. II. 8. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν ἁπλούστερον παραδίδωσι τὴν ῥητορικὴν, τεχνὴν λόγων. Καὶ ζητουμένου πρὸς αὐτὸν ὅτι καὶ ἡ ἰατρικὴ τέχνη ἐστὶ λόγων ἰατρικῶν, ἀπολογούμενοί τινες φασὶν, ὅτι ἡ ἰατρικὴ τοὺς λόγους ἐφ' ἕτερόν τι ἀναφέρει τέλος, καθάπερ τὴν ὑγίειαν· ἡ δὲ ῥητορικὴ ἀντικρύς ἐστι λόγων τέχνη.

1, 3. Ὀλίγον πεποιήκασιν αὐτῆς μόριον] Petrus Victorius ad h. l. "*Vidi etiam in quibusdam* πεπορίκασιν· *quam scripturam* "vetus translatio *videtur sequi;* (hæc enim habet: *adepti* "*sunt.*) *In margine quoque antiquissimi libri varia hæc lectio* "*eadem manu adnotata est:* οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, πεπορίκασιν αὐτῆς "μόριον· *nec tamen repudiandam receptam lectionem censeo.*" Georg. Trapezunt. vertit: *parvam ipsius particulam adinvenerunt.* Legit igitur quoque πεπορίκασι. Edd. in πεποιήκασι conspirant. Pro αὐτῆς Ald. Bas. Ricc. Spir. habent αὐτοῦ. Casaub. in margine monuit, alios legere αὐτῶν. BUHLE.

Αὐτῆς μόριον scil. τῆς Ῥητορικῆς. Grammatice paullo durius id elicias ex verbis τὰς τέχνας τ. λόγων. Sed hæc sermonis negligentia sæpius in Aristotele reperitur. Nulla mutatione egemus. VATER.

1, 3. Αἱ γὰρ πίστεις.] Quintilianus quoque V. 8. de hoc queritur, quod ætatis suæ oratores hanc partem, in qua totos illos occupari oporteret, aut omnino relinquant, aut negligenter admodum tractent. *Pars altera probationum quæ est tota in arte, constatque rebus ad faciendam fidem appositis, plerumque aut omnino negligitur, aut levissime attingitur ab iis, qui argumenta, velut horrida et confragosa vitantes, amœnioribus locis desident.* Nec tamen vitio id fieri scriptorum artis docet, qui potiorem partem in artibus tradendis omisissent, sed ignavia oratorum, ac detrectatione laboris. VICTOR.

1, 3. Αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι μόνον.] Cum Oratores persuadendi caussa et rationes afferant, et affectus moveant, et mores suos amabiles præ se ferant, et res amplificent, et adversarios criminentur, et dictionis quoque ornatu animos ad assensum adducere conentur, ac multa alia, quibus finem suum consequantur, adhibere soleant, docet Aristoteles ex omni illo apparatu, si rem recte æstimes, solas rationes, quæ id, quod orator affirmat, demonstrent, artificiosas esse. Quæ assertio comparate intelligenda est, quod videlicet omnium maxime et potissimum a rationibus dependeat persuasio. Reliqua enim, quæ appendices hic dicuntur, simul tamen μόρια τῆς τέχνης, particulæ artis, ibidem appellantur, quæ excludi prorsus ab arte nequeunt. SCHRADER.

1, 3. Τὰ δ' ἄλλα προσθῆκαι] Sio e Codd. emendavit Victorius. Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. singulariter προσθήκη· quemadmodum in antecedentibus: αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι. BUHLE.

1, 3. σῶμα τῆς πίστεως.] *Fidei nervus* vertit Muretus, qui ῥῶμα legendum esse contendit. Cum autem hujus lectionis nec in Græcis codicibus, nec in vetustissimis duobus interpretibus Latinis, qui in memb. MSS. in Academiæ nostræ Bibliotheca asservantur, ullum exstet vestigium, retinemus merito omnibus libris vulgatam lectionem, σῶμα πίστεως, *corpus probationum*, qua voce per metaphoram enthymemata appellantur, quod ut robur in corpore est et in lacertis, non in externo ornatu, in casside, in plumis, aut armorum fulgore, quæ quidem terrere hostem possunt, sternere non possunt; ita præcipua vis persuadendi in rationibus ex ipsa re petitis consistit, non in illis ad judicem aut adversarium appendicibus. SCHRADER.

1, 3. Ὅπερ ἐστὶ σῶμα.] In Bipont. exemplo impressum est ἅπερ, quod vix Græcum est. Illud recte habet. Cum enim relativum, duobus nominibus eodem numero adhibitis interjectum, fere ad posterius accommodetur, ex analogia existimari debet, Græcos et Romanos, cum diversi numeri substantiva jungerent, eadem loquendi ratione usos esse. Eodem ducunt certiora pleraque hujus generis exempla. Vid. Cic. de Fat. c. 1. Verr. V. 55. Catil. II. 12. Jul. Cæs. B. Civ. II. 19. Nostro in loco etiam alia ratio suppetit. Ὅπερ potest intelligi, ut τοῦτο τὸ πρᾶγμά ἐστι σῶμα, quemadmodum L. III. c. 2. §. 7. μεταφορᾶς καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται.—Σῶμα τῆς πίστεως non verterim: *robur et nervum fidei faciendæ*, ut enthymema sit πίστις potentissima, sicuti robur militis; ceteræ autem fidei faciendæ rationes sint minus efficaces, ut arma. De efficacia hic sermo non est. Σῶμα ex usu linguæ Græcæ est id, quo ipsa res continetur, ut fluvii σῶμα aqua est. Majoragius recte vertit: *ipsa natura et substantia*. Itaque enthymema est id, in quo uno ipsa et vera persuadendi ratio cernitur. Metaphora hæc est: cetera, quibus fides solet fieri, extra rem sunt, et ad ipsam πίστιν plane non pertinent, ut figura et color corporum, quorum materia consideratur. Atque de hac vera πίστει, quæ argumentis nititur, de ἀποδείξει disputatur in hoc procœmio, cf. §. 9. et 11. Ad enthymema autem referuntur omnia, quibus argumentatio efficitur. Qui versatus est in ταῖς ἐντέχνοις πίστεσι, est ἐνθυμηματικὸς, et enthymema est οἰκειότατον τῶν πίστεων, potissima probatio, cujus hoc munus et nomen proprium est.—Ejusmodi aliquam significationem voc. σῶμα, si retineretur, esse debere, Muretus, acutissimi judicii vir, sine dubio intellexit. Qui cum ῥῶμα substitui vellet, arbitrabatur σῶμα illud non significare. At eodem modo Aristot. Meteor. II. 4. τὴν ξηρὰν ἀναθυμίασιν vocat τὸ σῶμα τοῦ ἀνέμου, et paullo post τὴν ὕλην. Alia hujusmodi vid. apud Casaub. ad Athen. II. 6. p. 89. VATER.

1, 3. ἔξω τοῦ πράγματος.] Non ad rem quæ in quæstione est, et inter oratorem et auditorem controversa. SCHRADER.

1, 3. πραγματεύονται valet hic *scribunt, pertractant;* ut infra; οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἄλλο πραγματεύονται, *nihil aliud in suis illis libris agunt.* Unde πραγματεῖαι *Scriptiones commentationesque* et ab hoc ipso, et ab aliis bonis auctoribus vocantur. VICTOR.

1, 4. τοιαῦτα πάθη.] Bene monet Victorius his verbis Aristotelem διαβολὴν non complexum esse, sed posteriores duas tantum res, i. e. misericordiam et iracundiam, ceterasque quæ eandem naturam haberent. "Διαβολὴ," inquit Muretus, "non est πάθος: sed pertinet ad judicem ponendum ἐν πάθει."

1, 4. πρὸς τὸν δικαστήν.] Ad judicem aliquo modo commovendum pertinent. VICTOR.

1, 4. Εἰ περὶ πάσας ἦν τὰς κρίσεις. Verba τὰς κρίσεις Muretus delet, et ad πάσας subaudit πόλεις ex voc. πόλεων, quod sequitur. Qua mutatione non est opus. Nam vis et usus particulæ περὶ magis convenit vulgatæ lectioni, quam conjecturæ Mureti, et institutum hoc magis ad civitatum judicia, quam ad civitates pertinet. Huc accedit, quod in verbis περὶ πάσας τὰς κρίσεις ipsum inest id, quod Muretus desiderat: περὶ τὰς κρίσεις; τὰς παντα χοῦ, τὰς πάσων τῶν πόλεων. VATER.

Bene defendis τὰς κρίσεις, quibus verbis mirandum est, id quod narrat Muretus, etiam quosdam codd. caruisse; aliud tamen fortasse resident leve mendum in ἐνίαις τε νῦν. Scio, Aristoteli tritissimum esse usum juncturæ τε—καί: sed, nescio quo modo, hic ea mihi non magis videtur apta et suo loco, quam si scribas, καὶ ἐν ἐνίαις νῦν ἔ. τ. π. καὶ μάλιστα etc. Putabam aliquando τανῦν, quo modo uterque philosophus loquitur non raro. At simile est exemplum istius juncturæ in ipso hoc cap. §. 13. Simillimum sane, si verum est. Sed ibi τοῦτό τε vel mutandum in τοῦτο δέ, quam sedem particulæ illustrasti §. 11. vel cum aliquot libris scr. τοῦτό τι. WOLF.

1, 4. Ἐν ταῖς εὐνομουμέναις] Non agnoscunt ἐν Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Victor. Majorag. Addidit præpositionem ex ed. Morel. Sylburgius. BUHLE.

1, 4. οὐκ ἂν εἶχον ὁ λ.] Affectus enim movere, quod unum illi didicerunt, hic non licet, rationes enthymematibus conclusas afferre nesciunt. SCHRADER.

1, 4. Ὅ, τι λέγωσιν] Ald. Bas. Cam. Ricc. Spir. Maj. ὅ, τι λέγουσιν. Minus bene. BUHLE.

1, 5. Ἅπαντες γὰρ, οἱ μὲν—οἱ δὲ.] Notabilis syntaxis, inde ab Homero scriptori optimo cuique usitata. v. Clark. ad Odyss. XII. 73. VATER.

1, 5. Ἐν Ἀρείῳ πάγῳ.] In hoc Atheniensium severo judicio oratoribus non licuisse affectus movere, aut proœmio epilogove judicum animos ad partes pellicere tradunt Lucianus in Hermotimo p. 266. et Anacharsi p. 741. Lysias Or. 11. Quintilianus loco non uno, aliique plurimi. SCHRADER. In eodem fere argumento versatur Lycurgus c. Leocr. p. 143. Ποιήσομαι δὲ κἀγὼ τὴν κατηγορίαν δικαίαν, οὔτε ψευδόμενος οὐδὲν, οὔτ'

ἔξω τοῦ πράγματος λέγων. Οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν εἰς ὑμᾶς εἰσιόντων πάντων ἀτοπώτατον ποιοῦσιν· ἢ γὰρ συμβουλεύουσιν ἐνταῦθα περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἢ κατηγοροῦσι καὶ διαβάλλουσι πάντα μᾶλλον, ἢ περὶ οὗ μέλλετε τὴν ψῆφον φέρειν. Ἔστι δ' οὐδέτερον τούτων χαλεπὸν, οὔθ' ὑπὲρ ἂν μὴ βούλεσθε γνώμην ἀποφήνασθαι, οὔθ' ὑπὲρ ὧν μηδεὶς ἀπολογήσεται, κατηγορίαν εὑρεῖν. Ἀλλ' οὐ δίκαιον ὑμᾶς μὲν ἀξιοῦν δικαίαν τὴν ψῆφον φέρειν, αὐτοὺς δὲ μὴ δικαίαν τὴν κατηγορίαν ποιεῖσθαι. Τούτων δ' αἴτιοι ὑμεῖς ἐστε· τὴν γὰρ ἐξουσίαν ταύτην δεδώκατε τοῖς ἐνθάδε εἰσιοῦσι· καὶ ταῦτα, κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν· πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας, μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν· οὕτω γὰρ ἔσται τοῖς τε κρινομένοις ἄνευ διαβολῆς ὁ ἀγὼν, καὶ τοῖς διώκουσιν ἥκιστα συκοφαντεῖν, καὶ ὑμῖν εὐορκοτάτην ψῆφον ἐνεγκεῖν. Athenæus XIII. p. 590. E. Ὑπερίδης συναγορεύων τῇ Φρύνῃ, ὡς οὐδὲν ἤνυε λέγων, ἐπίδοξοί τε ἦσαν οἱ δικασταὶ καταψηφιούμενοι, παραγαγὼν αὐτὴν εἰς τοὐμφανὲς, καὶ περιρήξας τοὺς χιτωνίσκους, γυμνά τε τὰ στέρνα ποιήσας, τοὺς ἐπιλογικοὺς οἴκτους ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἐπερρητόρευσε, δεισιδαιμονῆσαί τε ἐποίησεν τοὺς δικαστὰς τὴν ὑποφῆτιν καὶ ζάκορον Ἀφροδίτης ἐλέῳ χαρισαμένους μὴ ἀποκτεῖναι. Καὶ ἀφεθείσης ἐγράφη μετὰ ταῦτα ψήφισμα· Μηδένα οἰκτίζεσθαι τῶν λέγοντων ὑπέρ τινος, μηδὲ βλεπόμενον τὸν κατηγορούμενον ἢ τὴν κατηγορουμένην κρίνεσθαι. Appuleius Metam. X. p. 214. *Tunc demum clamatus inducitur etiam reus; et exemplo legis Atticæ, Martiique judicii, causæ patronis denuntiat præco, neque principia dicere, neque misericordiam commovere.* Ubi vide J. Pricæi Comment. p. 599.

1, 5. ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες.] At ipse de affectibus et aliis quæ extra rem sunt in his libris diligenter egit. Nempe, ut ipse admonuit III. 14. πρὸς φαῦλον γὰρ ἀκροατὴν, καὶ τὰ ἔξω τοῦ λόγου ἀκούοντα, quales plerique omnes esse deprehenduntur. SCHRADER.

1, 5. δικαστὴν διαστρέφειν.] Non oportet judicem distorquere si rectus sit et integer, at si perversus ille sit, a nobis alienus, et animo mobilis, tum sane flectere illum, nobis conciliare, et in via recta retinere merito annitimur. Tradidit itaque Aristoteles affectus movendi modum, non tamen ut illo ad judicem depravandum orator abutatur, sed ut ad verum et justum, rationibus confirmatum, veluti vento quodam illum concitet, ac impellat. SCHRADER.

1, 5. Εἰς ὀργὴν προάγοντας] Ven. et Cam. εἰς ὀργὴν προσάγοντας. BUHLE.

1. 5. κανόνι—στρεβλόν.] Lucretius IV. 516. *Denique ut in fabrica, si prava est regula prima Normaque si fallax rectis regionibus exit,—Omnia mendose fieri*, etc. Vide Berglerum ad Alciphron. II. 2. p. 211.

1, 5. Τοῦτον ποιήσει στρεβλὸν] Isingr. τοῦτο ποιήσῃ στρεβλόν. Sylb. Casaub. Duvall. ταῦτο ποιήσει στρεβλόν. Melius, ut nos dedimus, quod et Codd. et edd. ceteræ omnes habent. Buhle.

1, 5. Futurum ποιήσει nec grammatica ratione nec consuetudine defenderim. Corrigendum puto ποιήσειε. In ed. Isingr. quæ sæpe correctiones habet ex ingeniis doctorum hominum, certe rectum tempus legitur, ποιήσῃ. In eadem est §. 8. ὥσπερ ἐλέγομεν. Neque male. Receptum λέγομεν facile feram quidem, non tamen commendem, in hoc præsertim scriptore. Muretus: ut modo *dicebamus*. Wolf.

1, 6. ἀμφισβητοῦντος, *controversantis*, actoris et rei. Οὐδέν ἐστιν ε. τ. δ. In optima nempe republica, ubi judicia accuratissime sunt constituta, id enim ex sup. hic repetendum est. Atque in tali foro, ut affectus concitare vetitum, ita nec justitiam, nec magnitudinem facti, de quo disceptatur, opus est ostendere; ipse enim judex quid hujus sit ex legibus compertum habet. Ceterum cum Noster infra non facti tantum, sed et justi ac injusti, magni et parvi, locos tradat, intelligendum est, ideo id fieri, quoniam ille oratorem non in Areopago tantum, aut in Platonica, sed in quavis etiam corrupta rep. dicturum informat. Schrader.

1, 6. ἀμφισβητούντων.] Animadvertendum tangere hic Aristotelem, de quibus existere controversias putat. Ἀμφισβητήσεις ipse vocat: Græci magistri dicendi στάσεις: acerrime enim contenditur in judicio, facta ne res sit an non facta: ut qualitas ipsius magnitudoque, si factam conceditur, quæstionem gignit; tres enim, quamvis alii plures fecerint, credidit ipse status esse caussarum. Ita vero se rem habere infra suis locis declarabitur. Victor. Proleg. Schol. Hermogen. στάσις καλεῖται ἡ ἐν δικαστηρίοις ἀμφισβήτησις.

1, 7. νομοθετεῖν καὶ δικάζειν.] *Leges ferre ac judicare.* Rectius Sigonius, *leges condere, et jus constituere*, non enim de judice, sed de legislatore hic est sermo. Schrader.

1, 7. ἐξ ὑπογυίου.] *re adhuc recenti.* Rectius Sigonius *derepente;* ita enim illud ἐξ ὑπογυίου accipitur quoque II. 22. 11. Schrader. Exempla hujus vocis multa collegit H. Stephanus Thes. I. p. 880, 881. nostri non oblitus, qui et χρόνου subaudiri docuit dudum ante Leisnerum ad Bosium. Scribendum autem suspicor ὑπογύου, non ὑπογυίου, sic enim MSS. optimi satis constanter, tam Grammaticorum, quam reliquorum auctorum veterum. Eadem est confusio in γύας et γυίας. Vid. Porson. ad Eurip. Hec. 458. Phœn. 655. Suidas v. Ἄρτι e Schol. Aristoph. Nub. 145. Ἄρτι ἀντὶ τοῦ ἐξ ὑπογύου· ἵνα αὐτοσχεδιάζειν δοκῶσι, καὶ πάντα ἐξ ὑπογύου λέγειν. Eustath. Il. N. p. 920, 30. Δῆλον δὲ ὅτι παρὰ τὰ γυῖα, ὃ τὰς χεῖρας ἰδίᾳ δηλοῖ πολλαχοῦ, γίνεται καὶ ἐγγύη, ἡ ὡσανεὶ ἐν χερσὶ τιθεῖσα τὸ κατεγγυηθέν·

καὶ τὸ ἐγγυαλίζω, ἤγουν ἐν χερσὶ τίθημι· καὶ τὸ ὑπόγυον, ὃ καὶ ἐξ ὑπογύου λέγεται, τὸ ἐγγύς φασι προσδόκιμον, ἢ παραυτίκα γεγονὸς, καὶ, ὡς εἰπεῖν, πρόχειρον, ἢ μᾶλλον ὑποχείριον. Schol. Platonis p. 138. ἐξ ὑπογυίου (sic edd.) ἐκ τοῦ σύνεγγυς, ἀπερισκέπτως, παραυτά. Priscianus XVIII. in fine, secundum MS. perantiquum, olim Gruteri, nunc Bibliothecæ Academicæ Leidensis, *Illi ὑπόγυον dicunt quod paulo ante, vel mox fuit, et ex hoc Romani* e vestigio *dixerunt, vel quod stans aliquis in eodem vestigio facit, unde* statim *quoque dicitur, vel quantum tempus est in uno vestigio faciendo, quod est brevissimum.* Nos in sermonibus familiaribus phrasi non dissimili utimur, *out of hand.* Ceterum cum fructu consulantur Suidas, Etymologus, T. Magister, necnon Mœris cum nota Piersoni.

1, 7. *οὔτε περὶ τῶν παρόντων.*] Non leguntur hæc in omnibus MSS. a Victorio collatis, nec expresserunt ea vetus interpres Latinus et Hermolaus Barbarus; quare uncini a me adhibiti sunt. In marg. ed. Venetæ pro *περὶ τῶν παρόντων* legitur *ἐπὶ τῶν παρόντων*, sicut etiam in sequentibus pro *περὶ μελλόντων* iterum *ἐπὶ μελλόντων*. BUHLE.

οὔτε περὶ τῶν παρόντων.] Absunt quidem hæc verba ab omnibus libris scriptis Victorii et prisco Intpr. Ob similitudinem tamen eorum, quæ sequuntur, breve hoc enuntiatum facile excidere potuit. Bene locum suum tenet. Adsit enim necesse est aliquid, quo *περὶ μελλόντων* referas. Ed. Bas. *ἐπὶ τ. παρόντων* et *ἐπὶ μελλ.* eademque et Cam. *ἤδη ἐπὶ παρ.* loco *τοῦ περὶ*. VATER.

1, 7. *συνήρηται.*] Alii libri habent *συνήρτηται* quod placet. Πρὸς οὓς ait Victor. *ἐκκλησιάστας καὶ δικαστάς*. Ego *παρόντας*, *καὶ ἀφωρισμένους, ὥστε μηκέτι κ. τ. λ.* Cæsar apud Sallustium: *Omnes homines, P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia, vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt.* MURETUS. Cicero pro Marcello c. 9. *Servi igitur iis etiam judicibus, qui multis post sæculis de te judicabunt, et quidem haud scio an incorruptius quam nos: nam et sine amore et sine cupiditate, et rursus sine odio et sine invidia judicabunt.*

1, 7. *Συνήρηται πολλάκις.*] Teste Morelio Codd. fere omnes habent *συνήρτηται*. Idem ante oculos habuit vetus interpres Latinus. G. Trapezuntius vertit: *connexa sit*. Legunt *συνήρτηται* quoque edd. Veneta et Majorag. BUHLE.

πρὸς οὓς — συνήρηται πολλάκις.] Muretus ad vocc. *πρὸς οὓς* supplet *παρόντας καὶ ἀφωρισμένους*. Sed cum ea, quæ antecedunt, *περὶ τ. παρόντων ἀ. π. μελλόντων*, sine dubio neutro genere accipienda sint: multo facilius subauditur *πρὸς ἐκκλησιάστην καὶ δικάστην*. Notandum est, *ἐκκλησιάστην* cum eo, qui in judiciis judicat, cum *δικάστῃ*, sæpe conjungi, quod qui in concione sententiam dicit, utramque personam tuetur et suasoris

et judicis. Judicium enim rei, de qua deliberatur, est penes hunc æque ac penes ceteros. v. Aristot. de Rep. III. 11. Igitur commation hoc ita vertendum est: *apud quos amor odiumve et commodum privatum conjunctum est cum re tractanda, eique adhæret.* Ita expressum est vocabulum *συνήρτηται*, quod cum sit in libris scriptis, in prisco Intpr. et ed. Veneta, præferre cum Mureto non dubito. Συνηρῆσθαι hoc significatu dici, exemplis probandum est, quæ vix inveniri poterunt. Vocis *συνήρηται* retentæ si qua est significatio, hæc est: adversus judices oratores simul (cum aliis argumentis) complectuntur oratione amorem et odium et utilitatem ad judices redundaturam. Quæ durior est ratio. VATER.

1, 7. *τὸ ἀληθὲς,*] Polit. III. 12. p. 92. *ἀλλὰ μὴν εἰσάγονταί γε ἐφ' ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ κάμνοντες ἄλλους ἰατρούς· καὶ οἱ παιδοτρίβαι γυμναζόμενοι, παιδοτρίβας· ὡς οὐ δυνάμενοι κρίνειν τὸ ἀληθὲς, διὰ τὸ κρίνειν περί τε οἰκείων, καὶ ἐν πάθει ὄντες.*

1, 7. *ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει*] Codd. Victorii plures *ἐπισκοπεῖν*. Idem sequitur vetus versio Latina. In ed. Paris. ex Victoriana expressa (1549, 8.) legitu *ἐπισκοπεῖν*, quamvis in ipso Victorii textu reperiatur *ἐπισκοτεῖν*, quod minime mutandum est. BUHLE.

1, 7. *ἐπισκοτεῖν.*] *Tenebras afferre, et caliginem offundere alicui rei.* Demosth. Olynth. II. p. 26. *ἀλλ' οἶμαι νῦν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη.* Isocrates de Pace p. 160. D. *τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθὲν ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ἡμᾶς τὸ βέλτιστον.* VICTOR. Sic Menander Stobæi XCI. p. 366. Grot. *τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ Καὶ δυσγενείᾳ καὶ τρόπου πονηρίᾳ, Καὶ πᾶσιν οἷς ἔσχηκεν ἄνθρωπος κακοῖς Τὸ πολλὰ κεκτῆσθαι· τὰ δ' ἄλλ' ἐλέγχεται.* Aristopho ib. XCVI. p. 389. *τὸ τέλος ἅπασίν ἐστι τοῖς πτωχοῖσι νύξ· Ἐπισκοτεῖ γὰρ τοῖς κακοῖσι πανταχοῦ.* Musonius ib. XVII. p. 160, 20. *Τὴν γὰρ ἀναθυμίασιν τὴν ἀπ' αὐτῆς (κρεώδους τροφῆς) θολωδεστέραν οὖσαν, ἐπισκοτεῖν τῇ ψυχῇ.* Eubulus Athenæi II. p. 43. F. numeris suis a Porsono restitutus *τὸ μὲν ὕδωρ Τοὺς αὐτὸ μόνον πίνοντας εὑρετικοὺς ποιεῖν, Τὸν δ' οἶνον ἡμῖν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν.* Aristoteles apud Stobæum XX. p. 174. *Ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις, οὐκ ἐᾷ βλέπειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσίν· οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαιρόμενος τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ.*

1, 7. *Ἡδὺ ἢ λυπηρὸν*] Ven. Cam. et Majorag. *ἡδὺ καὶ λυπηρόν.* BUHLE.

1, 8. *Ὥσπερ λέγομεν*] Isingr. *ὥσπερ ἐλέγομεν.* BUHLE.

1, 9. Cf. Mureti Var. Lectt. IV. 11. BUHLE.

1, 9. *ποιόν τινα.*] *Quodam modo affectum.* Homines ab Aristotele *ποῖοί τινες* appellantur, qui his aut illis moribus præditi sunt, aut ita conformatum ingenium habent: et ut homines, ita etiam facta, quæ ab ipsis proveniunt, quasi easdem qualitates redolentia, ita vocantur. VICTOR.

1, 9. περὶ τῶν ἐντέχνων πίστεων.] *De artificiosis probationibus.* De locis enthymematum et subjectis propositionibus, unde syllogismi queant exstrui, qui rem propositam demonstrent. SCHRADER.

1, 9. Ἐνθυμηματικός.] Ad invenienda enthymemata promtus. SCHRADER.

1, 10. Διὰ γὰρ τοῦτο] Marg. Ven. διὰ γοῦν τοῦτο. BUHLE.

1, 10. καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας.] *Cum pulchrior ac civilior sit concionalium tractatio* (perperam omisit Muretus quod sequitur, ἢ περὶ τὰ συναλλάγματα) *quam ea quæ de contractibus est.* Judiciale genus in contractibus et litibus privatorum versatur, deliberativum vero in iis, quæ ad civium omnium felicitatem pertinent: pulchrius autem et laudabilius utique est illud bonum quod ad plures, et civilius quod ad totam civitatem redundat. SCHRADER.

1, 10. πραγματείας.] Hoc verbo sæpe utitur Aristoteles, atque ita vocat opus accurate perfectum, sive potius quod adhuc sub incude est, et fit, tractationemque ipsam operis, et diligentem alicujus studii explicationem. Initio Topicorum: ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὑρεῖν &c. Animadvertendum an Cicero cum in de Orat. I. inquit, *Illud autem est hujus institutæ scriptionis ac temporis,* πραγματείαν exprimere voluerit. VICTOR.

1, 10. ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα.] Muretus jure offenditur his verbis, quæ in versione omittit. Nam hæc generis judicialis appellatio in his libris alibi nusquam invenitur. Præterea hæc abundant. In antecedenti enim oratione inest id, quod comparativo respondet. Quod si quis non intellexit, adscripsit fortasse verba ἢ περὶ τ. σ. VATER.

1, 10. ἧττόν ἐστι κακοῦργον.] In concione minus loci est versutiæ ac fraudi, quam in judicio. SCHRADER.

1, 10. καὶ ἧττον—κοινότερον.] In concione et in senatu verba facere magis commune ac populare esse, inquit, quam forensis dictio sit; apertior enim illic planiorque est progrediendi modus, et qui imperitos quoque non valde latere possit. Ratio judiciorum nihil simplex aut sincerum habet; multisque ac pravis artibus instructa est, quibus pervertere fidem judicum solet: quare facile possunt illic fallacias pravi oratores adhibere. Κοινότερον appellari, quod a multitudine quoque atque imperitis tractatur, testimonio etiam Ciceronis confirmatur, qui in Ep. quadam ad Atticum, XIII. 10. cum de scriptis suis loqueretur, et, ad quos ea mitteret, cogitaret, Græco hoc verbo usus est. *Ad Dolabellam ut scribis, ita puto faciendum: κοινότερα quædam et πολιτικώτερα: faciendum certe aliquid est: valde enim desiderat.* VICTOR.

1, 10. κακοῦργον.] Infra III. 2, 7. τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι· παρὰ ταύτας γὰρ κακουργεῖ. "Verbum κακουργεῖν,"

inquit Wolfius in Demosth. Leptin. p. 334. "solenne puto de disputatore captiosis rationibus agente, aut verum malitiose occultante. Plato Gorg. p. 483. A. et 489. B. κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις. De Rep. I. p. 341. B. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει. Et paullo superius ibidem, Οἶει μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντα σε ἔρεσθαι, ὡς ἠράμην." Vide etiam Rep. I. p. 338. D. Hipp. Min. p. 373. B. ταράττει ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἔοικεν ὥσπερ κακουργοῦντι.

1, 10. Ἀλλὰ κοινότερον] Ibidem et in marg. Isingr. pro ἀλλὰ legitur ὅτι. BUHLE.

Δικολογίας.] Ed. Isingr. δικαιολογίας. Sæpe in his libris eadem lectionis diversitas invenitur, ut I. 9, 38. Nisi in optimis exemplaribus et scriptis et impressis legeretur δικολογία et δικολογεῖν, non damnandum esset δικαιολογεῖν. Usitatior est hæc forma; inprimis apud Lucianum. Utra Aristoteli placuerit, haud dixerim. Certe eadem utrumque significatione dici, nemo dubitet. VATER.

1, 10. ἐνταῦθα.] In deliberatione de salute publica. Κριτὴς generatim hic vocatur qui in cunctis dicendi generibus judicat, atque existimat, vel de sententia, vel de caussa, vel de ingenio oratoris. SCHRADER.

1, 10. Περὶ τῶν οἰκείων.] Ald. Isingr. Spir. περὶ οἰκείων, omisso articulo τῶν. Notatur eadem lectio in marg. ed. Ven. Ipse hujus ed. textus, ut et Frob. Ricc. Majorag. ἐπὶ οἰκείων. BUHLE.

1, 10. ἀναλαβεῖν.] Membranæ Balliolenses reddunt *captare*: Muretus, *accurare, excipere:* Portus, *reficere, recreare,* ἡ μεταφορὰ *ab ægrotis; vel conciliare.* Omnes hæ notiones a primaria *resumendi, ad se recipiendi,* facile deducuntur. Exempla posuit H. Stephanus Thes. II. p. 559. D. E. F. Hoc ipso loco utitur J. Camerarius *Utriusque linguæ Comment.* p. 287.

1, 10. πρὸς τὸ αὐτῶν σκοπούμενοι etc.] Hanc consuetudinem oratorum expressit Plato Theætet. p. 162. A. Ἐπιστάμεναι τὸν δεσπότην λόγῳ τε θωπεῦσαι, καὶ ἔργῳ χαρίσασθαι. VICTOR.

1, 10. Κριταὶ τοῦτο τηροῦσιν.] In Marg. Ven. κριταὶ τηροῦσιν, omisso τοῦτο. BUHLE.

1, 10. ἐκεῖ.] In genere deliberativo. SCHRADER.

1, 11.] Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν] Ald. Ven. Bas. Ricc. Spir. Majorag. ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς. BUHLE.

1, 11. Περὶ δὲ συλλογισμοῦ—μέρους τινός.] Omisit hæc vertendo Muretus. A particula ἐπεὶ hoc enuntiatum quidem non pendet, neque adeo gratum necessariumve est, ut omitti non posset: abjici tamen id non debet. Aristoteles enim sæpius quædam inserit, quæ a constructione periodi non suspensa, sed parentheseos signis includenda sunt, vid. c. vii. 3. et 33. III. c. 18. alibi. Præterea scripta logica tam sæpe

citat in his libris, ut etiam hic citasse videri queat. VATER.

1, 11. Ἢ *μέρους τινὸς*] Ἢ *μορίου τινὸς*, in marg. Ven. BUHLE.

1, 11. *συλλογισμοῦ—ἅπαντος*] De syllogismo omni, Topico, demonstrativo, Rhetorico, Sophistico. *Dialecticæ* voce tota Logica hic denotatur. SCHRADER.

1, 11. *περὶ δὲ συλλογισμοῦ—μέρους τινος.*] Totam dialecticam de omni syllogismo agere, nec ullum relinquere quem non accurate pertractet, manifestum est: libri enim Topicorum de dialectico syllogismo, duo vero *ἀναλυτικῶν ὑστέρων* de demonstrativo, unus *περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων*, ut inscriptio declarat, de sophistico agit: quem tamen potius quomodo refelli possit, quam quomodo conflari, docet. Quo pacto dialecticæ partem aliquam de omni syllogismo disserere verum sit, diligenter cogitandum est: et quæ sit pars illa, quæ totum hoc munus sustineat, et sola sejuncta a reliquis partibus hoc conficiat. Libros autem, nisi fallor, duos intelligit *προτέρων ἀναλυτικῶν*: ratio enim, quam excogitavit constituendarum propositionum, et quas formas figurasve appellavit, conveniunt omnibus syllogismis: nec ullus est, qui ipsis non contineatur. Discrimina multa postea illi a materia recipiunt. Aristoteles autem ipse lib. II. hoc docuit, Ὅτι δὲ οὐ μόνον οἱ διαλεκτικοὶ καὶ ἀποδεικτικοὶ συλλογισμοὶ διὰ τῶν προειρημένων γίγνονται σχημάτων, ἀλλὰ καὶ οἱ ῥητορικοὶ, καὶ ἁπλῶς ἡτισοῦν πίστις, καὶ ἡ καθ' ὁποιανοῦν μέθοδον, νῦν ἂν εἴη λεκτέον. Animadvertendum autem ipsum hic totum, ut ita loquar, corpus rationis et viæ, quæ *περὶ λόγους* versatur, appellare dialecticam; contra atque aliis in locis facere consuevit: plerumque enim, quæ ex probabilibus concludit, dialecticam vocat. VICTOR.

1, 11. Δῆλον, *ὅτι*] Sic legunt Ven. Cam. Isingr. et Majorag. Aliæ habent δῆλον δ' *ὅτι*. Verum turbat δὲ totam periodum; nam a δῆλον incipit apodosis: quare illud non admisi. BUHLE.

1, 11. δῆλον.] Apodosis sive redditio illius ἐπεὶ quod præcessit. Legendum autem fortasse erit δῆλον οὖν; id enim series sententiæ requirit. SCHRADER.

Δῆλον δ' *ὅτι*.] Interpretes consentiunt, his verbis apodosin incipere. Quam ob caussam particula δὲ plerisque displicuit, quam Schraderus in οὖν mutandam esse censet, Buhlius V. Cl. delevit. At vel in his libris aliquoties delendum foret, si verum esset, particulæ δὲ in apodosi locum non esse. Ut enim hic, ita etiam c. iv. §. 2 et 3. x. 4. ita Polit. VIII. 6, 19. legitur. Edd. Ald. et Victorii in omnibus his locis δὲ habent, et Victorius c. x. 4. affirmat, se in omnibus libris scriptis δὲ invenisse, Aristotelem sæpe ita loqui, nec quemquam ea re turbari. In optimis Atticis δὲ illud inveniri, mo-

nuit Wolfius, vir summus, mihi ob maxima in me merita per totam vitam summa cum pietate venerandus, in Comm. ad Demosth. or. Lept. p. 297. Plerumque a VV. DD. ejusmodi in locis δὲ in δὴ aut γε mutatur: ut a Moro in Paneg. Isocr. c. 27. et alias. VATER.

I, 11. ἐκ τινῶν καὶ πῶς.] Qui didicit non tantum ex quibus propositionibus, et quomodo collocatis, fiat syllogismus, sed et quo pacto cum demonstrativorum tum topicorum syllogismorum principia, illorumque copiam nobis parare queamus, hic enthymematum inveniendorum promtitudine omnes alios, auxilio isto destitutos, superabit. SCHRADER.

I, 11. Πρὸς τοὺς λογικοὺς συλλογισμοὺς] Cam. πρὸς τοὺς λογιστικοὺς συλλογισμούς. BUHLE.

λογικοὺς συλλογισμοὺς.] Logicam appellari, quæ etiam a conflandis syllogismis *syllogistica* Græco vocabulo nominatur, rationem omnem disserendi, notum est. Illa autem plures partes habet, quæ a materia, et propositionibus quas captant, variantur, ut ἀποδεικτικὰ, quæ reliquis exquisitior est, pars illius est, et dialectica: necnon ea quoque, quæ in temptandis excutiendisque illis manet, qui aliquam sibi alicujus rei notitiam adsciscunt: sed ratio etiam, viaque conficiendarum fallacium rationum, quæ sophistica vocatur. Hic autem videtur, (quod ex iis, quæ adjungit, elicitur) meliorem perfectioremque illius partem intelligere, et quo reliquæ referuntur: propositum enim philosopho est verum invenire, quod demonstrativa sola præstat: reliquæ enim probabili contentæ sunt. Non attingeret autem ipse illas, nisi utiles sibi ad demonstrativam forent, ac cognitionem veri adjuvarent. VICTOR.

I, 11. ἀληθὲς—ἀληθείας.] Ethic. Eudem. I. 6. ἔχει γὰρ ἕκαστος οἰκεῖόν τι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Metaphys. I. min. c. 1. Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δὲ ῥαδία. Σημεῖον δὲ τὸ μήτε ἀξίως μηδένα δύνασθαι τυχεῖν αὐτῆς, μήτε πάντας ἀποτυγχάνειν, ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως κ. τ. λ.

I, 11. περὶ ποῖά ἐστι.] *Quibus in rebus versentur.* Versantur autem circa res quidem omnes, infr. 2, 1. at præcipue circa res contingentes, et quidem tales, quæ veniunt in consultationem I. 2, 12. maxime omnium circa hypothesin sive quæstionem finitam I. 3, 1. SCHRADER.

I, 11. τό τε γὰρ ἀληθὲς] *Quid enim verum*, quod analytica, *et quid simile veri*, quod dialectica docet, sit, *perspicere ejusdem est facultatis* sive ingenii: nam qui verum indagare novit, multo magis verisimile poterit reperire: hoc enim illo facilius inventu, et δυνάμει ἑπόμενον *facultate consequens* est, ut Noster infra vii. 5. loquitur. Ex hoc ergo jam allato principio amplius firmatur ista modo proposita conclusio, *Logicæ peritus ad Rhetoricam aptior est.* Quem enim Logica, i. e. analytica et dialectica, ad verum et ad veri simile promtius

inveniendum instruxit, ejusdem ingenium ad Rhetoricam per hoc præcoluit et præparavit; quippe quæ pariter veri, inprimis autem verisimilis inventionem docet. SCHRADER.

Τό τε γὰρ ἀληθὲς—πρὸς τὴν ἀλήθειάν ἐστι. Cum paullo ante dictum sit, quæ inesse debeant in oratore, ut persuadere possit; nunc notatur, ita affectum alius artis institutione ad ipsum persuadendi munus non indigere. Dialectica enim edoctus verum cognoscit, eoque cognito simul verisimile. Quare etiam orator et quod πιθανὸν est, et τὸ φαινόμενον πιθανὸν simul intelligit. Hæc hujus loci explicatio legitur §. 14, quo, quæ ante dicta sunt, repetuntur, quique eo magis huc referri debet, quod de hac re nullo alio in loco disputatum est, quo posset referri. Itaque Victorius nobis deserendus est, qui hujus loci vim in eo ponit, quod τὸ ἀληθὲς Dialecticæ, et τὸ ὅμοιον τῷ ἀληθεῖ Rhetoricæ conveniat. Præclarum est, quod Aristoteles adhuc præcepit, oratoris esse, in orationibus nihil tractare, nisi quod ad declarandam et demonstrandam caussam pertineat; pravi hominis autem, judicum benevolentiam captare, eorumque animos privata utilitate proposita corrumpere. Caussarum patronis ostendendum esse, rem ita esse aut non esse, gestam esse aut non esse; honestatem turpitudinemque rei non esse demonstrandam, quod hæc judicem necesse sit ipsum per se scire. Harum legum rigida severitas ne iis, quæ postea ab Aristotele tractantur, videatur plane adversari, hæc notanda sunt. Aristoteles in hoc proœmio significat, quemadmodum res debeat esse. Cum vero judicia concionesque non habeantur ad hanc formulam, cum multa dicenda sint propter pravitatem auditorum (III. 1, 5. c. 14. extr.): jam inde a capite proximo incipit proponere Rhetoricen sæculo et civibus suis accommodatam. Ad illa, quæ propter pravitatem et imperitiam auditorum dicenda sunt, pertinent ea, quæ primo libro de utilitate, justitia, honestate et jucunditate demonstranda; secundi parte prima de ira aliisque animi perturbationibus et affectibus, et tertio de oratione ornanda disputantur; id quod Aristoteles ipse III. 1, 5. non obscure significat. Paucissimi vero sunt loci in his libris, in quibus monstretur via pervertendi caussæ veritatem: ut c. xv, 25. significando incommodo, quod judicibus ex hac caussa exoritur; §. 26. quæstionibus per tormenta habitis universe vituperandis, et II. 4. extr. eos, qui non sunt inimici amicive, tales esse ostendendo. Ejusmodi instrumentorum interdum usus est ad caussam bonam tuendam. Atque hac de caussa putaverim ea prolata esse. Præterea cum nostro in loco §. 12. dicatur: *contraria persuadere posse oportet, non ut utrumque faciamus: neque enim mala persuadenda sunt; sed et ut ne nos illa ratio lateat, et si quis injuste eo dicendi artificio utatur, refellere et confutare*

ipsi possimus, quæ ab eo afferuntur: his igitur verbis Aristoteles simul de consilio, quod in pravis artificiis declarandis habuit, dixisse existimandus est. Itaque hoc proœmio effigiem rei publicæ administrandæ et justæ jurisdictionis non expressit quidem, attamen umbram delineavit: et in hac specie philosophi animo obversata judices sunt tam probi et tam periti, ut eos de honestate aut turpitudine facinoris monere supervacaneum sit. In plerisque rebus publicis ætate sua florentibus intellexit aliam esse judiciorum formam, ad quam apposite jam tractat Rhetoricen (vid. §. 4. et III. 1, 5.) Cur vero non declaret statim, se non ita, ut ex proœmio existimari poterit, de Rhetoricis esse disputaturum, caussa hæc est, quod apud omnes constat, præcepta dicendi non posse accommodari ad doctrinam justi, sed oportere constitutioni civitatum, in quibus dicendum est, et hominum affectionibus convenire. Præterea Aristoteles sæpe prætermittit, quæ ab aliis scriptoribus transeundo notantur. Ut cum bona et utilia enumeret, dicit alia esse, quæ omnes bona esse consentiant; alia, quæ dubitationem aliquam habeant. Jucundorum honestorumque, quæ postea recensentur, idem discrimen est, sed hoc non declaratur. VATER.

1, 11. Τὰ πλείω τυγχάνουσι] Ven. Cam. et Majorag. τὰ πλεῖστα τυγχάνουσι. BUHLE.

1, 11. Καὶ οἱ ἄλλοι] Suspectum mihi est καί. Abest quoque ab Isingr. BUHLE.

1, 11. Πρὸς τὸ δικολογεῖν] Edd. Cam. et Isingr. πρὸς τὸ δικαιολογεῖν. Male. BUHLE.

12. Χρήσιμος δέ ἐστιν.] Sex locos ex his libris laudat Dionysius Halicarn. in Epist. ad Ammæum (c. 6.) Hos non affert memoriter, sed exscribit ex libro suo; id quod perspicitur ex ratione, qua laudat Aristotelem. Ob antiquitatem, qua vel vetustissimum Victorii librum superant, testimonia hæc memoratu dignissima sunt. Nostro in loco primam partem §. 12. Χρήσιμος δέ ἐστιν—πρὸς τ. πολλοὺς ἐντεύξεως exscripsit (ed. Sylb. t. ii. p. 121.) Sylburgius pleraque conformavit ad ea, quæ in his libris Aristoteleis leguntur. Itaque lectionis diversitatem ex edd. Sylburgiana antiquioribus notabo. Hic igitur in Dionysio legitur: διά γε τὸ φύσει εἶναι, quæ lectio certe melior est vulgari τε, nisi utrumque deles, quod aliæ ex edd. vett. τε, aliæ τὸ omittunt. Præterea Dionysius pro διδασκαλίας γὰρ habet διδασκαλία γὰρ, et ἐν τοῖς Πολιτικοῖς λέγομεν pro ἐν τοῖς Τοπικοῖς ἐλέγομεν. VATER.

1, 12. Χρήσιμος—ἡττᾶσθαι.] Cum sua vi veræ ac justæ res meliores valentioresque sint, quam contrariæ, si quis hujuscemodi causam haberet, atque infans esset, idemque apud eos judices causam diceret, qui, quales plurimi sunt, non veritatem spectarent, neque, ut æquum erat, judicarent, sed

ab eloquentia adversarii abriperentur, necessario inferiores illæ, ac victæ e judicio discederent. Hoc autem turpe admodum est, et reprehensionem meritam habet, non posse veritatem jus suum tua culpa tueri; et quamvis bona causa ad te delata sit, non ita illam tractare, ut vis probitasque ipsius intelligatur. Ἐὰν μὴ κατὰ τὸ προσῆκον αἱ κρίσεις γίγνωνται. Nisi recte exerceantur judicia, nisi vere expendantur causæ, ac de rebus illic, ut oportet, statuatur, necesse est res veras et æquas vinci a falsis et iniquis, opera eorum judiciorum: δι' αὐτῶν enim intelligo, κρίσεων: aliter enim ipsis non opus foret eloquentia, nec superarentur umquam in contentionibus a contrariis, sed ne judicibus quidem corruptis tam gravem plagam acciperent, nisi a patronis proderentur, qui ob infantiam non possint ipsis opitulari, et eorum bonitatem jusque tueri. Posset etiam existimari δι' αὐτῶν, cum inquit, ἐναντίων accipi voluisse, quo ipso verbo antea usus fuerat, i. e. per contraria eorum, ut res falsas, et iniquas intellexerit. VICTOR. Similiter Euripides Alexandr. fr. 3. Ἀγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ, Δίκαια λέξας, ἧττον εὐγλώσσου φέρει.

1, 12. Ἔτι δὲ—λέγοντας.] Qui gravem aliquam scientiam haberent, ejusque præsidio se ab omni negotio liberare posse putarent, ac facile, quod vellent, omnibus persuadere, non intelligunt personas judicum, neque apud quos verba facturi sint, cogitant: quæ enim exquisite, a scientia quapiam accepta, dicuntur, percipi ab imperitis hominibus non possunt; sed ingeniis excultis indigent, et quæ principia illius ipsius scientiæ noverint: nec umquam fidem faceret, qui subtiliter atque e præceptis alicujus scientiæ apud rudes homines disputaret, sed oportet pervulgata ratione uti, et argumentis, quæ ex communibus ducta constructaque sint. Λέγοντας ἀπ' ἐκείνης, ducentes inde argumenta: instrumento aliquo exquisitæ illius scientiæ utentes, indeque auxilium petentes: acuta namque illa ratio tota relinquenda est, nec fructum ullum fert, si apud tales dicas. VICTOR.

1, 12. Διά τε τὸ φύσει εἶναι] Ald. et Froben. διά τε φύσει εἶναι, omisso articulo τό. Ricc. Spir. Cam. Isingr. διὰ τὸ φύσει εἶναι, omissa dictione enclitica τε. Hanc lectionem vulgatæ prætulerim; quare τε uncinis seclusi. BUHLE.

1, 12. Post verba, καὶ τὰ δίκαια τῶν ἐναντίων, Muretina translatio auctior est toto versu, et tali, qui ὁμοιοτελεύτῳ facillime oculos scribarum fallere posset. Ita enim vertit ille: *Utilis autem rhetorica est, tum quia natura quidem vera et justa potentiora sunt falsis et injustis: non tamen semper etiam in vulgus faciliora ad persuadendum.* Postremum hoc quum diu frustra quæsieram in exemplaribus meis, ecce, in Riccoboni paraphrasi sic scriptum invenio, οὐκ ἀεὶ δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς τάδε εὐπειστότερα τῶν ἐναντίων. Verum hæc uti non admodum ne-

cessaria sunt ad sententiam, ita in iis Riccoboni potius, Muretum vertentis, quam Aristotelis manum agnosco. Utut est, notabilis est adjectio hæc Interpretis, elegantissimi quidem, sed qui non temere elegantiam et perspicuitatem posthabere solet fidei et diligentiæ codicum, neque alias enarratorem agit interpretando. WOLF.

1, 12. διδασκαλίας.] Accuratioris doctrinæ est, acroamatice propositæ. Διδασκαλικὸς λόγος Sophist. Elench. c. 2. §. 3. appellatur, qui ex propriis principiis demonstrat, qualem non nisi exculta ingenia capere possunt. SCHRADER.

1, 12. διὰ τῶν κοινῶν.] Talia sunt loci *de felicitate, de bono, de justo, de jucundo* &c. et propositiones sub illis locis infræ ab Aristotele magno numero allatæ. SCHRADER.

1, 12. Ἐν τοῖς Τοπικοῖς] Cf. Topic. I. 2. BUHLE.

1, 12. ἐντεύξεως.] Alexander Aphrod. ad Topic. p. 17. ἐντεύξεις interpretatur συνουσίας. Cicero sane *congressus colloquiaque* appellavit. Acad. IV. 2, 6. *Quasi vero clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leviorum.* Et in Philipp. XII. 11. *Nempe in Antonii congressum colloquiumque veniendum est.* Plutarchus in Alcib. p. 196. ubi narrat eum, cum reip. jam tum adolescens se dedisset, nullo negotio reliquis superatis oratoribus, certamen sibi instituisse cum Phæace quodam et Nicia, tradit, Phæacem fuisse ἐντευκτικὸν ἰδίᾳ, quod in congressibus his privatisque colloquiis multum valeret, ac loqueretur illic satis apte ad fidem faciendam: eundem tamen naturæ vitio non potuisse valde ferre concionum contentiones, quare in facultate dicendi longe inferiorem fuisse acerrimo illi, et eloquentissimo juveni. VICTOR.

1, 12. τἀναντία δεῖ δ. π.] Huc respicit Cicero De Orat. III. 21. §. 80. *Sin aliquis exstiterit aliquando, qui Aristotelis more de omnibus rebus in utramque sententiam possit dicere, et in omni causa duas contrarias orationes, præceptis illius cognitis, explicare* &c. Vide et Orator. c. 14. ad fin. Confer etiam Plutarchum in Alexandro p. 706. A. ex VICTOR.

1, 12. ἐν τοῖς συλλογισμοῖς.] Nempe ut in Dialecticis, ita hic quoque, *contraria persuadere posse oportet.* Etenim tam is qui in senatu, v. g. pro bello suscipiendo, quam qui contra bellum, et tam qui pro actore, quam qui pro reo in judicio dicit, apta ad persuadendum argumenta afferre debebit. At sententiæ istæ sunt contrariæ. Nec diversi tantum contraria persuadere tenentur, sed et iidem, temporibus diversis. Ergo contraria persuadendi facultas necessaria est. Exempla leguntur infra libri hujus c. vii. 13. item II. 25. 2. ubi simul cur id fieri commode possit, caussa hæc affertur, quod ἔνδοξα, i. e. probabilia, e quibus oratorii syllogismi fere confiunt, multa sint inter se contraria. Venustum contraria persua-

dendi exemplum exstat apud Plutarch. in Alexandro p. 705. E. ubi argumentum contra Antipatrum ab Alexandro allatum in contrarium flectit Cassander. SCHRADER. Plutarchi verba sunt: Αὖθις δὲ πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας Ἀντιπάτρου λέγειν τι βουλόμενον τὸν Κάσανδρον ἐκκρούων, Τί λέγεις, ἔφη, τοσαύτην ὁδὸν ἀνθρώπους μηδὲν ἀδικουμένους, ἀλλὰ συκοφαντοῦντας ἐλθεῖν; φήσαντος δὲ τοῦ Κασάνδρου τοῦτο αὐτὸ σημεῖον εἶναι τοῦ συκοφαντεῖν, ὅτι μακρὰν ἥκουσι τῶν ἐλέγχων· ἀναγελάσας ὁ Ἀλέξανδρος, Ταῦτα ἐκεῖνα, ἔφη, σοφίσματα τῶν Ἀριστοτέλους εἰς ἑκάτερον τῶν λόγων· οἰμωξόμενοι ἂν μικρὸν ἀδικοῦντες φάνητε τοὺς ἀνθρώπους.

1, 12. οὐχ ὡς ἀμφότερα πρ.] Nempe si alterutrum contrariorum aperte falsum, noxium, injustum sit, nemo bonus id suadebit: at si quid rectius sit, non satis liqueat, tum adversariis rationibus allatis dubium commode discutietur. Quod si quis tam sit malignus, ut manifeste vera, utilia, justa oppugnet, tum contraria persuadendi facultas bonis id affert commodi, ut cavere talium fallacias rectius possint. SCHRADER.

1, 12. Τὰ φαῦλα πείθειν] Isingr. in marg. τὰ φαῦλα ποιεῖν. Georg. Trapezuntius vertit: *nam mala* faciunda *non sunt*. BUHLE.

1, 12. Λύειν ἔχωμεν] Ven. Cam. et Majorag. λύειν αὐτοὶ ἔχωμεν. Pro antecedentibus τοῖς λόγοις αὐτοῖς μὴ δικαίως Cod. Victorii habet: μὴ δικαίως τοῖς λόγοις αὐτοῖς. Eundem verborum ordinem secuti sunt vetus interpres et Georg. Trapezuntius. BUHLE.

1, 12. τἀληθῆ καὶ τὰ βελτίω.] Animadvertenda verba Aristotelis, quam apposite locutus sit: nam ἀληθῆ ad dialecticam pertinent, βελτίω ad oratorem: idem etiam statim custodivit: εὐσυλλογιστότερα namque ad vera illa, artemque dialectici: πιθανώτερα vero ad βελτίω, munusque oratoris, manifesto pertinent. VICTOR.

1, 12. Πρὸς δὲ τούτοις] Abest δὲ ab Ald. Ven. Cam. Ricc. Bas. Victor. Majorag. et a veteribus versionibus Latinis. Tuentur autem illud Accorambon. Spir. et edd. reliquæ. BUHLE.

1, 13. εἰ δ'.] Locutio elliptica. Sensus est, *si quis autem dicat*, vel *sin objiciat aliquis*.

1, 12. Τοῦτό τε κοινόν ἐστι] Edd. Ald. Bas. Spir. τοῦτό τι κοινόν ἐστι. BUHLE.

1, 13. τοῦτό τε κοινόν.] Ovid. Trist. II. 266. *Nil prodest, quod non lædere possit idem.* SCHRADER.

1, 13. πλὴν ἀρετῆς.] Archytas Stobæi I. p. 15. Τῶν ἀγαθῶν ἃ μὲν οὐκ ἔχει ὑπερβολὰν, οἷον ἀρετά· οὐ γάρ ἐστιν ὑπερβάλλοισά τις ἀρετὰ, καὶ ὑπερβαλλόντως τις ἀγαθός. Ἃ γὰρ ἀρετὰ στάθμαν ἔχει τὸ δέον, καὶ ἔστι τῶ δέοντος ἕξις ἐν τοῖς πρακτοῖς· ἃ δ' εὐτυχία καὶ τὰν

ὑπερβολὰν ἐπιδέχεται καὶ τὰν μήωσιν· ὑπερβάλλοισα δὲ γεννᾶ τινας κακίας, καὶ ἐξίστησι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τᾶς κατὰ φύσιν ἕξιος. Conf. Xenophont. Cyrop. IV. 1. 15. Plato Menone p. 87. E. Ποῖά ἐστιν ἃ ἡμᾶς ὠφελεῖ· ὑγίεια φαμὲν καὶ ἰσχὺς, καὶ κάλλος, καὶ πλοῦτος δή· ταῦτα λέγομεν καὶ τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμα. οὐχί; Ναί. Ταυτὰ δὴ ταῦτα μὲν ἐνίοτε καὶ βλάπτειν—Ἆρ' οὐχ, ὅταν μὲν ὀρθὴ χρῆσις ὠφελεῖ, ὅταν δὲ μὴ, βλάπτει. Isocrates Nicocle init. Εἰσὶ τινὲς οἳ δυσκόλως ἔχουσι πρὸς τοὺς λόγους, καὶ διαμέμφονται τοὺς φιλοσοφοῦντας· καί φασιν αὐτοὺς οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα ποιεῖσθαι τὰς τοιαύτας διατριβάς. Ἡδέως ἂν οὖν πυθοίμην τῶν οὕτω διακειμένων, διὰ τί τοὺς μὲν εὖ λέγειν ἐπιθυμοῦντας φεύγουσι, τοὺς δ' ὀρθῶς πράττειν βουλομένους ἐπαινοῦσιν; Εἰ γὰρ αἱ πλεονεξίαι λυποῦσιν αὐτοὺς, πλείους καὶ μείζους ἐκ τῶν ἔργων, ἢ τῶν λόγων εὑρήσομεν γιγνομένας. Ἔπειτα κἀκεῖνο ἄτοπον, εἰ λέληθεν αὐτοὺς, ὅτι τὰ περὶ τοὺς Θεοὺς εὐσεβοῦμεν, καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀσκοῦμεν, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπιτηδεύομεν, οὐχ ἵνα τῶν ἄλλων ἔλαττον ἔχωμεν, ἀλλ' ὅπως ἂν ὡς μετὰ πλείστων ἀγαθῶν τὸν βίον διάγωμεν. Ὥστ' οὐ κατηγορητέον τούτων τῶν πραγμάτων ἐστὶν, δι' ὧν ἄν τις μετ' ἀρετῆς πλεονεκτήσειεν· ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων, τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτανόντων, ἢ τοῖς λόγοις ἐξαπατώντων, καὶ μὴ δικαίως χρωμένων αὐτοῖς. Θαυμάζω δὲ τῶν ταύτην τὴν γνώμην ἐχόντων, ὅπως οὐ καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὴν ἀνδρείαν κακῶς λέγουσιν. Εἴπερ γὰρ διὰ τοὺς ἐξαπατῶντας, καὶ τοὺς ψευδομένους, πρὸς τοὺς λόγους χαλεπῶς ἔχουσι, προσήκει καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς αὐτοὺς ἐπιτιμᾶν. Φανήσονται γάρ τινες καὶ τῶν ταῦτα κεκτημένων ἐξαμαρτάνοντες, καὶ πολλοὺς διὰ τούτων κακῶς ποιοῦντες. Ἀλλὰ γὰρ οὐ δίκαιον, οὐδ' εἴ τινες τοὺς ἁπαντῶντας τύπτοιεν, τῆς ῥώμης κατηγορεῖν· οὔτε διὰ τοὺς ἀποκτιννύντας τὴν ἀνδρείαν λοιδορεῖν· οὐθ' ὅλως τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν· ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους ψέγειν, ὅσοι τοῖς ἀγαθοῖς κακῶς χρῶνται, καὶ τοῖς ὠφελεῖν δυναμένοις, τούτοις βλάπτειν τοὺς συμπολιτευομένους ἐπιχειροῦσι.

1, 13. Ὑγιείας] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὑγείας, contracte. Hujusmodi scripturæ diversitati enotandæ amplius non immorabor; semel eam notasse sufficiat. BUHLE. De hujus vocis orthographia vide Piersonum ad Mœrin, p. 310. Porsonum ad Euripid. Orest. 229.

1, 13. Τοιούτοις γὰρ ἄν τις] Eædem edd. ut et Victor. τούτοις γὰρ ἄν τις. Dedit Sylburgius τοιούτοις ex ed. Moreliana. BUHLE.

1, 14. Οὐκ ἔστιν οὔτε] Abest οὔτε ab Isingr. BUHLE.

1, 14. ὅτι οὐ τὸ πεῖσαι.] Non dubium est, quin verba illa dirigantur adversus id quod apud Platonem ait Gorgias p. 453. A.: τὴν ῥητορικὴν πειθοῦς δημιοῦργον εἶναι, καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτῆς εἰς τοῦτο τελευτᾷν. MURETUS Var. Lect. XI. 18.

1, 14. ἄλλας τέχνας—θεραπεῦσαι καλῶς.] Quod hic præcipit, idem paulo diversis verbis in I. Topicorum c. 2. tradidit: ἕξομεν δὲ τελέως τὴν μέθοδον, ὅταν ὁμοίως ἔχωμεν· ὥσπερ ἐπὶ τῆς ῥητορι-

κῆς, καὶ ἰατρικῆς, καὶ τῶν τοιούτων δυνάμεων. [τοῦτο δ' ἐστι, τὸ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ποιεῖν ἃ προαιρούμεθα] οὔτε γὰρ ὁ ῥητορικὸς ἐκ παντὸς τρόπου πείσει, οὔθ' ὁ ἰατρικὸς ὑγιάσει· ἀλλ' ἐὰν τῶν ἐνδεχομένων μηδὲν παραλίπῃ, ἱκανῶς αὐτὸν ἕξειν τὴν ἐπιστήμην φήσομεν. Nam quod ad medicum pertinet, Quintilianus quoque idem exposuit: *Et medicus sanitatem ægri petit; si tamen aut valetudinis vi aut intemperantia ægri, aut aliove quo casu summa non contigit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidet.* Peccavit tamen, quod medicum, qui cuncta ex arte ipsiusque præceptis egerit, fine medicinæ casurum non dixit, quamvis ægrotum non servarit: fine enim omnino excidet, officio non excidet: finis enim est salutem afferre ægroto, morbumque depellere. Non videtur igitur cognitum habuisse discrimen, quod est inter finem et officium. Animadvertendum autem est artes, quas hic intelligit, esse στοχαστικὰς, et in conjectura positas: hujuscemodi enim illæ sunt, in quarum potestate positum non est finem suum consequi, sine auxilio rerum externarum. VICTOR. Cicero de Nat. Deor. II. 4. *Ne ægri quidem quia non omnes convalescunt, idcirco nulla ars medicina est.* Ubi v. Davisium.

1, 14. Ἀλλὰ μέχρις.] Bas. Cam. ἀλλὰ καὶ μέχρις. Non male. Paullo post pro τό, τε πίθανον Ald. Bas. Cam. τό γε πιθ. VATER.

1, 14. Τὸ φαινόμενον ἰδεῖν πιθανὸν] Isingr. τὸ φαινόμενον πιθανὸν ἰδεῖν. BUHLE.

1, 14. Ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει] Cod. Victorii: ἡ γὰρ σοφιστικὴ (non ἡ μὲν, ut habet Sylburgius.) Idem expressit vetus versio Latina. In vulgata lectione consentiunt Georgius Trapezuntius, et edd. omnes. BUHLE.

Ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει—κατὰ τὴν δυνάμιν. Ordo, quo collocata sunt enuntiata, sententiam obscurat. Præcedebat, eadem animi facultate perspici et probabile, et id, quod probabile videretur. Jam additur, arte oratoria utrumque tractandum esse, quia oratores alii eo, quod revera probabile sit, utantur; alii eo, quod hanc speciem præ se ferat. Nam et qui omnem, quam possunt, operam in eo ponunt, ut verum intelligatur et persuadeatur (ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην s. δύναμιν ῥήτωρ); et qui fictis argumentis verisimilitudinis colorem inducunt, et consulto auditores decipiunt (ὁ κατὰ τὴν προαίρεσιν); utrique igitur uno nomine oratores appellantur. Ex oppositis illustrantur hæc. In Dialecticis contra hæc separata sunt. Sophista et Dialecticus in alterutra re singulatim studium collocant. Ibi qui voluntatem sequitur in persuadendo (ὁ κ. τ. προαίρεσιν), Sophista vocatur; Dialecticus contra, qui facultatem suam et vim argumentorum. De elocutione κ. τ. προαίρ. et δυν. vid. Eth. Nicom. III. 13. extr. Πλὴν significat *sed, contra.* Victorius jam notavit, in similitudine Dialectices

et Rhetorices esse caussam, cur πλὴν sit pro ἀλλά. Nam excipitur aliquid, in quo differant. Τὸ εἶναι οὐκ ἐν τῇ δυνάμει ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει ad oratorem quoque pertinet, sed etiam contrarium. VATER.

1, 14. Duobus verbis persecat ea, quæ apud Platonem in Hippia minore fusius ac copiosius disputantur. MURETUS.

1, 14. Dialecticus potest sed non vult; sophista et potest et vult fallere. Ethic. Nic. IV. 7. οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζὼν, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει. Πλὴν ἐνταῦθα, i. e. in studio oratorio, ἐκεῖ δὲ, in dialectico. SCHRADER. Topic. IV. 5. p. 332, 12. ed. Sylb. Ὁρᾷν δὲ καὶ εἴ τι τῶν ψεκτῶν ἢ φευκτῶν εἰς δύναμιν ἢ τὸ δυνατὸν ἔθηκεν· οἷον τὸν σοφιστὴν, τὸν δυνάμενον ἀπὸ φαινομένης σοφίας χρηματίζεσθαι· ἢ διάβολον, τὸν δυνάμενον διαβάλλειν, καὶ ἐχθροὺς ποιεῖν τοὺς φίλους· ἢ κλέπτην, τὸν δυνάμενον τὰ ἀλλότρια λάθρα κλέπτειν· οὐδεὶς γὰρ τῶν εἰρημένων τῷ δυνατὸς εἶναι τι τούτων, τοιοῦτος λέγεται· δύναται μὲν γὰρ καὶ ὁ θεὸς, καὶ ὁ σπουδαῖος, τὰ φαῦλα δρᾷν· ἀλλ' οὔκ εἰσι τοιοῦτοι· πάντες γὰρ οἱ φαῦλοι κατὰ προαίρεσιν λέγονται.

1, 14. σοφιστὴς.] Sophisten esse voluit Aristoteles, qui quæstus studio captus, videri sapiens vellet: in libro enim περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων inquit I. 2. καὶ ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης. Cicero inanis gloriæ cupiditatem addidit: Lucull. 23. *Sophistæ appellantur hi, qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur.* VICTOR.

CAP. II.

2, 1. Ἔστω δὲ ἡ ῥητορική.] Scholiastes Aphthonii in Montefalconii Bibl. Coislin. p. 593. Εἰδέναι δεῖ ὡς πολλοὶ τῶν ῥητόρων καὶ τῶν φιλοσόφων πολλοὺς ὅρους τῆς ῥητορικῆς ἀποδεδώκασιν. Ἀριστοτέλης γοῦν ὁ φιλόσοφος, οὕτως ὡρίσατο· ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνικὴ τοῦ περὶ ἕκαστον ἐνδεχομένου πιθανοῦ λόγου. Ἡμάρτηται δ' οὗτος ὁ ὅρος κατὰ τὸ ἐλλεῖπον. Δύο γὰρ κακίαι ὅρων πεφύκασιν, ὑπεροχή τε καὶ ἔλλειψις. Εἰ μὲν γὰρ ὑπερέχει ὁ ὅρος τῇ λέξει, ἐλλείπει τῶς πράγμασιν· εἰ δὲ ἐλλείπει τοῖς λόγοις, πλεονάζει τοῖς πράγμασιν. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἀριστοτέλους ὅρος ἐνέλειψε τῇ λέξει μὴ προστιθέντος πολιτικοῦ καὶ διεξοδικοῦ, ἐπλεόνασε τῷ πράγματι. Οὐ μόνον γὰρ τὴν ῥητορικὴν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν διαλεκτικὴν περιλαμβάνει. Τούτῳ δὲ διαφέρει τῆς διαλεκτικῆς ἡ ῥητορική· ὅτι ἡ μὲν διαλεκτικὴ οὐ μόνον περὶ πολιτικοῦ, ἀλλὰ περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος ζητήματος διαλήψεται πιθανῶς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, ἀλλ' οὐ διεξοδικῶς· ἡ δὲ ῥητορικὴ περὶ τῶν πολιτικῶν μόνον, οὐ διαλεκτικῶς ἀλλὰ διεξοδικῶς. Οὐκοῦν ἀποσκευαστέον τὸν Ἀριστοτέλους ὅρον ὡς ἐλλείποντα τῇ λέξει. Ἐπὶ δὲ Καίσαρος Αὐγούστου Διονύσιος ὁ ἀπὸ Ἁλικαρνάσου καταφέρων τὸ γένος, ὡρίσατο τὴν ῥητορικὴν συνεχῶς καὶ προσηκόντως, εἰρηκὼς, ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ,

τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν. Οὗτος τοίνυν ὁ ὅρος ἐκρίθη καλῶς ἔχειν· οὔτε γὰρ ἐλλείπει, οὔτε πλεονάζει, ἀλλὰ καὶ τὰ ἰδιώματα τῶν ὁρισμῶν ἔχει, λέγω δὴ τὸ ἐκ γένους καὶ συστατικῶν διαφορῶν καὶ ἰδιοτήτων συνεστάναι. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰπεῖν, δύναμις, ἐσήμανε τὸ γένος. Ἔστι γὰρ καὶ ἔντεχνος καὶ ἄτεχνος, δύναμις· διὰ δὲ τοῦ, τεχνικὴ, τὴν διαφοράν. Εἶτα καὶ ἑτέραν ἐπιτίθησι διαφορὰν, εἰρηκὼς, πιθανοῦ λόγου. Εἶτα ἐπειδὴ οὐ μόνος ὁ ῥήτωρ ἔχει τὸ πιθανὸν, ἀλλὰ καὶ ἰατρικὴ καὶ γεωμετρικὴ, (καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων οὐκ ἀπιθάνους δεῖ προσφέρειν τὰς ἀποδείξεις,) προστίθησι τὸ, ἐν πράγματι πολιτικῷ. Προσκεῖται δὲ τῷ ὅρῳ καὶ τὸ, τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν. Πᾶν γὰρ ὃ μὴ τέλος ἔχει καλὸν, ἡ κακοτεχνία ἐστὶν ἡ ψευδοτεχνία, ἡ ματαιοτεχνία. Καὶ κακοτεχνία μέν ἐστιν ἡ τῶν φαρμάκων καὶ τῶν γοήτων, ἐπὶ κακῷ γὰρ τῆς πολιτείας εὑρηνται· ἄλλο δέ ἐστι φαρμακεία, καὶ ἄλλο γοητεία, καὶ ἄλλο μαγεία· φαρμακεία μὲν γὰρ ἡ δι' ἑλλεβόρου, ἡ διὰ στόματος ἢ διὰ χρίσματος γινομένη· γοητεία δὲ ἡ ἀπὸ τῶν ἐνύλων καὶ ἀκαθάρτων, καὶ κακοποιῶν δαιμόνων προσκαλουμένη. Ἔλαβε δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν γόων, ἤγουν τῶν θρήνων. Μαγεία δὲ, ἡ διὰ τῶν μέσων δαιμόνων ἀγγελικῶν τε καὶ ἐνύλων ἐνεργοῦσα. Ψευδοτεχνία δέ ἐστιν ἡ μετὰ τὴν ἐνέργειαν τέλος οὐ καταλιμπάνουσα, ὡς ἡ ὀρχηστική. Καὶ ὁ μὲν ὅρος τῆς ῥητορικῆς οὗτος. Ἔργα δὲ αὐτῆς κατὰ τὸν Θεοδέκτην, προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πίστιν, ἀγωνίσασθαι πρὸς ἀπόδειξιν, ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν. Τέλος δὲ αὐτῆς, οὐ τὸ πεῖσαι, ἀλλὰ τὸ πιθαναῖς χρήσασθαι μεθόδοις· ὥσπερ καὶ ἰατρικῆς, οὐ τὸ ὑγιάσαι, ἀλλὰ τὸ ὑγιαστικαῖς χρήσασθαι μεθόδοις· καὶ φιλοσοφίας, οὐ τὸ πάντας ποιῆσαι καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἀλλὰ τὸ καλὰ καὶ ἀγαθὰ συμβουλεῦσαι. Καὶ εἰκότως· ὑπόκειται γὰρ ψυχὴ αὐτοπροαίρετος, αὐτοκίνητος, αὐτεξούσιος, παλίμβολος, θᾶττον ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον καταπίπτουσα, καὶ μᾶλλον ἐπιῤῥεπῶς ἔχουσα πρὸς τὸ αὐτῇ πείθεσθαι, ἢ ἑτέροις.

2, 1. Ἔστω ἡ ῥητορική.] Hanc et alias Rhetorices definitiones examinat Quintilianus Inst. Or. III. 15.

2, 1. Καὶ πιστική] Riccob. et Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. καὶ πειστική. Eandem lectionem sequi videntur vetus interpres Latinus, et Georg. Trapezunt. Minus bene. Πιστικὴ est *ars*, ut recte Sylburgius vocem explicavit, *ad fidem præceptis suis faciendam comparata*. BUHLE.

2, 1. πάθη.] Communi vocabulo πάθη vocare consuevit, quæcunque alicui rei adesse dicuntur, extra tamen illius essentiam definitionemque. Unde et πάθη καθ' αὑτὰ in Posterioribus Analyticis dicuntur, quæ de qualibet re præter illius naturam assumptis definitionibus demonstrantur: neque aliud quicquam in syllogismis demonstrativis scientiarum concluditur, nisi πάθη, quæ propter se strato illi adsunt, ut numero par aut impar. VICTOR.

2, 2. Τῶν δὲ πίστεων αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσι, αἱ δὲ ἔντεχνοι. Constat, ἀτέχνους πίστεις, ut testimonia, quæstiones per tormenta, eam ob caussam ita appellari, quod non sunt oratoris arte

comparatæ et excogitatæ. Ceteræ omnes dicentis arte inveniuntur, ut caussam suam defendat. Id enim est, quod paullo post dicitur διὰ τοῦ λόγου πορίζεσθαι. Cum vero in his πίστεσι ἐντέχνοις numerentur non solum argumenta, ex ipsa caussa desumpta, sed etiam ea, quæ moribus et existimatione dicentis et quæ affectibus animi auditorum concitandis continentur: hæc videntur contraria esse iis, quæ c. i. 9. de πίστεσι ἐντέχνοις dicta sunt. Sed duplex est significatio πίστεων ἐντέχνων. Nam et quæ arte comparantur rationes faciendæ fidei, et quæ solius artis oratoriæ sunt propriæ, hoc nomine vocantur: illæ latiori sensu, hæ angustiori, et illæ quidem nostro in loco, posteriores c. i. 9. Discriminis caussa est in eo, quod capite primo de iis sermo est, quæ Rhetoricæ propria sunt, quibusque ab aliis artibus omnibus distinguitur. Eadem de caussa c. i. πίστις fere est ἀπόδειξις, argumentatio rhetorica, quippe quæ hac arte sola, nullis aliis in auxilium vocatis, efficitur. Nostro in loco et in iis, quæ sequuntur, ut c. viii. 6. aperte dicitur, πίστεις sunt rationes et instrumenta fidei faciendæ et persuadendi, quibuscunque oratori opus est. VATER.

2, 2. τῶν δὲ πίστεων.] Vide Quintil. V. i. 1.

2, 2. ἄτεχνα.] Vide Ciceron. de Orat. II. 27.

2, 2. καὶ ὅσα τοιαῦτα.] Non expresserunt hæc vetus interpres Latinus et Georg. Trapezuntius; nec leguntur in Ald. Ven. Cam. Frob. Spir. Majorag. Isingr. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Equidem totum commation, ut suspectum, uncis seclusi. BUHLE.

2, 2. καὶ ὅσα τοιαῦτα.] Commation hoc, quod in edd. vett. non legitur, Victorius ex cod. suo et prisco Intpr. bene restituit. VATER.

2, 2. ἔντεχνα.] Vid. Dionysii Hal. Judicium de Lysia c. 19. p. 494. ed. Reisk.

2, 3. Τῶν δὲ διὰ τοῦ λόγου ποριζομένων πίστεων.] Abest διὰ ab Ald. Ricc. et Frob. Pro ποριζομένων Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. habent πορισαμένων. Minus bene. BUHLE.

2, 4. Ἀξιόπιστον ποιῆσαι.] Ald. Ricc. Spir. Frob. ἀξιόπιστον ποιῇ. Isingr. ἀξιόπιστον ποιεῖν. BUHLE.

2, 4. Περὶ πάντων.] Ald. Ricc. Spir. Frob. Majorag. περὶ πάντα. Minus bene. BUHLE.

2, 4. Τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν.] Eæd. edd. μὴ ἔσται. Nescio an melius. BUHLE.

2, 4. Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ προδεδοξάσθαι] Teste Morelio, vetus interpres Latinus videtur legisse: δεῖ δὲ κ. τ. σ. μὴ διὰ τ. λ. ἀ. δ. τ. π. Georgius Trapezuntius vulgatum secutus est. BUHLE.

2, 4. συμβαλλομένην.] Hanc lectionem e MSS. Victorii derivatam explicat et defendit Muretus V. L. II. i. Contra

Lambinus in Ep. ad Muretum (Muret. Opp. I. p. 398.) "Scripturam quam substituis, non probo. Denique totum "locum sic legendum arbitror: Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι τῶν τεχνο- "λογούντων, οἱ οὐ τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος. "i. e. Non enim ita se res habet, ut quidam magistri qui "de arte scripserunt, existimant: qui non ponunt in iis, quæ "sunt artis, probitatem dicentis. In verbis οὐ γὰρ, subaudien- "dum, οὕτως ἔχει."—"Menda ne nunc quidem carere censeo verba Aristotelis, etiam post Lambini præstantem sane emendationem. Hiat enim argumentatio inter ποιόν (sic scribendum non ποῖον) τινα εἶναι τὸν λέγοντα et οὐ γάρ." SPALDING. ad Quintil. V. 12, 9.

2, 4. Τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἐπ.] Post τιθέασιν in marg. ed. Isingr. legitur οὐ. Ald. Ven. Bas. Ricc. Spir. Majorag. καὶ ante τὴν omiserunt. BUHLE.

2, 4. Καὶ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην· Συμβαλλομένην est in cod. Victorii et prisco Intpr. in aliis libris scriptis συμβαλλόμενον, in aliis συμβαλλομένου. Illud rectum, sed interpunctio ante voc. ὡς delenda est. Hæc enim et particula καὶ attulerunt difficultatem, qua hic locus premi visus est. Ea fecit, ut putarent Interpretes, voce λέγοντος finiri enuntiatum, neque cum verbis ὡς οὐδ. σ. id conjungerent. Ἐπιείκεια τοῦ λέγοντος est id, quod statim ἦθος dicitur, probitas, quæ inesse in dicente, ex oratione intelligitur; non ea, quæ ex vita hominis cognita et spectata est; est bona existimatio, quæ oratione efficitur. Hac enim de re disputatur in iis, quæ proxime antecedunt. Hanc igitur ostentationem integritatis rhetores quidem attigerant in commentariis, sed inutilem esse affirmarant. Neque est absonum a ratione temporis, rhetores quosdam, sophismatis suis et artificiosa argumentorum implicatione nimis confisos, hæc præcepisse. Καὶ negligenter positum significat, rhetores præter alia quædam etiam hoc rejecisse. Sed forsan melius καὶ cum desit in edd. Ald. Bas. Cam. al. Mureto auctore deleatur. Victorius et Majorag. ἐπιείκειαν accipiunt de vera vitæ integritate, non de ea, quæ oratione exprimitur. Volunt in eo rhetores reprehendi, quod dicentem moribus oratione significandis affirmarent nihil conferre ad fidem faciendam. Hanc effici ipsa integritate vitæ, quam in præceptis artis collocarent. Vix recte. Verba, quæ statim sequuntur, ipse Majorag. vertit: *tanquam si boni mores oratione expressi nullam ad persuadendum vim haberent.* Itaque intelligitur, ἐπιείκειαν tunc duplici sensu accipi, primum de vera integritate; deinde cum repetitum hoc vocabulum ad συμβαλλομένην subaudire oporteat: nihilominus est species probitatis dicendo expressa. Hac de caussa Victorius maluit συμβαλλομένου scil. ἤθους absolute dici. At ne ita quidem difficultas tollitur. Caussæ enim nihil est,

cur ἦθος significet ostentationem integritatis, ἐπιείκεια vero vitæ integritatem veram. Quare ratio nostra recte habet, et lucidior fuisset Aristotelis sententia, si scripsisset: οὐ γάρ ἐστι οὕτως, ὥσπερ ἐ. τ. τ. τ. ἐ. τ. τέχνῃ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος οὐδὲν συμβάλλεσθαι πρ. τ. π. *Tantum abest, ut quod illi dicunt, nihil conferat ad persuadendum, ut etiam efficacissimum sit.* VATER.

2, 4. Οὐ γὰρ, ὥσπερ—ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν.] Plane Tibi assentior de eo, quod ad ἐπιείκειαν disputas contra Victorium. Illud non video, quid nos juvet ante particulam ὡς deleta interpunctio. Ipsam hanc particulam alteri ὥσπερ parum apte subnexam esse, Tu quoque mihi videris sensisse in extrema notatione, sed, ut aliis quibusdam locis, suspicionem gravioris vitii modestia cohibuisse. Nam si Græcum est, quod scribis, ὥσπερ ἔνιοι τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λ. οὐδὲν συμβάλλεσθαι: quid habet participium pro infinito verbo positum, quod istam particulam magis poscat, vel modo leniorem faciat? Quis vero unquam τιθέναι sic simpliciter adhibuit potestate vel *dicendi* vel *attingendi*, seu *putandi, opinandi?* Hoc amplius. Adeone Tu istos artium auctores imprudentes fuisse censes, ut, si illam virtutem dicentis attingerent vel commemorarent in libris suis, eam tamen nihil conferre ad fidem faciendam putarent? Quodsi in hoc errore versabantur, eos aut vanitatem rei pluribus demonstravisse, aut ipsam prorsus omisisse credibile est. Si illud demonstraverant, ἀκυρολόγως adhibitum esset verbum τιθέναι; sin id non fecerant, et ne posuerant quidem rem in arte, quid illud est, ἔνιοι τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ τὴν ἐπιείκειαν, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην? Nam, ut dixi, τιθέναι non est *putare.* Illud esset, *ponunt rem in libris, quasi nihil conferat.* Nam sic vertendum est ὡς; idque recte, licet aliis verbis, vertit Muretus: sed cetera liberius, quasi vitium obumbrare voluisset. Difficultatem, qua periodi forma laborat, etiam nuperus Editor vidit. Quid multa? Sententiam Aristotelis, nisi ipsa verba, assecutus videtur Lambinus, in longissima illa ad Muretum epistola ita corrigens: οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι τ. τ., οἳ οὐ τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ τ. ἐ. τ. λ., ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην π. τ. πιθανόν. *Non enim ita res est, ut quidam artium auctores putant; qui non ponunt in iis, quæ sunt artis, probitatem dicentis, quasi ea res nullam vim habeat ad persuadendum.* Idem Lambinus ellipticum idioma tangit, οὐ γὰρ ὥσπερ. Jam vide mihi, quam vim recipiant illa, ἐν τῇ τέχνῃ, quæ in alterutra istarum rationum, quas ante tentavi, inepte jacent et languent. WOLF.

2, 4. Ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην.] Variant Codd. Sunt qui legant συμβαλλομένου, quod etiam Ald. Bas. Ricc. Spir. et Victor. agnoscunt. Alii codd. Victorii habent συμβαλλόμενον. Nostram lectionem, approbatam quoque Mureto Var. Lectt. II. 1. sequuntur vetus interpres Latinus, et Ven. Cam. Ma-

jorag. Sylburg. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. Referendum est *συμβαλλομένην* ad *ἐπιείκειαν*. Victorius in *συμβαλλομένου* paulo durius subintelligit *τοῦ ἤθους*. Melius forsitan suppleatur *τούτου*, et dicatur, Aristotelem comprehendisse omnino ea, quæ ad mores oratoris pertinent. Utrum tamen legeris, manet in tota periodi compositione aliqua difficultas, nec mendum, quo ea laborat, satis sanatur. Georgius Trapezuntius vertit: *Nec probitas dicendi, (ut quidam eorum reliquerunt, qui artes scripserunt,) nihil affert ad probandum, sed fere, (ut brevi absolvam,) præcipuam mores faciunt fidem.* BUHLE.

2, 4. *Κυριωτάτην ἔχει π. τ. ἦ.*] Plutarchus in Vita Phocionis, p. 744. A.: *Ἐπεὶ καὶ ῥῆμα καὶ νεῦμα μόνον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μυρίοις ἐνθυμήμασι καὶ περιόδοις ἀντίῤῥοπον ἔχει πίστιν.*

2, 6. *ἐκ τῶν π. ἕ. π.*] *Quæ in quaque re insunt apta ad persuadendum.* Ea sunt rei probandæ, (nempe tam subjecti quam prædicati quæstionis demonstrandæ) definitio, proprietates, consequentia, antecedentia, repugnantia &c. v. Analyt. Pr. I. c. 27. in med. et c. 30. in fine. SCHRADER.

2, 7. *Ὅτι ταῦτα τρία ἐστὶ*] Sic dedit Victorius, quem ceteræ edd. secutæ sunt. Ante illum legebatur: *ὅτι τρία ταῦτά ἐστι.* BUHLE.

2, 7. *τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου.*] Hoc est, qui non tantum syllogismi struendi modum norit, sed et plurimorum syllogismorum principia Dialectica, unde de quaque re confici illi possint, in promtu habeat, aut certe methodum illa investigandi noverit. Modus is docetur Analyt. Pr. I. c. 27. Principia autem Dialecticorum syllogismorum ipsa magno numero perscribuntur 8 libris Topicorum. SCHRADER.

2, 7. *τρία ταῦτα ἐστι λαβεῖν.*] Verba ita construi debere puto: *ἔστι τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου καὶ τοῦ θεωρῆσαι* &c. *λαβεῖν τρία ταῦτα*: qui enim cuncta hæc præclare tenet, i. e. qui ratione concludere, contemplari naturas hominum ac mores, resque denique bonas ac malas distinguere potest, necnon, quæ vis sit singularum perturbationum didicit, quomodo illæ excitentur, quibusque adjumentis, cum usus venerit, tria illa præstare poterit: qui contra harum rerum rudis erit, munus suum numquam implebit. VICTOR.

2, 7. *Τὰ περὶ τὰ ἤθη*] Abest prius *τὰ* ab Ald. Ven. Ricc. Spir. Cam. Bas. Victor. Majorag. quare uncinos adhibui. Addidit illud Sylburgius ex ed. Morel. BUHLE.

2, 7. *Καὶ τρίτον τὰ περὶ τ. π.*] Ald. Bas. Victor. Cam. *τοῦ περὶ τὰ π.* Quæ lectio non omnino est rejicienda. Altera ex ed. Morell. a Sylburgio recepta est. VATER.

2, 7. *Ἐκ τίνων ἐγγίνεται.*] Ven. Cam. Majorag. *ἐκ τίνων γίνεται.* Georg. Trapezuntius: *ex quibus* nascitur. BUHLE.

2, 7. παραφυές.] Ethic. Nic. i. 6. παραφυάδι γὰρ τοῦτ' ἔοικε, καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος.

2, 7. Τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας.] Ex emendatione Victorii, qui ita in antiquissimo Codice legi asseruit Comment. p. 16. Expressit idem vetus interpres Latinus. Georg. Trapezuntius, et Ald. Ven. Cam. Bas. Majorag. τῆς περὶ τὰ πάθη πραγματείας. Nostram lectionem veram esse, docet locus infra (cap. 4.) obvius: ὅπερ γὰρ καὶ πρότερον εἰρηκότες τυγχάνομεν, ἀληθές ἐστιν, ὅτι ἡ Ῥητορικὴ σύγκειται μὲν ἐκ τῆς Ἀναλυτικῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη Πολιτικῆς. Confer Alexand. Aphrodis. Comment. ad Analyt. Pr. procem. sub fin. Ethic. ad Nicom. I. 2. BUHLE.

2, 7. πολιτικήν.] Hoc nomine totam philosophiam practicam et hic et Ethic. Nic. I. 2. 10. appellat. Et Magnorum Moralium I. 1. doctrina de moribus diserte pars Politicæ vocatur; quo pertinet etiam Rhet. I. 4, 5. SCHRADER. Vide Mureti Orat. iv. Opp. T. I. p. 237.

2, 7. ὑποδύεται.] Metaphys. III. 2. οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ τὸ αὐτὸ μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ. VICTOR.

2, 7. οἱ ἀντιποιούμενοι.] Carpit sui temporis rhetoras, qui propter conjunctionem quam habet dicendi ars cum civili facultate, quæ totam institutionem sibi propositam habet civitatis, cum hæc in parte tantum versetur, et ipsam in universum civilem facultatem, ut nulla re diversam a rhetorica, sibi arrogabant: et aut ipsi fallebantur, aut alios fallere studebant: neque enim una tantum de causa hæc cupiditas in animis hominum gignitur, partim namque imperitia, partim ostentatione ac vento, partim aliis rebus impelluntur, ut majora sibi tribuant, quam vere sustinere possint. VICTOR.

2, 7. Τὰ δὲ καὶ δι' ἄλλας.] Ald. Bas. Victorii, Cam. τὰ δὲ καὶ ἄλλας. VATER.

2, 7. περὶ οὐδενὸς—πῶς ἔχει.] Habent hoc commune inter se et disserendi et dicendi ars, quod neutra ipsarum definitæ alicujus rei naturam quærit: ut scientiæ, et artes aliæ facere solent: de quo ipse supra, exemplis et medicinæ et geometriæ et arithmeticæ allatis, disputavit: neque enim in potestate rerum explicanda occupatæ sunt, sed tantum viam ac rationem tradunt, hanc aut illam rem argumentis quibusdam aut confirmandi aut evertendi: quæ vero vis earum rerum sit, non curant. Hoc valet, ut opinor, πῶς ἔχει. VICTOR.

2, 8. Διὰ τοῦ δεικνύναι.] Bas. διὰ τὸ δεικν. BUHLE.

2, 8. Τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικν.—§. 22.] Inde ab hac paragrapho tractatur persuadendi ratio, quæ ab argumentatione et probatione proficiscitur. Quo brevior et subtilior est hæc tractatio, eo est intellectu difficilior, eoque magis explicatione indiget.

Instrumenta probationis sunt exemplum et enthymema. Exemplum eo differt ab inductione dialectica, quod in Dialecticis natura generis ex omnium partium natura demonstratur. In Rhetoricis contra vel uno vel nonnullis eventuum exemplis efficitur, credibile esse aut fieri posse, ut ejusmodi aliquid etiam nunc eveniat. Atque hoc est, quod §. 17. dicitur, exemplum h. e. eventum, quod testimonii loco ab oratore pronuntiatur, ita se habere ad rem probandam, h. e. ad eventum alium similem, ut pars se habet ad partem: cum contra in Dialecticis inductio ad rem demonstrandam, ut ὅλον πρὸς ὅλον, et singula exempla, quibus inductio continetur, ut μέρη πρὸς ὅλον sese habeant. Exemplum et enthymema fere distinguuntur, ut diversa argumentationis genera. Exemplum fit ex singularibus, enthymema ex universalibus (Problem. XVIII. 3.) Interdum tamen enthymema sensu latiori de omni argumentatione universe dicitur. Tunc etiam argumentatio, quæ ex exemplo est, enthymemati, ut forma generi, subjecta est (L. II. 25, 8.) Sed id huc non pertinet; hic manifesto, ut plerumque, distinguuntur. Si quis ita argumentetur: Lacedæmoniis perniciosum fuit bellum cum sociis: idcirco etiam Atheniensibus id nocebit: hoc exemplum est, non enthymema.

Accuratior est demonstratio, qua ex iis, quæ universe aut fere ita sunt, concluditur. Hæc est probatio per enthymema h. e. per syllogismum. Quibus syllogismi conformatio continetur, ea etiam ad enthymema pertinent. Quanquam in eo differunt, quod orationi non convenit, totam syllogismi formam accurate exprimi. Non hæc est enthymematis, quasi mutili syllogismi, nota propria, ut media propositio, qua argumentum assumitur, fere desit: quanquam enthymema vulgo ita definiunt. Contra in argumento, quod affertur, quodque, ut in syllogismis, universale aut pæne universale est, natura enthymematis maxime cernitur. Ejusmodi argumentum oratores sæpe sine assumptione et sine conclusione pronuntiant, neque eo minus enthymema allatum est. Conclusiones vero rarius omittuntur, quia magnus earum usus est, ad excitandos et permovendos auditorum animos. Deest sæpe ipsa propositio universalis, ut, Omnes, quos ipsi hostes laudare coguntur, boni sunt. Oratori sufficit dicere, Caius ab ipsis hostibus laudatur: ergo bonus est. Illud auditor supplebit. Alibi assumptio sine negotio intelligitur; ut §. 13: Dorieus vicit in certamine, in quo victores coronantur; Olympia enim vicit. Præterea argumentum modo est revera ex universalibus, modo hanc tantum speciem habet. Argumentum modo antecedit conclusionem, modo sequitur. Aut pronuntiata propositione, quæ in syllogismis major vocatur, nectuntur propositiones aliæ, quæ audientium

animos ad conclusionem sensim deducant. Concluditur denique sæpe exclamando; aut in alia periodo inest argumentum, in alia conclusio: prout orationis natura et dicentis in caussis singulis propositum jubet. Ex orationibus enthymematicis, ut ex Demostheneis, hæc facile perspiciuntur. Atque hactenus potissimum sequor Facciolatum, virum doctissimum, qui in prima Acroasium dialect. de enthymemate disserit. Qui tamen cum affirmet, enthymema esse, quod leviter concludat; syllogismum, qui ex caussa rei necessaria ducatur, et ab oratore modo enthymema, modo syllogismum afferri: Aristotelis sententiam puto paullo aliam et diversam esse. Cum enim sæpe dicatur in hoc libro, enthymema omnino ex adverso respondere syllogismo, qui sit in Logicis: omnis argumentatio, quæ fit ex iis, quæ universe aut fere sunt, in Rhetoricis enthymema est. Accedit, quod tantum abest, ut ullo in loco illud enthymematis et syllogismi discrimen notetur, ut §. 14. manifesto etiam rhetorici syllogismi h. e. enthymemata ex necessariis ducantur. Atque ejusmodi sunt enthymemata omnia, quæ ex tecmeriis fiunt. Sed pauciora quidem inde ducuntur propter naturam Rhetorices, quæ in actionibus hominum aliisque rebus, quæ plerumque fiunt, maxime versatur. Enthymema igitur est syllogismus non accurate expressus, sed accommodate ad dictionem oratoriam, ideoque solutior enuntiatorum verborumque compositione. Est etiam in consecutione sententiarum interdum solutior. Sæpe, sed non semper, vel assumptio vel conclusio paullo diversa est a sententia propositionis majoris. Tunc leviter concluditur, sed hæc non est probationum oratoriarum omnium nota propria. In fallacibus Dialectices argumentationibus idem evenit: in oratione dicentis copia vitium facilius occultatur. Orator igitur vel accuratius vel levius concludit (L. II. 22, 10.) sed semper accommodate ad dictionem oratoriam debet concludere.

Enthymematum materia sunt προτάσεις, propositiones, quæ argumento sunt, quibusque efficitur, bonum esse aliquid aut honestum aut majus aut contra. Προτάσεων et materia et conformatio potest considerari. Materiæ bipartita est ratio, de qua §. 20. inde a verbis, τῶν δὲ ἐνθ. μεγ. διαφοραὶ, disputatur. Bonum honestum esse aliquid; terram, non solem circumferri, si oratione probaveris; probatio ex Ethicis, Physicisve, non ex Rhetoricis desumpta est. Hæc igitur sunt τὰ ἐνθυμήματα τὰ κατ' ἄλλας τέχνας καὶ δυνάμεις. Alia contra demonstrantur ex propositionibus, quæ propriæ sunt Rhetoricæ aut Dialecticæ, et latissime patent. Multæ ejusmodi propositiones enumerantur L. II. c. 23. seq. Sufficiat significasse locum de similitudine. Similia conveniunt similibus. Si igi-

tur demonstraveris, eventurum esse aliquid, quia in simili caussa alias evenit: in sola similitudinis notione non inest significatio hominis aut rei, quæ similis esse dicatur, sed per se ejusmodi argumentatio est *περὶ οὐδὲν ὑποκείμενον* (cf. §. 21. c. IV. 6.) Atque hæc dialectica et rhetorica sunt, *τὰ ἐνθυμήματα τὰ κατὰ Ῥητορικήν.*

Deinde *προτάσεις*, ex quibus fit argumentatio, sua ipsarum natura et conformatione differunt. Tripartita est hæc varietas. Nam *τὰ τεκμήρια, τὰ σημεῖα* et *τὰ εἰκότα* sunt *προτάσεις* (c. III. 7.) Quarum partium discrimen et natura, neque a Victorio neque a Majoragio satis accurate exposita, diligentius notanda est. Solum Aristotelem, certasque ejus declarationes in hac re sequar, quoniam Aristotelis caussa hæc dicuntur. Nam in Rhetorica ad Alex. c. 8—15. longe alia horum vocabulorum significatio invenitur. Ita *ἔλεγχος* ibi ferme id est, quod hic *τεκμήριον* vocatur. Præterea etiam Cicero (de Inv. I. 30.) et Quinctilianus (V. c. 9 et 10.) alias *τῶν εἰκότων* et *τῶν σημείων* definitiones proposuerunt, quibus deceptus Majoragius vult, Aristotelis *σημεῖα* esse signa, quæ sub sensum cadant et a re effecta ducantur. Quinctilianus dicit, Signa esse ejusmodi, ut cruorem cædis. Sed signa Aristotelea latius patent. Nam præter *τεκμήρια, σημεῖα* et *εἰκότα* plane nihil est, ex quo enthymemata fiant; id quod ex hoc loco et L. II. c. 25. luculenter apparet. *Τεκμήριον* vero, et *σημεῖον*, quod proprie ita appellatur, continentur latiori *σημείων* nomine, tanquam genere. Itaque *λέγεται ἐνθυμήματα ἐξ εἰκότων καὶ σημείων.*

Demonstratio enim alia est, si ostenditur, revera aliquid esse (*τὰ ἀναγκαῖα*); alia, si verisimile (*τὰ εἰκότα*). Verisimile aliquid esse, verisimilibus propositionibus probatur: ut, opinabile esse, fore, ut Caius petulantem Nepotem, a quo lacessitur, castiget, quia irati fere ita agant, Caius autem ad iram propensus sit. Hoc exemplo non convenit dicere: Caius Nepotem, opinor, castigabit: atque *σημεῖον* est, quod Caius iratus est, aut, quod irati fere ita agunt. Contra esse aliquid et necessario esse, per *εἰκότα* non potest confici. Quamvis enim verisimillimum sit, facinus esse perpetratum: eo tamen, factum esse, non potes omnino confirmare. *Σημείοις* igitur probantur *τὰ ἀναγκαῖα*. *Σημεῖον* est argumentum, quod arguit rem ita esse, quod tamen non ita comparatum est, ut ejus vim non intelligas, nisi interjectis multis propositionibus, quibus argumentum cum re probanda cohærere ostendatur. Ex ipso *σημείῳ* perspicitur, rem ita se habere. Ut in hoc: opinio hæc cadit in naturam humanam; signo est, quod plerique id opinantur.

Σημεῖα vero ad omnia, quæ argumentatione probantur, non

solum ad res in facto positas aut sensibus subjectas pertinere, intelligitur jam ex eo, quod diximus, ex Aristotelis sententia quælibet enthymemata vel verisimilibus vel signis contineri. Nam ex alterutro enthymema formandum est, si utile aut honestum aliquid esse ratione, non exemplis a dicente ostenditur; quanquam ejusmodi argumentationes neque re in facto posita neque sensibus subjecta continentur. Exempla Aristotelis hunc usum confirmant, ut c. III. 6. L. III. 2, 1. Esse vero sæpe idem est ac factum esse, et præsertim in orationibus plerumque tractantur ea, quæ evenerunt aut eventura sunt. Quæ ut probentur, fere eventis aliis, ut signis, utendum est, ex quibus illa suspensa sunt et consequuntur. (Elench. Sophist. V. 7.)

Sed consecutio hæc vel vera est vel fallax: alia signa revera probant, rem ita esse; aliis perperam opinantur id confici. Vera signa sunt, ἐξ ὧν γίγνεται συλλογισμὸς (§. 17.) h. e. in quibus argumentum cum re probanda artissime conjunctum est, ita ut, si propositio, quæ signo est, vera est, alteram veram esse necesse sit: utque si alterum evenit, alterum evenire omnino oporteat. Hoc est τεκμήριον. Alterum σημείων genus, quod nomine proprio caret, continetur propositionibus ἀσυλλογίστοις, in quibus non inest necessaria consecutio. Τεκμήριον igitur allatum est, si enuntiatum, quo argumento uteris, forma est; alterum vero, quod argumento confirmas, hujus formæ genus (σημεῖον ὡς τὸ καθ' ἕκαστον πρὸς τὸ καθόλου ὄν). Genus enim necessario inest in unaquaque forma sua. Ut scis aliquem febrim habere: hoc uteris signo, quo probes, eum ægrotare; nam qui febrim habet, ægrotet necesse est. Contra non item consequitur. Conclusio igitur vera non est, si signum genus est, res probanda autem hujus generis forma (σημεῖον ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος ἔχον). Nam formis singulis sunt affectiones propriæ, quibus distinguuntur a genere suo et ab ejus ceteris formis. Quamvis igitur genus adesse constet: inde tamen nondum conficitur, formam illam singularem nunc revera conspici. Ut si dixeris, Caium frequenter anhelare, quod scias, et hoc argumento intelligi, eum in febrim incidisse: hoc signum verum non est. Anhelantium alii febrim habent, alii non habent: illorum e numero Caium esse, certe hoc signo non demonstratur. Ne verisimile quidem id fit per signum ejusmodi. Eo enim, quod Socrates simul sapiens et justus est, (quod tertium est Aristotelis exemplum,) verisimile non fit, etiam ceteros philosophos et sapientes et justos esse: efficitur tantum id esse posse. Sæpe autem signa captiosissima sunt, ita ut pæne omnes credant, ex signo tuo id, quod vis, revera consequi. Sæpe enim forma, quam adesse probaturus es,

ferme totum generis ambitum complet, ita ut inter genus et formam haud multum intersit, utque, si genus est, ferme perinde sit, ac si forma sit singularis: aut plura ejusmodi signa in eventu aliquo conjuncta sunt, ita ut omnia indicia congruere videantur. Tunc signo verisimile fit, revera id esse, quod vis: at signum non affertur hoc consilio, ut notes, rem verisimilem et ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ esse; sed ut confirmes, eam omnino esse, aut fallas auditores, qui te id demonstrasse credant. Atque hoc est, in quo τὰ σημεῖα et τὰ εἰκότα inter se differunt. Τὸ εἰκὸς affertur, ut res verisimilis sit, sed committitur auditorum judicio, an iis quoque ita videatur. Σημείῳ vero qui utitur, sine exceptione ponit, rem esse. Ut, plerumque mentitur Tubero; verisimile est, eum etiam nunc mentiri. Contra: Mentiris Tubero; signo est, quod heri mentitus es. Idem discrimen intercedit inter argumentationes ex exemplis et inter σημεῖα. Ut, Atheniensibus hoc perniciosum fuit, erit etiam Lacedæmoniis; hoc enim verisimile est. Contra affirmat aliquis: philosophi (omnes) justi sunt; signo est: Socrates et philosophus fuit et justus. Simulat hoc argumento illud confici. Cf. ad hunc locum etiam Anal. Pr. II. c. 29. VATER.

2, 8. Τὸ δὲ φαινόμενος συλλογισμὸς] Inseruit textui commation hoc fide Cod. MS. antiquissimi Victorius. Legit quoque in Cod. Græco vetus interpres Latinus. Verum abest illud a versionibus Hermolai Barbari, et Georgii Trapezuntii, nec non ab Ald. Ven. Bas. Spir. Cam. Majorag. Muretus Var. Lect. II. 1. recte ea verba abesse putat. *Dicit enim Aristoteles, eorum, quæ faciunt fidem, quod aut demonstrent, aut demonstrare videantur, aliud* syllogismum *esse, aliud* inductionem; *quemadmodum et in Dialecticis; se enim vocare* enthymema, *syllogismum oratorium;* exemplum *vero, oratoriam inductionem. Verbum* φαίνεσθαι *et vox* καθάπερ (quæ antecedunt) *errorem objecisse videntur iis, qui aliquid præterea addendum esse censuerunt.* Bene hæc Muretus. Equidem commation illud uncinis compescui. BUHLE.

2, 8. Τὸ δὲ φαινόμενος συλλογισμός.] Muretus in versione (cf. etiam Var. Lect. II. 1.) non hæc solum, sed omnia, quæ sequuntur usque ad verba ἐνθύμημα συλλογισμὸς, omisit. Prius enuntiatum manifesto scholion est: posterius contra, καὶ ἐνταῦθα—ἐνθύμημα συλλογισμὸς, quanquam deest in edd. Ald. Ven. Bas. Cam. locum tamen suum ex cod. Victorii et prisco Intpr. merito recuperavit. Eo enim omisso oratio non tam bene cohæret, quam si ante verba, καλῶ δ' ἐνθύμημα, vocabulum ἐνθύμημα jam positum sit. VATER.

2, 8. Καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγὴ τὸ δὲ ἐνθύμημα συλλογισμὸς] Non agnoscunt hæc plures Codd. Victorii, Georgius Trapezuntius, et Ald. Ven. Frob. Spir.

Majorag. Restituit ea Victorius ope antiquissimi libri MSti, in quo restiterunt, quæ in reliquis defecere. Expressa quoque sunt a vetere interprete Latino. In Cod. MSto, qui *Francisci Puccii* fuit, (is enim est Cod. cujus Morelius, et ex hujus nota Sylburgius meminit,) legebatur pro vulgato: οὕτως ἐν τῇ Ῥητορικῇ τὸ μὲν ἐνθύμημα τὸ δὲ παράδειγμα· ex qua lectione haud temere aliquis forte colligeret, tam verba hodie in textu recepta, quam ceteras lectiones mera glossemata esse. Interea Hermolaus Barbarus hanc lectionem ante oculos habuit. Vertit enim: *ita apud oratorem per exemplum et enthymema tractatur.* Monendum est, Hermolaum paulo liberius in vertendo versatum esse. Isingr. et Ricc. habent: καὶ ἐνθάδε ὁμοίως ἔχει. ἔστι γὰρ παράδειγμα μὲν ἐπαγωγή· ἐνθύμημα δὲ συλλογισμός. Confer. Quinctil. Institt. Orat. V. 14. BUHLE.

2, 8. ῥητορικὸν συλλογισμόν.] Quintilianus V. xiv. 24. *Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis pars dicitur syllogismi:* nec animadvertit hunc auctorem utroque modo ipsum appellare, hic enim aperte, oratorium syllogismum; in extremo secundo τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν, inchoatum imperfectumque syllogismum eum vocavit: ἀτελῆ συλλογισμὸν, partem syllogismi, ut arbitror, reddidit Quintilianus. Eodem autem capite inquit, (V. 10. 3.) *Nunc alii, rhetoricum syllogismum, alii imperfectum syllogismum vocaverunt.* VICTOR. Alexander Aphr. in Top. p. 7. τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ ῥητορικοὶ συλλογισμοὶ, οὓς ἐνθυμήματα λέγομεν, καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις δοκεῖ γίγνεσθαι διὰ μιᾶς προτάσεως συλλογισμὸς, τῷ τὴν ἑτέραν γνώριμον οὖσαν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ἢ τῶν ἀκροατῶν, προστίθεσθαι. Οἷον, οὗτος ἄξιός ἐστι κολάσεως, προδότης γάρ. προστίθησι γὰρ ὁ δικαστὴς, ὡς ἐναργὲς, τὸ, πάντα τὸν προδότην κολάσεως ἄξιον εἶναι. ἔχει γὰρ τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου λεγόμενόν τε, καὶ τιθέμενον. Διὸ οὐδὲ οἱ τοιοῦτοι κυρίως συλλογισμοὶ, ἀλλὰ τὸ ὅλον, ῥητορικοὶ συλλογισμοί.

2, 8. Ἢ ὁντινοῦν] Ven. Majorag. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. ἢ ὁντιναοῦν. Minus belle. BUHLE.

2, 8. ὁτιοῦν ἢ ὁντινοῦν.] Cum in genere neutro ὁτιοῦν dixit, intellexit negotium aliquod factumve; cum vero virili ὁντινοῦν, personam hominemve: usu enim sæpe venit disserentibus ostendere factum aliquod, aut honestum aut turpe; nec non hominem aut probum aut improbum esse. Sive igitur quidpiam, inquit, de facto aliquo sive persona concludatur, necesse est huc descendere. VICTOR. ἢ ὁντινοῦν plane delendum est: quod ego cum jam pridem conjecissem, confirmatus sum in sententia auctoritate Halicarnassei, qui hunc locum ita citat, ut illam librariorum προσθήκην non agnoscat. MURETUS V. L. XV. 16.

2, 8. ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν.] II. 23. Ὅτι δὲ οὐ μόνον οἱ διαλεκτικοὶ καὶ ἀποδεικτικοὶ συλλογισμοὶ διὰ τῶν προειρημένων γίνονται σχημάτων, ἀλλὰ καὶ οἱ ῥητορικοὶ, καὶ ἁπλῶς ἡτισοῦν πίστις, καὶ ἡ καθ' ὁποι-

καινοῦν μέθοδον, νῦν ἂν εἴη λεκτέον. Ἅπαντα γὰρ πιστεύομεν ἢ διὰ συλλογισμοῦ, ἢ ἐξ ἐπαγωγῆς.

2, 8. Ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν] Cf. Analyt. Prior. II. 23, 24. BUHLE.

2, 8. ἑκάτερον αὐτῶν, syllogismum et inductionem, ἑκατέρῳ τούτων, enthymemate et exemplo. SCHRADER.

2, 9. Ἐκ τῶν Τοπικῶν] Cf. Topic. I. 10. BUHLE.

2, 9. Ἐκ τῶν Τοπικῶν.] Post hæc verba Muretus inserit hæc: καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει, quæ omisso voc. εἴρηται ex §. 10. huc transtulit. Quæ sequuntur: ἐκεῖ γὰρ—εἴρ. πρότερον ὅτι, plane omisit. Cur illa transtulerit, caussa fortasse hæc est, quod arbitrabatur similitudinis significationem, quæ est in verbis, καθάπερ—ὁμοίως ἔχει, pertinere ad ea, quæ inde a verbis, ὅτι τὸ μὲν, dicuntur: ἐκεῖ μὲν ἐπαγωγή ἐστιν, ἐνταῦθα δὲ παράδειγμα. Præterea in Topicis hoc syllogismi et epagoges, enthymematis et exempli discrimen non uberius, quam hic, exponitur. Quare etiam Victorius dicit, ad hanc rem declarandam laudari Methodica. Nam etiam Victorius alio ordine enuntiata collocat; ἐνταῦθα δὲ παράδειγμα. καθάπερ γ. κ. ἐ. τ. Μεθοδικοῖς ἐ., κ. ἐ. τ. ὁμοίως ἔχει· τὸ δὲ τινῶν ὄντων κ. τ. λ. Inde existimari potest, in libris ejus scriptis aliter hæc expressa fuisse, quam in textu vulgari. VATER.

Τὸ μὲν ἐπί.] Edd. Ald. Bas. τὸ μὲν τὸ ἐπί. Ἐπὶ τῶν πόλλων καὶ ὁμοίων in ed. Bipont. male vertitur: *apud vulgus ejusque similes.* Quem sensum et oratio Græca et sententia loci repudiat. Ostenditur hoc loco, quid discriminis intercedat inter enthymema et exemplum. Quare utrumque describitur, ratione, qua fiant, proposita. Cujusmodi manifesto enthymematis descriptio est, ejusdemmodi exempli debet esse. Quod exemplorum usus est coram multitudine, hæc nota rei propria non est. Τὰ πολλὰ scil. τῶν γενομένων sunt eventa plurima, et id, quod plerumque solet evenire, ut c. VII. 2. τὸ τῶν πολλῶν μέγεθος. Hoc significatu posito non est opus ex idiomate ling. Gr. jungere: ἐκ τῶν πολλῶν τῶν ὁμοίων, *ex multis iisque similibus:* sed puto separatim dici, ἐπὶ τῶν πολλῶν καὶ τῶν ὁμοίων. Diversa enim est ratio rei, cum multa exempla protuleris, et cum pauca, at similium; neque argumentatio rhetorica semper fit ex multis exemplis, sed sæpe tantum ex uno. VATER.

2, 9. Καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. καὶ ὁμοίων ἐπιδείκνυσθαι. Ricc. ἐπιδείκνυται. BUHLE.

2, 10. φανερὸν—ῥητορικῆς.] Appellat (nisi fallor) εἶδος ῥητορικῆς artem ipsam facultatemque dicendi, quam exploratum esse dicit utrumque in se bonum habere: i. e. uti posse et exemplis et enthymematibus. Bona autem appellat, quia ope illorum orator fidem facit, nec parvum inde commodum

capit. Sic infr. II. 20. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι δημηγορικοὶ, καὶ ἔχουσιν ἀγαθὸν τοῦτο. VICTOR.

2, 10. Ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς] Haud dubie in hoc loco mendum latet. Vetus interpres Latinus non agnoscit ἀγαθόν. Georg. Trapezuntius alia quoque legisse videtur; nam vertit: *nec latet, quod utrumque genus Rhetoricæ laudatur;* quamvis haud improbabile sit, eum verba ἔχει ἀγαθὸν male cepisse. Hermolaus Barbarus nostram lectionem expressit. Cod. Victorii pro τῆς Ῥητορικῆς habet τῆς ῥητορείας, scripturæ vitio, ut opinor. Quod si Victorium (Comment. p. 40.) sequaris, ordo verborum ita erit instituendus: ὅτι τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθόν. Jam vero εἶδος τῆς Ῥητορικῆς dictum est pro nomine simplici ἡ Ῥητορική, et ἑκάτερον ἀγαθὸν spectat ad *enthymema* et *exemplum*. Sensus erit: *manifestum est, Rhetoricen utroque bono frui, et enthymemate, et exemplo.* Sic Aristoteles infra Rhet. II. 20: εἰσὶ δ' οἱ λόγοι δημηγορικοὶ, καὶ ἔχουσιν ἀγαθὸν τοῦτο. BUHLE.

2, 10. Ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς.] Verba ἑκάτερον τὸ εἶδος τ. Ῥ. jungenda sunt. Alioquin nemo intelligat, quid sit τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς. Nam si vertitur cum Majoragio, *facultatem dicendi*, aut cum Buhlio, *Rhetoricen utroque bono frui:* neutrum ex his hoc nomine significari potuit. Quocunque modo vertas, vocabulum εἶδος non convenit, quod facillime eo refertur, quod exemplum et enthymema sunt species unius generis. Ita nostra ratione accipitur. Neque obstat ordo verborum, quæ II. 1, 1. plane eodem modo collocata sunt. Itaque dicitur: *utramque speciem utilem esse ad persuadendum.* Respondet huic sententiæ, quod paullo post legitur: *persuadendi vim esse in exemplis, sed vehementiorem enthymematis impetum.* Modo eo offendor, quod exemplum et enthymema vocantur species τῆς Ῥητορικῆς. Nemo enim unquam dixerit, syllogismum esse speciem Logices. Etiamsi quis subaudiat Ῥητορικῆς τέχνης, et species methodi artificiosæ illas esse dixerit: id tamen in vocabulo Ῥητορικῆς non inest. Quare veram lectionem puto servatam esse in cod. Victorii: τὸ εἶδος τῆς ῥητορείας. Oratorii enim dicendi generis hæ sunt species. Insigniter confirmatur hæc lectio auctoritate testis vetustissimi Dionysii Halic. qui l. c. (ed. Sylb. p. 122.) hunc locum exscripsit inde a §. 8. τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικνύναι.—καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει, et in quo discrepantia lectionis hæc invenitur. Legitur ibi: διὰ τ. δ. ἢ φαίνεσθαι δείκνυσθαι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς, τὸ μὲν κ. τ. λ. Absunt verba τὸ δὲ φαινόμενος συλλογισμός. Contra simile enuntiatum inseritur statim post verba τὸ δὲ ἐνθ. συλλογισμός: τὸ δὲ φαινόμενον φαινόμενος συλλογισμός. Inde intelligitur, antiquitus diversis additamentis hunc locum corruptum fuisse. Deinde ibi legitur καλῶ γὰρ ἐνθ. desunt verba ἢ ὁντινοῦν, quæ etiam Muretus

censet delenda esse (Var. Lect. XV. 16.) et paullo post desunt αὐτῶν ἑκατέρῳ. §. 9. omisso articulo ἐπὶ πολλῶν καὶ ὁμ., postea παρὰ τὸ ταῦτ' εἶναι ἢ καθ., postremo §. 10. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι—ἑκατερον ἔχει ἀγαθὸν εἶδος τῆς ῥητορείας, καθάπερ καὶ ἐν τ. Μεθ. legitur. VATER. Membr. Balliol. *Manifestum est et quod utrumque habet species rhetorice.*

2, 10. Καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς] Omiserunt καὶ post γὰρ Ven. Frob. Cam. Ricc. Spir. Majorag. *Methodica* pertinuerunt ad artem disserendi. Non sunt eadem cum Topicis hodie exstantibus, ut nonnulli sibi persuaserunt. Meminit *Methodici*, uno libro constantis, Diogenes Laërtius Vita Aristot. §. 24. vix recte: licet * temere asseruerit Victorius, *octo* Methodicorum libros a Diogene laudari. Hesychius Milesius citat Topica et Methodica. Simplic. ad Arist. Categ. fol. 7. a. adversus insimulantes Aristotelem, eum plura ad doctrinam de categoriis facientia neglexisse: ἢ πρὸς τοῦτο αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἀπεκρίνατο; καὶ γὰρ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς, καὶ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, καὶ ἐν ταῖς Διαιρέσεσι, καὶ ἐν ἄλλῳ ὑπομνήματι. Muretus (l. l.) ingenio suo nimis indulgens verba inde a καθάπερ γὰρ καὶ, usque ad οἱ δὲ εὐθυμηματικοὶ, loco movit, et ad §. 8. post verba, παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικὴν rejecit. BUHLE.

2, 10. Εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν παραδειγμ.] Vis orationis inest in voc. εἰσί. *Utuntur vero oratores* generibus his. Si enim modo declararetur, duplicis generis orationes esse, hæc esset mera repetitio ejus, quod jam inerat in enuntiato: utrumque genus appositum esse ad persuadendum. Etiam hæc, καὶ ῥήτορες—ἐνθυμηματικοὶ, Muretus omisit. VATER.

2, 10. Καὶ ῥήτορες ὁμοίως οἱ μὲν παραδειγματώδεις, οἱ δὲ ἐνθυμηματικοὶ] Absunt hæc ab Ven. et Cam. Verba καὶ ῥήτορες ὁμοίως ne Latine quidem vertit Muretus. BUHLE.

2, 10. Πιθανοὶ μὲν οὖν οὐχ ἧττον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ πιθανοὶ μὲν οὐχ ἧττον. BUHLE.

2, 10. θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον.] Pertinacem adversarium validius urgent enthymemata, quam exempla: adeo enim mentem interdum percellunt, ut assensum denegare nullo modo possit. Eodem verbo utitur II. 23. Ita Topic. I. x. inductionem evidentiorem, at syllogismum efficaciorem esse pronunciat. Cur exemplis potius homines gaudeant quam enthymematibus expendit Probl. XVIII. 3. Διὰ τί τοῖς παραδείγμασι χαίρουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν ταῖς ῥητορείαις καὶ τοῖς λόγοις μᾶλλον τῶν ἐνθυμημάτων; ἢ ὅτι τῷ τε μανθάνειν χαίρουσι καὶ τῷ ταχύ; ῥᾷον δὲ, διὰ τῶν παραδειγμάτων καὶ τῶν λόγων μανθάνουσιν. ἃ γὰρ ἴσασιν ἐστι ταῦτα, καὶ ἐπὶ μέρους. τὰ δὲ ἐνθυμήματα ἀπόδειξίς ἐστιν ἐκ τῶν καθόλου, ἃ ἧττον ἴσμεν ἢ τὰ μέρη. ἔτι, οἷς ἂν μαρτυρῶσι πλείους, μᾶλλον πιστεύομεν. τὰ δὲ παραδείγματα καὶ οἱ λόγοι, μαρτυρίαις

* Nequaquam temere: v. §. 23.

ἐοίκασιν. αἱ δὲ διὰ τῶν μαρτύρων, ῥᾴδιοι πίστεις. ἔτι, τὸ ὅμοιον μανθάνουσιν ἡδέως, τὸ δὲ παράδειγμα καὶ οἱ μῦθοι τὸ ὅμοιον δεικνύουσι. SCHRADER. Verba Aristotelis Topic. I. x. hæc sunt: Ἔστι δ' ἡ μὲν ἐπαγωγὴ πιθανωτέρα καὶ σαφεστέρα καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμωτέρα, καὶ τοῖς πολλοῖς κοινόν· ὁ δὲ συλλογισμὸς βιαστικώτερος, καὶ πρὸς τοὺς ἀντιλογικοὺς ἐνεργέστερος. Aliam prorsus interpretationem proponit Twiningius Interp. Poët. p. 190. *plauditur vero magis iis, quæ ex enthymematibus constant.* Cujus ratio etsi improbatur viris doctis, nominatim Vatero, non leve tamen præsidium accipit ab Isocrate Panathen. p. 233. B. Ἀλλὰ πάντας τούτους ἐάσας, περὶ ἐκείνους ἐπραγματευόμην, τοὺς περὶ τῶν συμφερόντων τῇ τε πόλει, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι συμβουλεύοντας, καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων, καὶ παρισώσεων, καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν, καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν. ibid. p. 288. C. Ἀνέγνωστο δ' ὁ λόγος· ἐπῃνημένος δ' ἦν, καὶ τεθορυβημένος, καὶ τεχυχηκὼς ἦν, ὥσπερ οἱ κατορθοῦντες ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν. et p. 288. C. τοὺς παρόντας ἀξιώσαντος ἀποφῆνασθαι περὶ ὧν παρεκλήθησαν, οὐκ ἐθορύβησαν, ὃ ποιεῖν εἰώθασι πᾶσι τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις κ. τ. λ. Plato Euthydem. p. 303. B. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν ἐφ' ἑκάστοις πᾶσι παγκάλως ἐθορύβουν μόνοι οἱ τοῦ Εὐθυδήμου ἕρασταί· ἐνταῦθα δὲ ὀλίγου καὶ οἱ κίονες οἱ ἐν τῷ Λυκείῳ ἐθορύβησάν τ' ἐπὶ τοῖν ἀνδροῖν καὶ ἤσθησαν. Idem de concionibus clamore et tumultu probantium vel improbantium obstrepentibus Rep. VI. 492. B. Ὅταν ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα, ἢ τίνα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα, καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες· πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἂν ὦσιν, ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου τε καὶ ἐπαίνου. Vide et IX. p. 876. B. Et nescio an si hoc verbum sensu *percellendi, perturbandi,* adhibere voluisset Aristoteles, activa itidem voce dixisset θορυβοῦσιν, quo modo θορυβοῦντες legitur infra III. 7, 5.

2, 11. Περὶ αὐτῶν τούτων μᾶλλον διορίσωμεν καθαρῶς.] Ald. διορίσομεν. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. mutato paululum verborum ordine: περὶ τούτων αὐτῶν διορίσομεν μᾶλλον καθαρῶς. BUHLE.

2, 11. Δι' αὐτὸ πιθανὸν καὶ πιστὸν] Ald. πιθανὸν δι' αὐτὸ καὶ πιστόν. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ τὸ μὲν ὑπάρχει πιθανὸν εὐθὺς καὶ πιστὸν δι' αὑτο. BUHLE.

2, 11. Τῷ δείκνυσθαι.] Eædem edd. τῷ ἐνδείκνυσθαι. BUHLE.

2, 11. οἷον ἡ Ἰατρ.] Edd. Ald. Bas. οἷον Ἰατρ. VATER.

2, 11. Τοῦτο γὰρ ἔντεχνον.] Ibid. τοῦτο μὲν γὰρ ἔντεχνον. BUHLE.

2, 11. ἡ διαλεκτικὴ] Topic. I. 9. Οὐ δεῖ δὲ πᾶν πρόβλημα, οὐδὲ πᾶσαν θέσιν ἐπισκοπεῖν, ἀλλ' ἣν ἀπορήσειεν ἄν τις τῶν λόγου δεομένων, καὶ μὴ κολάσεως, ἢ αἰσθήσεως. Οἱ μὲν γὰρ ἀποροῦντες πότερον δεῖ τοὺς θεοὺς τιμᾶν, καὶ τοὺς γονεῖς ἀγαπᾶν, ἢ οὔ, κολάσεως δέονται· οἱ

δὲ πότερον ἡ χιὼν λευκὴ, ἢ οὐ, αἰσθήσεως. Οὐδὲ δὴ ὧν σύνεγγυς ἡ ἀπόδειξις, οὐδὲ ὧν λίαν πόῤῥω· τὰ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει ἀπορίαν, τὰ δὲ πλείω ἢ κατὰ γυμναστικήν. SCHRADER.

2, 11. Φαίνεται γὰρ ἅττα.] Emendavit sic Sylburgius. Ante eum legebatur ἅττα, aspirate; minus recte. BUHLE.

2, 11. παραληροῦσιν.] Dialectica delectum adhibet, in eligendis ratiocinationibus suis: non enim admittit omnium opiniones, quoniam etiam stulti ac deliri homines quædam opinantur: sed ea quærit, quorum ratio probabilis reddi possit. Ethic. Eudem. I. c. 3. πολλὰ γὰρ φαίνεται καὶ τοῖς παιδαρίοις, καὶ τοῖς κάμνουσι καὶ παραφρονοῦσι, περὶ ὧν ἂν οὐθεὶς, νοῦν ἔχων, διαπορήσειε. MAJORAG.

2, 11. Ἐκ τῶν λόγου δεομένων.] Ald. Bas. Majorag. ἐκ τῶν τοῦ λόγου δεομένων. Pro δεομένων Ven. in margine habet ἀξιῶν. BUHLE.

2, 11. καὶ γὰρ ἐκείνη—ἤδη βουλεύεσθαι εἰωθότων.] Totum hoc Muretus rejecit, caussa hac, ni fallor, adductus. Hactenus exponebatur, artem ipsam non dirigi ad singulos, neque doceri, quid singulis probabile aut salubre esset. Inde a verbis, καὶ γὰρ ἐκείνη, vero de materia syllogismorum, (de iis ἐξ ὧν συλλογίζονται,) dicitur, quæ disputatio huc non pertinet, sed demum §. 12. instituitur. Quam ob caussam non puto hæc Aristotelea esse. Nec deerat occasio scholii infarciendi. Si quis quid ad verba, καθάπερ καὶ ἡ Διαλεκτικὴ, adscripserat: necessario alia quædam addenda erant, quibus ad Rhetoricen rediretur, ad quam initium §. 12. referendum est. Scholiastes tamen Græcus Neobarii, cujus Commentarius hac paragrapho incipit, illud expressit. VATER.

2, 12. καὶ ἐν τοιούτοις ἀκροαταῖς.] Orator et Dialecticus inter alia etiam auditoribus differunt, illius enim simplicior esse potest, hujus ut argutior et ad principia scientiarum cognoscenda aptior sit oportet. Huc enim inter alia manuducit Dialectica, ut docetur Top. I. 2, 5. SCHRADER.

2, 12. οἱ οὐ δύνανται διὰ πολλῶν.] Qui non adeo sunt acuta acie, ut possint cum multa interjecta sunt pervidere. VICTOR. Orator ad eos auditores loquitur, qui non exquisitioribus doctrinis exculti sunt; ideo res acute cernere non possunt, et ea, quæ sunt a sensibus valde remota, nequaquam intelligunt. MAJORAG.

2, 12. Οὕτως ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον ἢ οὕτως.] Isingr. ὀρθῶς ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον οὕτως ἢ οὕτως. BUHLE.

2, 12. Οὐδὲν γὰρ πλέον ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν.] In his verbis certe mendum inest. Ἢ οὕτως enim huc plane non pertinet. Cujus si ullus esset sensus, hic esset: οὐδὲν πλέον ἢ περὶ τῶν δυνάτων ἄλλως γενέσθαι συμβουλεύειν ἐνδέχεται. Quæ ellipsis tum per se durior est, quam qua Aristoteles uti posset, tum hæc vis adverbii οὕτως opposita est significatui τοῦ οὕτως,

quod proxime antecedit in verbis οὕτως ὑπολαμβάνων. Fallitur, si quis fortasse putaverit, levi mutatione particulæ ἢ in εἰ mendum tolli posse. Aristotele indigna est repetitio: εἰ οὕτως ἐστὶ τὸ πράγμα. Qua si usus fuisset, sine dubio scripsisset: εἰ γὰρ οὕτως, οὐδὲν ἐνδ. σ. Nisi igitur cum Mureto (Var. Lect. XII. 13.) verba ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν deleas: certe ἢ οὕτως delendum erit. Idem ad verba οὐδὲν γὰρ πλέον subaudit τὸ συμβουλεύειν h. e. ἀνωφελές ἐστι. Eadem sententia legitur c. IV. 3. quem locum jam Sylburgius contulit, quo tamen verba a Mureto ejecta defendi non possunt, quia sententia non mutatur, si tantum οὐδὲν γὰρ πλέον retinetur. VATER.

2, 12. Totum illud, ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν delendum censeo: legendumque simpliciter οὐδὲν γὰρ πλέον, et ita interpretor: *nullus enim usus ejusmodi deliberationis esset.* Sic Plato lib. IV. Rep. ὅτι ἀνωφελὲς καὶ πλέον οὐδέν. Idem Ep. V. εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. Aristoph. Plut. 531. καί τοι τί πλέον πλουτεῖν: quod Scholiastes ita exponit, τίς χρεία ἐστι τοῦ πλουτεῖν. Hoc qui non viderant, putarant aliquid deesse. MURET. V. L. XII. 13. Mureti sententiam probare videtur Valckenærius Diatrib. Eurip. p. 150. qui hanc phrasin multis exemplis illustrat. Et sic sane habet codex antiquus Parisiensis quem voco A. Vulgatam tamen lectionem tueri existimat Sylburgius, quod Philosophus infra dicit, περὶ ὧν οὐδὲν πρὸ ἔργου συμβουλεύειν, ut sensus sit, nihil enim amplius profici potest, quam quod sic deliberatur: i. e. incassum enim instituitur ista consultatio.

2, 13. Ἐνδέχεται δὲ συλλογίζεσθαι.] Hoc loco docere instituit, qualia sint ea, quibus utatur Orator ad probandum. Ac primo duo genera removet ab Oratore, quæ non ei conveniunt, licet Dialecticis et Philosophis conveniant: deinde tertium genus addit, quod est Oratoris proprium. Ait igitur; qui volunt aliquid ratione concludere, aliquando id faciunt per eas propositiones, quas antea probaverunt: id quod mathematici solent, de quibus ita Cicero Tusc. V. 7. *Mathematicorum iste mos est, non Philosophorum; nam Geometræ cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso, et probato: illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. Philosophi quamcumque rem habent in manibus, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt.* Sæpe tamen et Philosophi pro concessis utuntur eis, quæ jam antea demonstrarint, quod Aristoteles sæpe facit, ut in Libris de Cœlo utitur iis, quæ probavit in Physicis, et in Libris de Generatione, et aliis etiam in locis. Aliquando vero, qui ratione concludere volunt, sumunt eas propositiones, quæ nondum quidem conclusione probatæ sunt, sed tamen egent probatione, quia vel incertæ sunt, vel non verisimiles, neque cre-

duntur ab aliquo, nisi ratio proferatur, quod accidit in pluribus propositionibus philosophicis, ut imperitus homo non crederet Solem esse longe majorem tota terra, quia sensus videndi non ita judicat. Hæc igitur propositio indiget probatione: sicut illa, Nihil invenitur, quod inane sit; et illa, Planetæ contrario motu moventur, atque cœlum, et ab occidente in orientem tendunt, et infinitæ aliæ, quæ subjectis rationibus a philosophis probantur. Hæc duo genera propositionum ab Oratore remota sunt, cujus rei causam subjungit Aristoteles. MAJORAG.

2, 15. Ἀνάγκη—ἐνδόξων.] Quæ tractat orator debent esse facilia, ut ab omnibus intelligi facile possint. Quod ita Cicero docet, De Orat. I. 3. *Dicendi omnis ratio in medio posita, communi quodam in usu, atque in hominum more, et sermone versatur*, quoniam majori ex parte apud imperitos habetur oratio. Quinetiam ipse disceptator, hoc est, judex, et sententiæ moderator, plerumque rudis et ineruditus est; quo fit, ut primum illud genus propositionum, quod aliis propositionibus antea probatum fuerat, intelligere non possit ob longitudinem, imperitus enim non potest in longum cogitationem suam extendere, quod vir eruditus, et in disciplinis versatus facile facit. Atque hæc est causa, cur enthymemata sæpe ex paucioribus fiant, quam syllogismi, ut facilius ab auditoribus percipi possint, sicut infra docebimus. Illa igitur ratio mathematicorum, qua propositionibus antea probatis et concessis utuntur ad sequentium probationem, oratori non est accommodata, neque sane illa altera, quam Dialectici et Philosophi usurpant, ut propositiones sumant, quæ ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctæ sint: tales enim propositiones non aptæ sunt ad persuadendum, quia non sumunt ea, quæ manifesta sunt, et verisimilia. Quem autem Aristoteles vocat ἁπλοῦν, quidam *simplicem* vertunt, atque id verbum e verbo, sed tamen non satis Aristotelis sententiam explicant: nam apud Latinos *simplex, minime fallacem* significat, non autem *imperitum:* potest enim quis esse doctus et simplex, ut Cicero in Oratore ad Brutum de L. Cælio Antipatro: *O virum* simplicem, *qui nos nihil celat, sapientem, qui serviendum necessitati putat.* Et Socrates I. de Offic. dicitur *vir bonus, et* simplicis *veritatis amicus.* Nos igitur *rudem* vertimus. Sic enim et I. de Part. Anim. posuit ἁπλῶς pro *imperite:* λίαν οὖν ἁπλῶς εἴρηται, *valde igitur imperite dictum est.* MAJORAG.

2, 13. Εὐεπακολούθητον.] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. εὐπαρακολούθητον. Idem videtur legisse Scholiastes Græcus a Morelio excerptus, qui interpretatur: τὰ εὐπαρακολούθητα. BUHLE.

2, 13. Εὐπαρακολούθητον.] Schol. εὐσύνοπτον.

2, 13. Τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγὴν.] Ven. Isingr. Majorag. addunt ἔχειν. BUHLE.

2, 13. Παράδειγμα ἐπαγωγήν.] Ed. Cam. addit ἔχειν, quod Victorius etiam in libris scriptis invenit, sed aberat a majori et meliori parte librorum. VATER.

2, 13. ἐξ ὀλίγων.] E syllogismo cujus major per se sit clara, nec prosyllogismo extendi egeat. SCHRADER.

2, 13. πολλάκις ἐλαττόνων ἢ ἐξ ὧν ὁ π. σ.] Imperfecto syllogismo, qui paucioribus constat enunciationibus, sæpius utuntur oratores, quam syllogismo integro. Atque hanc hujus loci mentem esse, liquet ex iis, quæ continuo sequuntur. Integer autem syllogismus hic primus appellatur, quia perfectum natura prius est quam mutilum. SCHRADER.

2, 13. Οὐδὲ δεῖ λέγειν.] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. οὐδὲν δεῖ λέγειν. Minus bene. BUHLE.

2, 13. Δωριεὺς viri nomen est, qui vicit pancratium certamen, ut narrat Harpocration: Diagoræ Rhodii, nobilis Olympionicæ, quem Pindarus carmine suo ornavit, filius fuit: et eundem honorem, quem pater cum duobus fratribus admirantibus sane Græcis, consecutus est. Thucyd. III. 8. ἦν δὲ Ὀλυμπιὰς, ᾗ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα. Quod vero στεφανίτην ἀγῶνα appellat, ita vocari solitos ludos omnes, quibus corona imponeretur victoribus manifestum est: Æschines c. Ctesiph. (p. 568.) οἴεσθέ ποτε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Ὀλύμπια, ἢ εἰς ἄλλόν τινα στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον— VICTOR. De v. στεφανίτης vid. Wesseling. ad Diod. Sic. I. p. 260.

2, 13. Ὅτι Ὀλύμπια νενίκηκε.] Victor. Mor. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ὅτι Ὀλύμπια γὰρ νενίκηκε. BUHLE. Hanc lectionem Victorius e cod. antiquissimo videtur hausisse. Certe ad ed. Sylburg. quacum hunc MS. conferendum curavi, nullam varietatem enotatam reperio. Ὅτι, si reddas *quia*, in eadem periodo cum γὰρ collocari nequit: quamobrem non sine veri specie hanc particulam omittunt codd. reliqui, et veteres edd. Quod si ὅτι eo sensu accipiatur, quo sexcenties usurpant scriptores Græci omnium ætatum, h. e. vel πλεοναστικῶς, vel ut index citationis, utraque particula retineri potest, et fortasse debet; ego certe retinuissem, si res integra esset. De hoc usu particulæ ὅτι præter alios consulendi sunt H. Stephanus Append. de Dial. Attic. p. 75. L. Bosii Exerc. Philol. in S. Marc. XVI. p. 23. necnon Du Cangii Glossar. Gr. in v.

2, 13. Τὸ δὲ, ὅτι στεφανίτης τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δεῖ.] Ald. Bas. Spir. τὸ δ' ὅτι στεφανίτης, ἐπεὶ τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δ. π. Isingr. ἐπὶ τὰ Ὀλύμπια. Ricc. τὸ δ' ὅτι στεφανίτης ἐστὶ τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δεῖ

π. Georg. Trapezuntius vertit: *quod autem, qui Olympia vincit, coronetur, non opus est apponere.* Nostram lectionem accurate expressit Hermolaus Barbarus. BUHLE.

2, 13. Οὐδὲ δεῖ προσθεῖναι.] Edd. Ald. Bas. οὐ δεῖ προσθ. VATER.

2, 14. Ὀλίγα μὲν τῶν ἀναγκαίων.] Ven. Cam. Majorag. ὀλίγα μὲν τὰ ἀναγκαῖα. BUHLE.

2, 14. ῥητορικοὶ συλλογισμοί.] Oratorios syllogismos plerosque omnes ex materia contingenti, paucissimos ex necessaria constare demonstrat. Idem fere asserit inf. II. 22. 3. SCHRADER.

2, 14. Ἀναλυτικῶν.] Analyt. Pr. I. 8. Ἐπεὶ δ' ἕτερόν ἐστιν ὑπάρχειν τε καὶ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, καὶ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν (πολλὰ γὰρ ὑπάρχει μὲν, οὐ μέντοι ἐξ ἀνάγκης· τὰ δ' οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔθ' ὑπάρχει ὅλως, ἐνδέχεται δ' ὑπάρχειν) δῆλον, ὅτι καὶ συλλογισμὸς ἑκάστου τούτων ἕτερος ἔσται, καὶ οὐχ ὁμοίως ἐχόντων τῶν ὅρων· ἀλλ' ὁ μὲν ἐξ ἀναγκαίων, ὁ δ' ἐξ ὑπαρχόντων, ὁ δ' ἐξ ἐνδεχομένων.

2, 14. Tota sententia, τὰ γὰρ πολλὰ—ἔχειν, omittitur a Mureto, nulla, quod sciam, veteris exemplaris auctoritate. An illam forte ex glossemate adjectam putavit? Nam abesse potest absque detrimento rei et dictionis Aristotelicæ. Immo illud ipsum satis clare statim effertur verbis, τά τε πραττόμενα etc. Similia etiam alibi a lectoribus vel enarratoribus olim attexta odorari videor, quorum Tu plura occupavisti; reliqua, quæ non occupavisti, afferre omnia subvereor. Hoc genus suspicionum ut certis argumentis probetur, recentem esse oportet a philosophi lectione. Nam ne horum quidem scriptorum, qui tam studiosi sunt brevitatis, non est passim sua quædam μακρολογία: ridet leo nonnunquam, ut de Thucydide dictum est. Etiam aliarum omissionum, quas plures notavi apud Muretum, præsertim minutarum, causas non omnes in codicum diversitate vel in illius viri conjecturis quæram; quia nonnulla video ab eo negligentius vel ob quandam conformationem Latini styli omitti potuisse. Quo an alio referendæ sint hæ ex uno I. libro, Tui judicii sit: 2, 19. παράδειγμά ἐστιν. 8, 7. διὰ τίνων τε καί. 11, 16. τῶν ἐναντίων. 12, 32. πάντες ἤ. 15, 22. καὶ τὰ ἑκούσια, quod habet etiam Scholiastes, si modo hic istius hominis major est, quam cujusvis proletarii codicis, auctoritas. WOLF.

2, 14. Συμβαίνοντα καὶ ἐνδεχόμενα.] Ἐνδεχόμενα absolute positum significat, *quæ fieri possunt*; id quod hujus loci sententiæ non convenit. Victorius et Majorag. qui vertit, *non eodem modo se semper habent*, subaudiunt ἐνδέχ. καὶ ἄλλως ἔχειν. Quo significatu voc. ἐνδεχόμενα nullo loco usurpatur, analogia etiam adversante. Si igitur ea, quæ subaudiuntur, necessaria essent ad sententiam loci, in orationem Aristotelis inserenda essent. At mutatione hac nihil opus. Ex eo, quod τὰ συμβαίνοντα necessariis opponuntur, per se intelligitur,

illa modo hac, modo alia ratione evenire. Quam ob caussam satius est, verba καὶ ἐνδεχόμενα delere, ut reliquias scholii. Jam Muretus ea omisit, Schol. Gr. contra ante oculos habuit. VATER.

2, 14. ἐνθυμήματα—σημείων.] Analyt. Pr. II. 27. Εἰκὸς δὲ καὶ σημεῖον οὐ ταὐτόν ἐστιν· ἀλλὰ τὸ μὲν εἰκός ἐστι πρότασις ἔνδοξος· ὃ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἴσασιν οὕτω γινόμενον, ἢ μὴ γινόμενον, ἢ ὂν, ἢ μὴ ὄν, τοῦτό ἐστιν εἰκός· οἷον, τὸ μισεῖν τοὺς φθονοῦντας, ἢ τὸ φιλεῖν τοὺς ἐρωμένους. Σημεῖον δὲ βούλεται εἶναι πρότασις ἀποδεικτική, ἢ ἀναγκαία, ἢ ἔνδοξος. Οὗ γὰρ ὄντος, ἐστίν· ἢ οὗ γενομένου, πρότερον ἢ ὕστερον γέγονε τὸ πρᾶγμα, τοῦτο σημεῖόν ἐστι τοῦ γεγονέναι, ἢ εἶναι. Ἐνθύμημα μὲν οὖν ἐστι συλλογισμὸς ἀτελὴς ἐξ εἰκότων ἢ σημείων. Legantur etiam sequentia.

2, 15. σημείων.] Diversi Latini scriptores varie Græcam hanc vocem interpretabantur, ut ostendit Quintilianus V. 9. 9. *Signum vocant* σημεῖον, *quanquam id quidam*, indicium, *quidam* vestigium *nominaverunt; nec defuerunt etiam qui* notam *appellarent.* Vim hujus nominis et quid σημεῖον esset, docuit Aristoteles in extr. II. lib. τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν. VICTOR.

2, 15. εἰκὸς ὡς ἐπιτοπολύ.] Plato in Phædro p. 273. A. de verisimili, et quantopere id sectarentur oratores, disseruit, esseque voluit, ut verbis ejus utar, τὸ πλήθει δοκοῦν. Cicero in Partit. εἰκὸς *verisimile* appellavit. *Sed appellemus, docendi gratia, verisimile, quod plerumque ita fiat, ut, adolescentiam procliviorem esse ad libidinem.* Quintilianus vero V. 10, 16. *credibile* vocavit, quo etiam in loco tria eorum genera facit. *Credibilium genera sunt tria, unum firmissimum, quod fere accidit, ut, liberos a parentibus amari. Alterum vero propensius, eum, qui recte valeat, in crastinum perventurum. Tertium, tantum non repugnans, in domo furtum factum esse ab eo, qui domi fuerit.* VICTOR.

2, 15. οὐχ ἁπλῶς δὲ.] Nam et ea quæ per certa intervalla fiunt, ut naturales rerum conversiones, *plerumque* fieri recte dicentur, si absolute loqui velis, quanquam necessario eveniunt. Quare ad definitionem verisimilis duo addenda censet, primo, materiam illius talem esse quæ aliter atque aliter se habere possit: deinde, quod ita affectum sit ad probandam conclusionem, ut universum ad particulare. Verisimile ergo est propositio eo nomine probabilis, quod asserat quidpiam ut plurimum contingens. Εἰκός ἐστι πρότασις ἔνδοξος. Prior. II. 27, 1. Verisimiles propositiones sunt, *Matres tenerius amant liberos—Fortes creantur fortibus et bonis—Qui timet in culpa est.* Hæc tamen aliter etiam se habere possunt, sunt enim matres quæ liberos suos oderunt: nec raro sunt heroum filii noxæ: et videas quoque innocentem, cum reus agitur, in judicio trepidare. SCHRADER.

2, 15. Περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν.] Eædem: περὶ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν. BUHLE.

2, 15. Περὶ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν.] Muretus hæc non vertit, idque jure. Non enim ista intelligenda sunt ad verba antecedentia, sed hæc: ἀλλὰ τὸ ὡς ἐπιτοπολὺ γιγνόμενον οὕτως ἔχον πρὸς κ. τ. λ. Ex quo patet, illa verba etiam inepte inculcata esse. VATER.

2, 15. Οὕτως ἔχον πρὸς ἐκεῖνο.] Οὕτω πρὸς ἐκεῖνο ἔχον. Ven. Cam. Majorag. BUHLE.

2, 15. καθόλου κ. τ. λ.] Quod quidem verisimile rationem eam habet ad illud, cum quo collatum, hujuscemodi est, quam habet quod in universum fit, ad id quod in parte. Quod vero in universum est, ad id quod est in parte, ita se habet, ut et ipsum complectatur, et ad plura etiam alia pertineat, eandem igitur esse inquit naturam verisimilis: quod ita manifestum fiet. Verisimile cum sit, adolescentes esse proclives ad libidinem, hunc quoque proclivem esse, verisimile est: est enim hic tamquam pars illius totius. VICTOR.

2, 16. τῶν καθ' ἕκαστόν τι.] Ut Socrates sapiens est et justus. Πρὸς τὸ καθόλου. Ergo omnes sapientes sunt justi. Ὡς τῶν καθόλου τι. Nulla mater infantem suum occidi volet. Πρὸς τὸ κατὰ μέρος. Hæc infantem dissecari annuit. Ergo hæc mater infantis non est. SCHRADER.

2, 16. τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον.] Alterum signum, vel altera potius signi species (signum enim genus est, quod duas infra se species habet) id inquam, quod necessario non concludit, suo certo ac proprio vocabulo caret, et generis nomine appellatur, in quo discrepat a tecmerio: id enim appellat διαφορὰν, qua voce aliis multis locis usus est, ut infr. III. 13, 5. δεῖ δὲ εἶδός τι λέγοντας καὶ διαφορὰν, ὄνομα τίθεσθαι. Et περὶ Ἑρμ. c. 3: Τὸ δὲ οὐχ ὑγιαίνει καὶ τὸ οὐ κάμνει, οὐ ῥῆμα λέγω· προσσημαίνει μὲν γὰρ χρόνον, καὶ ἀεὶ κατά τινος ὑπάρχει· τῇ δὲ διαφορᾷ ὄνομα οὐ κεῖται· ἀλλ' ἔστω ἀόριστον ῥῆμα. VICTOR.

2, 17. Γίγνεται συλλογισμὸς.] Eædem edd. γίγνεται ὁ σ. BUHLE.

2, 17. τέκμαρ.] Eustathius ad Il. H. p. 665, 45. Τεκμαίρεσθαι τὸ τελειοῦν, ἀπὸ τοῦ τέκμωρ, ὃ δηλοῖ τὸ τέλος. Τὸ μέντοι τεκμαίρεσθαι, ἀντὶ τοῦ σημειοῦσθαι, ἀφ' οὗ καὶ τέκμαρ τὸ σημεῖον, οἱ μεθ' Ὅμηρον λέγουσι. Antiqua lingua, quam mox commemorat Aristoteles, non erat ab Homeri dialecto diversa. Vide Il. N. 20. Od. Δ. 373. et alibi. Homeri carmina ea ætate qua vixit Aristoteles propter vetustatem apud vulgus obscuriora fuisse aliunde constat. Ex. gr. Vox ἄποινα invenitur in Iliadis locis minimum viginti et sex: Olympiade tamen CVII. qua orationem c. Aristocratem habuit Demosthenes, ea Athenis prorsus obsoleverat. Dignus est Demosthenis locus, qui hic proponatur. Vetarat scilicet antiqua lex τοὺς ἀνδροφόνους—

μὴ λυμαίνεσθαι μηδὲ ἀποινᾶν. Quam sic explicare pergit orator summus p. 630, 25. τὸ μὲν δὴ μὴ λυμαίνεσθαι, γνώριμον οἶδ' ὅτι πᾶσιν—τὸ δὲ μηδ' ἀποινᾶν, μὴ χρήματα πράττεσθαι· τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. Adeo universe verum est, quod de Homeri tantum geographia scripsit Strabo VIII. p. 484= 513. τὰ δ' Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς, ποιητικῶς λέγοντος, καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλά.

2, 18. Ἔτι δὲ.] Ald. Ven. Bas. Cam. Victor. Ricc. Spir. Majorag. ἔστι δέ. BUHLE.

2, 18. Εἴ τις εἴπειε.] Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. εἴ τις εἴποι. Minus Attice. Victor. et Morel. εἴ τις εἴποιεν. Male. Sylburgius jam Atticismum restituit. BUHLE.

2, 18. Ὅτι οἱ σοφοὶ δίκαιοι.] Ald. Bas. Ven. Ricc. Spir. Majorag. ὅτι σοφοὶ δίκαιοι, omisso articulo. BUHLE.

2, 18. Σωκράτης γὰρ σοφὸς ἦν.] Eædem edd. Σωκράτης γὰρ καὶ σοφὸς ἦν. BUHLE.

2, 18. Λυτὸν δὲ.] Nonnullæ edd. λυτέον δέ. Minus bene. BUHLE.

2, 18. κἂν ἀληθὲς ᾖ.] Socratem enim et sapientem et justum verum est.—Ἀσυλλόγιστον γάρ. Neque enim syllogismus ex eo confici potest, qui non sit vitiosus in forma. Qualis erit iste: Socrates est justus, Socrates est sapiens: E. Omnes sapientes sunt justi. SCHRADER.

2, 18. Εἴ τις εἴπειε σημεῖον.] Ald. Bas. Ricc. Victor: εἴ τις εἴποιε. Non recte. Ven. Cam. Spir. Majorag. εἴ τις εἴποι. Melius; sed minus Attice. Sic et in sequentibus pro εἴποι, εἴποιε, quod eædem edd. habent, cum Sylburgio et recentioribus editoribus εἴπειεν retinui. BUHLE.

2, 18. τὸ δὲ ὡς τὸ καθόλου.] Universalis affirmans vitiose convertitur simpliciter, fiet enim syllogismus affirmans in secunda figura. SCHRADER.

2, 18. Καὶ τί τεκμήριον.] Abest τί ab Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Majorag. BUHLE.

2, 18. Ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς.] Cf. Analyt. Prior. II. 27. BUHLE.

2, 18. Διώρισται περὶ αὐτῶν.] Sane dure additum est περὶ αὐτῶν. Cum nullum ejusmodi exemplum in his libris invenerim, opinor hæc verba ex paraphrasi quadam manasse. VATER.

2, 19. Καὶ περὶ ποῖα ἐπαγωγή.] Al. καὶ ποῖα ἐπαγωγή. BUHLE.

2, 19. Οὔθ' ὡς ὅλον πρὸς μέρος] Deest hoc commation in edd. Ven. et Cam. BUHLE.

2, 19. μέρος πρὸς ὅλον, cum ex singularibus enumeratis colligitur universale, quod fit in inductione: ὅλον πρὸς μέρος, cum ex universali colligitur singulare, quod fit in syllogismo cujus conclusio particularis est aut singularis; ut, *Omnes insidiatores juste interficiuntur, Ergo et Clodius.* ὅλον πρὸς ὅλον,

cum ex una propositione universali colligitur universalis altera, quod pariter fit in syllogismo, et quidem in primæ figuræ modo primo: *Omne animal movetur et sentit*: E. *et omnis homo movetur et sentit*: μέρος πρὸς μέρος, cum ex uno singulari, quod notius forte est, colligitur singulare alterum, adhuc ignotius. SCHRADER.

2, 19. ὡς μέρος πρὸς ὅλον. Iisdem fere verbis utitur Analyt. Pr. II. 24. ubi inductionis et exempli differentiam sic definit: Καὶ διαφέρει (παράδειγμα) τῆς ἐπαγωγῆς, ὅτι ἡ μὲν ἐξ ἁπάντων τῶν ἀτόμων τὸ ἄκρον ἐδείκνυεν ὑπάρχειν τῷ μέσῳ, καὶ πρὸς τὸ ἄκρον οὐ συνῆπτε τὸν συλλογισμόν· τὸ δὲ καὶ συνάπτει, καὶ οὐκ ἐξ ἁπάντων δεικνύει.

2. 19. Παράδειγμά ἐστι friget, neque vertitur a Mureto. Ut quodammodo ferri possit, cum Victorio et Majorag. ante voculam ὅταν colo interpungendum est. VATER.

2, 19. Ἐπεβούλευε τυραννίδι] Isingr. ἐπιβουλεύει τυραννίδι. Expressit hunc locum Quinctil. Institt. Orat. V. 11: *Etiam in iis, quæ futura dicemus, utilis similium admonitio est: ut, si quis dicens, Dionysium idcirco petere custodes salutis suæ, ut, eorum adjutus armis, tyrannidem occupet, hoc referat exemplum, eadem ratione Pisistratum ad dominationem pervenisse.* De Dionysio Siculo, Pisistrato Atheniensi, et Theagene Megarensi, tyrannidem affectantibus, v. Herodot. I. 59, ibique Wesseling. Aristot. de Republ. III. 15; V. 5, 10 sq. Cf. Comment. Victorii p. 60, Majoragii p. 25. BUHLE.

2, 19. Ὅτι ἐπεβούλευε τυραννίδι Διονύσιος.] Hic quoque vitium in tempore verbi correxeram ante, quam Isingr. vidi verum dare, ἐπιβουλεύει. Poscunt id seqq. οὐκ ἴσασι πω, εἰ διὰ τοῦτο αἰτεῖ. Nec in exemplis afferendis insolens est hoc tempus, etsi in præterita re. WOLF.

2, 19. Ἥτει τὴν φυλακην] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἥτει φυλακὴν, omisso articulo. BUHLE.

2, 19. Ὑπὸ τὸ αὐτὸ καθόλου] Ald. Bas. Ven. Cam. Majorag. ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ καθόλου. BUHLE.

2, 19. Ὅτι ὁ ἐπιβουλεύων.] Edd. Ald. Bas. Cam. ὅτι ἐπιβουλεύων. VATER.

2, 19. αἱ δοκοῦσαι.] Probationes has *videri* non *esse* demonstrativas recte dixit: neque enim necessario illis aliquid concluditur: speciem tantum quandam earum retinent, et magnam sane vim habent ad faciendam fidem; sæpenumero tamen fallunt. VICTOR.

2, 20. Τῶν δὲ ἐνθ. μ. δ.] Cum jam et quæ sint oratoria argumenta, et e quibus rebus conflentur, ostendisset, nunc unde ducere illa oporteat, aggreditur docere. Sejungit autem ipsa primum a ceterarum artium argumentis: enthymemata namque ipsa, sicut syllogismos, quibus utitur dialectica, non ad dicendi modo ac disserendi, sed ad alias quoque artes scientiasque pertinere dicit: ita tamen, ut ars dicendi sua

quædam ac propria habeat enthymemata: ut disserendi ratio suos ac proprios syllogismos: quæ quidem eam ob causam cum ceterarum artium argumentis ita misceantur, ut a paucis dignosci queant. VICTOR.

2, 20. Μεγάλη διαφορὰ] Cod. Victorii antiquissimus habet μεγίστη διαφορά. Idem legerunt vetus interpres Latinus et Scholiastes Græcus, teste Morelio. BUHLE.

2, 20. Σχεδὸν πάντας ἐστίν.] Cod. Victorii σχεδὸν παρὰ πᾶσίν ἐστιν. VATER.

2, 20. Ὥσπερ καὶ—τῶν συλλογισμῶν. Hæc Muretus vertendo omisit, neque ea ullo modo tolerari possunt. Antecedunt hæc: ἔνια τῶν ἐνθυμημάτων ἐστὶ κατὰ τὴν Ῥητορικήν. Cui sententiæ responderet ejusmodi enuntiatum: ὥσπερ καὶ ἔνιοι τῶν συλλογισμῶν κατὰ τὴν Διαλεκτικήν. At ne hæc quidem dictu necessaria erant, quum jam dicta sint. Ea, quæ in exemplaribus vulgatis leguntur, plane non conveniunt. Quid enim sit, quod κατὰ τ. διαλεκτ. μέθοδον τῶν συλλογισμῶν comparatum sit, non declaratur. Paullo ante pæne eadem loco suo posita erant: hic inde repetita et importune intrusa sunt. VATER.

2, 20. τὰ μὲν γὰρ.] *Pompeius periculosissimo bello Mithridatico est præficiendus, quia scientia rei militaris, virtute, auctoritate, felicitate, omnes alios duces antecellit*, Rhetoricum est enthymema. Dialecticum autem enthymema est, *Quod de animali dicitur, etiam de homine recte dicetur: nam quicquid de genere prædicatur, prædicatur etiam de specie.* Porro si dicas, *Hæc figura habet tres angulos duobus rectis æquales, ergo est triangulum. Aqua sua natura semper deorsum fertur;* E. *est corpus grave.* Hoc quidem Physicum, illud Geometricum est enthymema. Singulæ enim artes et scientiæ, ut principia propria, ita etiam domesticas habent conclusiones. SCHRADER.

2, 20. Λανθάνουσι τοὺς ἀκροατάς.] Ed. Cam. λανθάνουσί τε τοὺς ἀκρ. Placuit viro docto, in his verbis *Rhetoricæ studiosos* intelligere, qui non sentiant, magistros artem suam deserere. Cujus interpretationis quæ sit caussa vel auctoritas, equidem non reperio. Sæpissime in his libris de auditoribus oratorum sermo est, nusquam de discipulis rhetorum. Nec eo ipsa loci sententia ducit. Itaque ἐνθυμήματα τὰ κατ' ἄλλας τέχνας (hoc enim subaudiendum) quorum discrimen pæne omnes latere ante dicebatur, *latent auditores*, qui putent, oratorem, qui iis utitur, proprio artis munere fungi; *quin orator qui supra modum hoc enthymematum genere utitur* (ἁπτόμενοι scil. τούτων,) *a munere suo recedit.* Vocula καὶ sequenti καὶ respondet: tum auditores hoc latet, tum oratores simile aliquid patiuntur. Qui si universe, et magis quam ad caussam suam pertinet, de jure, de utilitate disputant: jam non disserunt, ut oratores, sed ut philosophi. Inconsulto declinant a proposito, et mu-

nus suum deserunt. Τὰ ἐνθυμήματα τὰ κατ' ἄλλας τέχνας λανθάνουσι significat, latet, ea ex aliis artibus sumpta esse, ut L. III. 8, 5. Hæret tamen difficultas aliqua in eo, quod, cur de relatione, quæ auditores inter et oratorem est, hic dicatur, vix intelligitur. Sane totus locus melius cohæreret, si tantum de oratoribus sermo esset. Ita est, si cum Mureto vertas: *Quo fit, ut oratores interdum imprudentes ab officio et munere suo recedant, propius, quam par est, ea, de quibus dicunt, attingentes.* Ita enim verba τοὺς ἀκροατὰς delentur, ut scholion imperiti lectoris, qui ad λανθάνουσι suppleret, quæ supplenda non essent. Sed nisi jungas, λανθάνουσι καὶ μεταβαίνουσι, *imprudentes egrediuntur*, quod Græcum esse vix puto, tunc etiam alia mutatione opus est. Aristoteles hæc in iis, quæ sequuntur, dilucidius exponi declarat; at locus §. 21, qui nostro respondet, lucis haud multum affert, id quod postea notabitur. VATER.

2, 20. οὔπω κατειλημμένας.] Qualis est illa de actione, quam nondum esse traditam docetur infr. III. 1, 3. De artibus hactenus desideratis admonuit Fr. Baco de Verulamio, in *De augmentis scientiarum.* SCHRADER.

2, 20. Μᾶλλον ἁπτόμενοι κατὰ τρόπον μεταβαίνουσιν] Ald. Bas. et Spir. ante μεταβαίνουσιν insertum habent δεόντως. Ven. Cam. Majorag. οὐ δεόντως. Victorius hoc sustulit, fretus auctoritate Codicis antiquissimi et veteris interpretis Latini. Arbitratus idem est recte, glossam ex paraphrasi Græca manasse. Verba μᾶλλον κατὰ τρόπον ἁπτόμενοι μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν ita intelligenda sunt ex Victorii sententia, quasi Aristoteles dixerit, oratores magis, quam oporteat fieri, res ad ignotas sibi artes pertinentes attingere, et tum ex se ipsis demigrare, i. e. finibus suis exire, artificioque suo relicto nomen oratoris amittere. Ἀκροαταῖς non *auditores* oratoris, sed *Rhetoricæ studiosi* significantur. Videntur hanc interpretationem approbasse editores Lipsienses. Typis enim exprimi jusserunt locum, secuti Schraderi textum, ita: καὶ μᾶλλον ἁπτόμενοι (ἢ) κατὰ τρόπον μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν. Cum tamen ἢ non agnoscant Codd. et edd. equidem illud expunxi. Ceterum cf. etiam Schraderi Comment. p. 20. BUHLE.

2, 20. διὸ καὶ—μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν.] Discedunt ab officio suo oratores, cum non oratorie, sed physice, mathematice, aut dialectice disserere incipiunt. Quamvis enim de iis quoque quæ singularum artium ac scientiarum propria sunt, oratori dicere liceat, ita tamen id fieri debet, ut et principiis et conclusionibus, quæ captui auditorum accommoda sint, utatur. Quod si enim ad intima artium penetrare, et scientiæ cujusque demonstrationes domesticas adhibere cœperit, jam a se ipso deficiet orator, et alterius artificis, Mathematici puta, aut Physici, personam induet. Poterit e. g. orator e

locis Rhetoricis de medici officio ad popularem quoque intelligentiam apte dicere: at si ex eadem arte ejusque interioribus præceptis, de cura morborum definite agere, ac quid contra scorbutum, contra paralysin, contra hydropen salubre sit, distincte præscribere satagat, jam orator in medicum degeneraverit. SCHRADER.

2, 20. *ἁπτόμενοι ἢ κατὰ τρόπον.*] Emendata hujus loci lectio Mureto debetur. *Κατὰ τρόπον* idem fere significat quod *δεόντως*, quæ vox in libros nonnullos irrepsit, e glossa proculdubio. Hujus locutionis exempla nulla protulit H. Stephanus in Thes. III. p. 1636. F. quare sequentia exhibere placuit. Isocrates Or. ad Philipp. T. I. p. 218. ed. Batt. *ἅπαντα γενήσεσθαι κατὰ τρόπον.* Areop. p. 281. *οὐδὲν γὰρ οἷόν τε γίγνεσθαι κατὰ τρόπον.* ibid. p. 315. *ὅταν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν.* Vide Platon. Rep. IX. p. 581. B. Contrario sensu *ἀπὸ τρόπου* Plato Rep. V. p. 470. B. Cratyl. p. 421. D.

2, 20. *Μᾶλλον ἁπτ. (ἢ) κατὰ τρόπον.*] Ab omnibus exemplaribus præter Lips. *ἢ* abest. Edd. Ald. Bas. et Schol. Gr. post hæc verba inserunt *δεόντως*, edd. Ven. Cam. *οὐ δεόντως.* *Δεόντως* respondet verbis *κατὰ τρόπον*, et alterutrum scholion est. Conjici possit in oratione Aristotelis antiquitus fuisse: *μᾶλλον ἁπτ. τοῦ δέοντος*, *magis quam caussæ opus est.* Ita res accuratius definitur, quam lectione altera *μᾶλλον ἢ κατὰ τρόπον*: *justo plus, minus recte;* quam tamen, quod in libris omnibus et scriptis et impressis est, non deleverim. Ceterum *ἢ* inseratur necesse est, quum adverbium comparativo sine hac vocula nusquam jungatur. VATER.

2, 20. Qui sequitur locus, non leviter impeditus, plura Tuæ sollertiæ debet adjumenta rectioris interpretationis. Verba, *ὥσπερ—συλλογισμῶν*, deinde *τοὺς ἀκροατὰς*, et §. 21. *τὰς προτάσεις*, omnia imperitarum manuum esse nemo dubitabit. Etiam conjectura Tua, *μᾶλλον ἁπτόμενοι τοῦ δέοντος*, propter librorum nonnullorum fidem non est improbabilis. Sed est adhuc in eodem loco, quod acumen Tuum exerceat. Primum *καὶ* non relatum est ad alterum ante *μᾶλλον*, sed intendit modo, ut sæpe: *quare etiam.* At magis me offendit *ἐξ αὐτῶν.* Muretus vertit, *a munere suo;* Riccobonus, *a semet ipsis*, ergo *αὑτῶν.* Neutrum satis placet; in prioribus autem parva luxatura sic tollenda est: *Διὸ καὶ μᾶλλον ἁπτόμενοι λανθάνουσί τε καὶ μεταβ.* In reliquis quoque Muretus recedit aliquantum a libris: primum ante *τοὺς τόπους* injicit *τὰ εἴδη*: (quorum *et species et locos tradimus:*) post item *ἴδια* mutat in *εἴδη.* Mirum hoc est. Nam ex iis, quæ inferius dicuntur, apparet, *εἴδη* esse *τὰς καθ' ἕκαστον γένος ἰδίας προτάσεις*; nunc vero quæ manare dicuntur *ἐκ τῶν π. ἑ. ε. κ. γ. προτάσεων*, vix possunt esse ipsa *εἴδη.* Adde quod ante dicebantur *διαλεκτικοὶ καὶ ῥητορικοὶ συλλογισμοί*: annon id facit, ut etiam ad *ἐνθυμήματα* relatum

aliquod adjectivum exspectes? Est autem §. 22. quod quærimus, ἴδια. WOLF.

2, 21. Οἱ κοινῇ] Codd. quidam Victorii ὅσοι κοινῇ· alii οἱ κοινοί· id quidem expressit vetus interpres Latinus, et legunt Ven. Bas. Cam. Majorag. Spir. Ὅσοι κοινοὶ est in marg. ed. Ven. Georg. Trapezuntius vertit: *qui communiter.* Verba subsequentia, περὶ δικαίων καὶ φυσικῶν, καὶ exciderunt in Lips. operarum incuria. BUHLE.

2, 21. Ἐκ τούτου συλλογίσασθαι] Ald. Bas. Ricc. συλλογίζεσθαι. Ven. Spir. Majorag. συλλογίσεσθαι· id quidem non bene. BUHLE.

2, 21. Εἴδει διαφέρει] Ald. Bas. Ricc. Spir. εἴδει διαφέρουσι. Minus Attice. BUHLE.

2, 21. ἴδια.] Suspicari fortasse posset aliquis ἰδίᾳ legi debere, ut adverbium sit, quo sæpe utitur: maxime cum κοινῇ supra dixerit. VICTOR.

2, 21. κἀκεῖνα.] Loci communissimi, qui exstant infr. II. 23.—ταῦτα δὲ.] Loci proprii cujusque artis et scientiæ, de quibus exoterice dicet orator, nunquam autem acroamatice. SCHRADER.

2, 21. Ὅσῳ τις ἂν βελτίους ἐκλέγηται τὰς προτάσεις] Sic dedi ex Cam. et Majorag. Vulgo: ὅσῳ τις ἂν βελτίω ἐκλέγηται τὰς προτάσεις. Non recte. BUHLE.

2, 21. Ταῦτα δὲ, ὅσῳ τις ἂν βελτίω ἐκλέγηται τὰς προτάσεις. Victorius post ἐκλέγηται interpungit, et τὰς προτάσεις facit explicationem vocis ταῦτα. Dura ratio. Ed. Cam. habet βελτίους, manifestam correctionem, in qua tamen non perspicitur, quo modo βελτίους corrumpi potuerit. Contra Muretus τὰς προτάσεις omittit: quod prætulerim. Ejusmodi scholion facile adjiciebatur, ut, ταῦτα illa quæ sint, significaretur. L. III. 2, 7. ejusdemmodi scholion insidet. VATER.

2, 21. Λήσει ποιήσας ἄλλην τέχνην. *Latet, alia arte oratorem fungi.* Aristoteli hic usus τοῦ λανθάνειν ποιήσαντα non infrequens (cf. L. III. 2, 4. c. 7. 10.) Ut λανθάνῃ orator, eo efficitur, *quod in dicendo callide elegit propositiones,* quibus probet aliquid. Ejus disputatio tam bene cohæret, ut eum e caussa egressum esse, nemo sentiat. Quo artificio auditores falluntur, non ipse artifex. Immo vero ipse artifex falli poterit. Si enim verba βελτίω ἐκλέγηται ita accipiuntur, *quo magis propositiones, quos eligit orator, quibusque utitur, ad caussam suam appositæ sunt,* quo magis primas rei caussas iis persequitur et attingit: hoc efficietur, *ut inconsulto aliam artem exerceat.* Ita λανθάνειν ποιήσαντα vim frequentiorem tenet: *aliud agendo imprudentem aliud efficere.* Atque hæc sententia iis, quæ antecedunt, et quæ sequuntur, illis quidem, præsertim si ex correctione Mureti scribuntur, magis convenire videtur. VATER.

2, 21. Οὐκ ἔτι Διαλεκτικὴ] Ald. Bas. Ricc. Spir. οὐκ ἔστι Διαλεκτική. BUHLE.

2, 21. Ἀλλ' ἐκείνη ἔσται] Isingr. ἀλλ' ἐκείνης ἔσται, fortasse operarum vitio. BUHLE.

2, 22. Πρότερον οὖν εἴπωμεν] Scholiastes Gr. legit πρῶτον μὲν οὖν εἴπωμεν. Idem expressit vetus interpres Latinus. BUHLE.

2, 22. Πρῶτον δὲ λάβωμεν] Ald. Bas. Ricc. Spir. πρότερον δὲ λάβωμεν. BUHLE.

2, 22. στοιχεῖα.] Infra II. 22, 13. στοιχεῖον δὲ λέγω καὶ τόπον ἐνθυμήματος τὸ αὐτό. Theophrastus apud Alexand. Aphrod. in Top. I. p. 5. τόπος ἔστιν ἀρχή τις, ἢ στοιχεῖον, ἀφ' οὗ λαμβάνομεν τὰς περὶ ἕκαστον ἀρχάς. VICTOR.

CAP. III.

3, 1. ῥητορικῆς εἴδη τρία.] H. e. orationum oratoribus usitatarum. Ita enim ipse exponit infr. Non ergo per vocem Rhetorices hic ars, sed potius artis materia intelligitur, quo sensu Vto Metaph. 1. dixit, tres esse philosophias theoreticas h. e. triplicem materiam. Quintil. III. 3. *Quidam genera ea tria Rhetorices dicere maluerunt: optime autem ii quos secutus est Cicero, qui genera causarum.* SCHRADER.

3, 1. τρία γένη—ἐπιδεικτικόν.] Eustathius ad Il. B. p. 221. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ συμβουλευτικὸν τῆς ῥητορικῆς εἶδος, τὸ ἐκ προτροπῆς καὶ ἀποτροπῆς, ὡς καὶ ἐν τῇ ᾱ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐμφανέστατα ὁ ποιητὴς ἐνδείκνυται, ἐν οἷς Ὀδυσσεὺς καὶ ὁ Νέστωρ συμβουλεύουσι. Δείκνυσι δὲ καὶ τὸ δικανικὸν εἰδέναι, τὸ ἐκ κατηγορίας, ἐν οἷς λέγει, ὅτι, δύο ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς περὶ φόνου δικαζόμενοι. Τοῦ δὲ πανηγυρικοῦ, ὅπερ ἐξ ἐγκωμίου καὶ ψόγου σύγκειται, μύρια καὶ αὐτοῦ μάλιστα παρὰ τῷ ποιητῇ κεῖνται παραδείγματα, ὅς γε καθὸ ποιητὴς τῷ πανηγυρικῷ ὑποκρέκει τῆς ῥητορικῆς εἴδει. Scholiastes Aphthonii apud Montefalcon. Bibl. Coislin. p. 594. Ἔκτον δ' ἐστὶ κεφάλαιον πόσα εἴδη τῆς ῥητορικῆς, καὶ εἰ εἴδη, ἀλλὰ μὴ μέρη, καὶ ἐκ ποίων μερῶν τῆς ψυχῆς ἕκαστον προελήλυθεν, καὶ εἰς ποῖον ἕκαστον ἀφορᾷ τέλος, καὶ ποίους τόπους καὶ χρόνους καὶ πρόσωπα διενείμαντο. Τρία τοίνυν τὰ ἀνωτάτω εἴδη τῆς ῥητορικῆς, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, πανηγυρικόν. Καὶ συμβουλευτικὸν μέν ἐστι δι' οὗ συμβουλεύομεν τὰ πρόσφορα· δικανικὸν δι' οὗ τὰς ἀμφισβητήσεις διακρίνομεν· πανηγυρικὸν δὲ, δι' οὗ τοὺς ἐπαινουμένους ἢ ψεγομένους δημοσιεύομεν. Διαιρεῖται δὲ τὸ μὲν συμβουλευτικὸν εἰς προτροπὴν καὶ ἀποτροπὴν, τὸ δὲ δικανικὸν εἰς κατηγορίαν καὶ ἀπολογίαν, τὸ δὲ πανηγυρικὸν εἰς ἔπαινον καὶ ψόγον. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ μέρη· τὰ δὲ πρὸ αὐτῶν, τὰ εἴδη· τούτῳ δὴ διαφέρει μέρος εἴδους, τῷ τὸ μὲν εἶδος ὁλόκληρον ἀποτελεῖν ῥήτορα, τὸ δὲ μέρος μή. ὅστις γὰρ ἓν τῶν εἰδῶν οἶδεν, ῥήτωρ ἐστίν· οἷον Θηραμένης ὁ Κόθορνος συμβουλεύειν μόνον εἰδὼς, ῥήτωρ ἐνομίζετο· καὶ Ζήνων δικάζεσθαι μόνον, ῥήτωρ ἤκουε· καὶ Γοργίας πανηγυρίζειν μόνον, ῥήτωρ ἐκαλεῖτο. Ὥσπερ γὰρ ὁλόκληρον εἶδος ἀνθρώπου εἰ ἐπιτεθείη λίθῳ ἢ χαλκῷ, εἶδος λέγομεν ἀποσώζειν τὸ

ἀνδριάντα· ἂν δὲ μέρος ἀνθρώπου, οἷον χεὶρ, ἢ ποῦς, οὐ λέγομεν ἅπαν ἀνειληφέναι τὸ εἶδος, ἀλλὰ μέρος ἀνθρώπου· οὕτως εἰ μέν τινι τῶν μερῶν ἐξήσκηταί τις, ῥήτωρ οὐ νομίζεται· εἰ δέ τινι τῶν εἰδῶν, ῥήτωρ ἐξ ἀνάγκης ἐστί. Ἀμέλει καὶ οἱ δικολόγοι, δικάζεσθαι μόνον εἰδότες, ῥήτορες καλοῦνται. Προελήλυθε δὲ τὸ μὲν συμβουλευτικὸν ἐκ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους· ἐξ ἐπιθυμίας γὰρ ἐπὶ συμβουλήν τις προάγεται· τὸ δὲ πανηγυρικὸν ἐκ τοῦ λογιστικοῦ· πᾶς γὰρ πανηγυρίζων, λόγῳ χρῆται. τὸ δὲ δικανικὸν ἐκ τοῦ θυμικοῦ· ᾧ γὰρ θυμοῦταί τις, τούτῳ καὶ δικάζεται. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγεται τὸ πανηγυρικὸν ἐκ τοῦ λογιστικοῦ προελθεῖν· καίτοι καὶ τοῦ δικάζεσθαι καὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι διὰ λόγων ἐχόντων τὸ κῦρος. Ἐπιλυτέον δὲ οὕτως· ἐν ἑκάστῳ μὲν τῶν τριῶν τῷ λογιστικῷ κεχρήμεθα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κινούσης ἕξεως ἢ ἐπὶ τὸ δικάζεσθαι, ἢ ἐπὶ τὸ πανηγυρίζειν ἔλαβεν ἕκαστον τὴν ὀνομασίαν. Ἐπειδὴ γὰρ πρώτη κίνησις γέγονεν ἀπὸ τοῦ θυμικοῦ, ὑπηρέτησε δὲ τούτῳ ὁ λόγος, διὰ τοῦτο λέγομεν ἐκ τοῦ θυμοῦ ἔχειν τὸ δικανικὸν τὴν γένεσιν. Ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐπειδὴ ἐν τῷ συμβουλευτικῷ ἡ ἐπιθυμία ἐκίνησε τὸν λόγον, καὶ ἐν τῷ πανηγυρικῷ τὸ λογιστικὸν ἐκ τῆς κυησάσης ἕξεως ἔλαβεν ἕκαστον τὴν προσηγορίαν. Τέλος δὲ δικανικοῦ μὲν, τὸ δίκαιον, πρὸς γὰρ τοῦτο ὁ δικαστὴς ὁρῶν δικάζει· συμβουλευτικοῦ δὲ, τὸ συμφέρον· πανηγυρικοῦ δὲ, τὸ καλόν. Τόποι δὲ τῷ μὲν δικανικῷ, τὰ δικαστήρια· τῷ δὲ συμβουλευτικῷ, τὰ βουλευτήρια· τῷ δὲ πανηγυρικῷ, αἱ ἐκκλησίαι. Χρόνους δὲ εἰλήφασι τὸ μὲν δικανικὸν τὸν παρεληλυθότα, τὸ δὲ συμβουλευτικὸν τὸν μέλλοντα, τὸ δὲ πανηγυρικὸν τὸν ἐνεστῶτα. Εἰ γὰρ καὶ προϋπαρχούσας πράξεις, καὶ μελλόντων εὐχὰς προαναφέρομεν τῷ ἐγκωμιαζομένῳ, ἀλλ' ὅμως τὸν ἐνεστῶτα θηρώμενοι χρόνον. Πρόσωπα δὲ ἔχουσι, τὸ μὲν δικανικὸν τοὺς δικάζοντας καὶ τοὺς δικαζομένους, τὸ δὲ πανηγυρικὸν τοὺς πανηγυρίζοντας καὶ τοὺς ἀκροατὰς, τὸ δὲ συμβουλευτικὸν τοὺς συμβουλεύοντας καὶ τοὺς πρὸς οὓς ἡ συμβουλή. Ridiculum est fere quod notat Hesiodi scholiastes Th. 325. poëtam scil. istum tres Rhetoricæ species per Chimæram designasse.

3, 2. θεωρόν.] Θεωροὺς veteres Græci appellabant, quos publice ad rem divinam faciendam aliquo mitterent. Hinc improba Stratoclis assentatio, ὃς ἔγραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον ἀντὶ πρεσβυτῶν θεωροὶ λέγοιντο, καθάπερ οἱ Πυθοῖ καὶ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς. Plutarch. v. Demetr. p. 893. E. Vocabantur etiam θεωροὶ, qui ludos, spectaculaque visebant: ac nundinas demum eas frequentabant, quæ πανηγύρεις dicebantur; cum enim illic plurimi convenirent, orationes sæpe in laudem vituperationemque alicujus recitabantur. Θεωροὺς igitur harum orationum auditores vocat Aristoteles, quamvis, ut nomen declarat, illuc potius spectatum quam auditum venerant. Halicarnasseus in vita Lysiæ c. 9. πανηγυρίζοντα earum auscultatorem appellavit: ubi enim servasse illum diligenter id, quod decet, ostenderet, inquit: οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δικαστῇ τε, καὶ ἐκκλησιαστῇ, καὶ πανηγυρίζοντι διαλεγόμενος ὄχλῳ. Cicero ab officio, quo tunc fungebantur, illum

auscultatorem appellat Part. 3.: nam verba etiam, quæ addit, *ita ut delectetur*, ad auscultatorem hunc et θεωρὸν pertinent. Θεωροὺς autem hos intellexit Cicero, cum in proœmio V. Tuscul. inquit, *Esse autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum, nec lucrum quærerent, sed visendi gratia venirent, studioseque perspicerent quid ageretur* &c. Nam verbum etiam, unde appellati forent, expressit. Perspicuum autem est hic *existimatorem* appellari κριτὴν, non *judicem*: Existimator enim est, qui in judiciis, foroque, et qui in senatu, aut concione, de oratoris causa sententiaque judicat: cum judex proprio nomine sit, qui litigatorem audit. VICTOR. Vide etiam Taylorum ad Marm. Sand. p. 72. Ernest. Lex. Techn. in v. Aristotelis locum citat Gregorius Comm. Hermog. in Or. Gr. Reisk. T. VIII. p. 921.

3, 2. Οἷον ὁ θεωρὸς] Abest οἷον ab Ald. Bas. Ven. Cam. Victor. Ricc. Spir. Majorag. Cic. Partit. cap. III: *Nam aut auscultator est modo, qui audit, aut disceptator, id est, rei sententiæque moderator, ita ut aut delectetur, aut statuat aliquid. Statuit autem de præteritis, ut judex; aut de futuris, ut senatus. Sic tria sint genera, judicii, deliberationis, exornationis; quæ, quia in laudationes maxime confertur, proprium habet jam ex eo nomen.* Cf. Quinctilian. Institt. Orat. III, 3. BUHLE.

3, 2. Ἔστι δὴ scribendum forsan, non δ'. At hoc pusillum est præ aliis, quæ in hoc capite moneri debent. Quid illud est §. 5. ὡς χεῖρον ἀποτρέπει? Quæ Græcitas, ἀποτρέπειν τι, de eo, *qui aliquid dissuadet!* Nimirum, si eo sensu Græce *res* ἀποτρέπεσθαι diceretur, ac non potius *homines*. Recte quidem eum sensum vi argumentationis extricarunt Intpp. quum verterent, *ut pejus dissuadet*. Sed is in Græcis non prius est, quam correxeris, ὡς χείρονος ἀποτρέπει. h. e. ἀπὸ χείρονος: uti mox, ἀπ' ὠφελίμων ἀποτρέπουσιν. Librariis fraudi fuit propior structura, ὡς βέλτιον συμβουλεύει. Unus fortasse modus esset retinendi vulgati, si quartus casus absolute poni soleret cum particula ὡς, sicut fit cum ὥσπερ, v. c. apud Xenoph. Sympos. 1. et Platonem sæpius. Dum vero demonstretur illud, recipies mecum priorem et satis lenem mutationem. WOLF.

3, 4. ὁ μέλλων.] Demosthenes De Corona p. 292, 11. ed. Reiske. τὸ μὲν παρεληλυθὸς ἀεὶ παρὰ πᾶσιν ἀφεῖται, καὶ οὐδεὶς περὶ τούτου προτίθησιν οὐδαμοῦ βουλήν. τὸ δὲ μέλλον, ἢ τὸ παρὸν τὴν τοῦ συμβούλου τάξιν ἀπαιτεῖ. Idem De Pac. init. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι· ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. Quomodo differant συμβουλὴ et παραίνεσις, exponit Ammonius p. 132.

3, 5. συμφέρον.] Cicero adolescens a judicio Aristotelis, hac quoque in re discrepavit: ætas tamen postea ipsum rerumque usus, docuit summum hunc doctorem vere de hac re

statuisse: sententiam enim illam suam veterem repudiavit. In ii. de Invent. *In deliberativo autem Aristoteli placet utilitatem, nobis et honestatem et utilitatem.* In Partitionibus vero, quem librum senex jam scripsit, c. 24. *Est igitur in deliberando finis utilitas.* Secundo tamen libro de Oratore conatur sententiam illam, quam primis vitæ suæ temporibus adamarat, defendere, et contra hunc nostrum, quamvis nomine eum non appellet, per Antonii personam ita disputat: *Ergo in suadendo nihil est optabilius, quam dignitas: nam qui utilitatem putat, non quid maxime velit suasor, sed quid interdum magis sequatur, videt: nemo est enim, præsertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem, sed vincit utilitas plerumque; cum subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri.* VICTOR.

3, 6. Οὐδέποτε ἂν ὁμολογήσειεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν. Minus Attice. Restituerunt Atticismum jam Victorius, Schraderus, et editores Lipsienses. In antecedentibus pro ὡς οὐκ ἔβλαψεν margo ed. Venetæ habet ὡς οὐκ ἔψεγεν. BUHLE.

3, 6. Ὡς δ' οὐκ ἄδικον—πολλάκις οὐδὲν φροντίζουσιν. Hoc ejusdem modi est, ac si paullo ante legeretur, ὅτι δ' οὐκ ἀδικεῖ, οὐδέποτε ἂν ὁμολογήσειεν. Tolle, quæso, importunam negationem, quam ipsa vis verbi φροντίζειν non patitur. Nam est hoc plane, *cogitare, reputare, sollicitum esse;* minime vero, *commemorare in oratione,* quod esse oporteret, si negationi locus esset. Sic verto: *Quam autem sit injustum, finitimos populos subjugare, eosque nullius erga nos injuriæ reos, id sæpe non reputant omnino.* Conf. 2, 5, 1. WOLF.

3, 6. ἐν ἐπαίνῳ τιθέασιν.] Huc refer Isocrat. Paneg. p. 120. Batt. κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένων, ὅτι τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν· ὥσπερ οὐ μετὰ τῶν ἐπαινεῖν βουλομένων ἡμᾶς τοὺς λόγους ὄντας τοὺς τοιούτους. Οὐ γὰρ ἀγνοοῦντες, ὅσον διαφέρουσιν αἱ μείζους τῶν συμμαχιῶν πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, οὕτως ἐβουλευσάμεθα περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἀκριβέστερον εἰδότες τὰ συμβαίνοντα ἐκ τῶν τοιούτων, ὅμως ἡρούμεθα τοῖς ἀσθενεστέροις καὶ παρὰ τὸ συμφέρον βοηθεῖν μᾶλλον, ἢ τοῖς κρείττοσι τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα συναδικεῖν. Ἐν ἐπαίνῳ τιθέασι, quod inquit, hunc modum loquendi imitatus est Cicero in Topicis. *Consilio juvare cives magna in laude ponendum est.* In Bruto. *Ipsum Latine loqui, est in magna laude ponendum.* VICTOR.

3, 6. Ὅτι ἐβοήθησε.] Isingr. ὅτι ἐτιμώρησε. BUHLE.

3, 6. Ὅτι ἐβοήθησε.] Lectio ed. Isingr. ὅτι ἐτιμώρησε ex Schol. Gr. videtur manasse. VATER.

3, 6. ἐβοήθησε.] Plato Sympos. p. 179. E. HSt. πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρὸς ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἕκτορα, μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο, οἴκαδε ἐλθὼν γηραιὸς τελευτήσοι, ἐτόλμησεν ἑλέσθαι, βοηθήσας

τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμωρήσας, οὐ μόνον ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι. VICTOR.

3, 7. Πρῶτον τὰς προτάσεις.] Abest articulus τὰς ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

3, 9. Ὅτι μέγα ἢ μικρὸν ἢ τὸ δίκαιον ἢ τὸ ἄδικον.] Planum est, τὸ δίκαιον et τὸ ἄδικον et quæ sequuntur, esse subjectum, μέγα et μικρὸν prædicatum. Neque vero in hoc hæreat quisquam, nisi in errorem inductus. VATER.

3, 9. Περὶ ὧν ἐξ ἀνάγκης δεῖ λαβεῖν τὰς προτάσεις.] Victorius et Majorag. prementes verba ἐξ ἀνάγκης, hæc de propositionibus communibus §. 8. et 9. explicatis accipiunt, quoniam earum usus est necessarius in quocunque genere orationis. Obstant vero ea, quæ sequuntur, διαιρετέον ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου τούτων. Itaque hæc seorsim illustranda, ex genere eorum sunt, περὶ ὧν δεῖ λαβεῖν τ. προτάσεις. Necessitas, quæ significatur, ad id pertinet, quod jam omnia, quæ probanda sint oratoribus, proposita sunt, *ita ut uno ex his utaris necesse sit*. Hæc enim omnia hoc capite declarata sunt, et tota tractatio hac clausula finitur. Jam de singulis disserit. VATER.

CAP. IV.

4, 2. Περὶ τούτων οὐκ ἔστι συμβουλή.] Ita habent edd. Isingr. Cam. Sylb. Contra edd. Ald. Bas. Victorii, περὶ δὲ τούτων, quæ lectio omnium librorum scriptorum consensu defenditur. Item paullo post §. 3. in omnibus exemplaribus legitur, τοιαῦτα δ' ἐστιν. Cum τούτων et τοιαῦτα respondeant vocc. ὅσα, ὅσων: etiam hic δὲ in apodosi positum est. Sensus eo non mutatur. Quare versionum testimonio in hac caussa opus non est. Cf. c. I. II. VATER.

4, 2. εἶναι ἢ γενέσθαι.] Plato Protag. p. 340. C. Ἔστι δὲ οὐ ταυτὸν, ὦ Πρωταγόρα, ὥς φησι Πρόδικος ὅδε, τὸ εἶναι καὶ τὸ γενέσθαι. Sequuntur in hanc rem multa, longiora tamen quam quæ hic commode exscribantur. Totum locum diligenti lectori perlustrandum commendamus. Has Sophistarum ineptias facete ridet Antiphanes apud Athenæum L. III. p. 99. A. τὸ πρᾶγμα τοῦτ' οὐκ ἔστιν, εἴπερ γίνεται· Οὐδ' ἔστι γάρ πω, γινόμενον, ὃ γίνεται· Οὔτ', εἰ πρότερον ἦν, ἔστιν, ὅ γε νῦν γίνεται· Ἔστιν γὰρ οὐκ ὂν οὐδέν· ὁ δὲ μὴ γέγονέ πω Οὐκ ἔστιν ὥσπερ γέγονεν, ὅ γε μὴ γέγονέ πω. κ. τ. λ.

4, 3. ἐνδεχομένων ἁπάντων.] Cum ostendisset superius neque de rebus necessariis, neque de iis, quæ fieri non possunt, esse deliberationem, sed tantum de iis, quæ contingunt, et esse possunt, ac non esse: nunc ostendit neque de omnibus, quæ contingunt, esse deliberationem. Nam a natura multa possunt evenire, vel non evenire, ut quod quis sit ingeniosus,

aut hebes, memor, aut obliviosus, robusto corpore aut imbecillo, pulcher, aut deformis, de quibus tamen nemo deliberat. Ita etiam a fortuna multa possunt evenire aut non evenire, quæ non cadunt in deliberationem, ut quod quis thesaurum inveniat aut non inveniat, pauper aut dives nascatur, obscuro genere, aut illustri: quæ bona possunt quidem optari, sed non tamen arbitrio nostro acquiri. Removet igitur Aristoteles a consilio ea, quæ fortuita sunt, quæ licet contingentia sint, non tamen arbitrio nostro fiunt. Removet etiam naturalia quædam, quæ possunt quidem esse et non esse, non ita tamen ut a voluntate nostra tanquam ab efficiente causa pendeant. MAJORAG.

4, 2. *βουλεύεσθαι.*] Cum excusi quidam libri perperam *συμβουλεύεσθαι* haberent, *βουλεύεσθαι* emendavi cum MSS. et edd. nonnullis: *βουλεύεσθαι* enim illi dicuntur, qui consilium cogunt, sententiamque aliorum expectant; *συμβουλεύεσθαι*, qui in deliberationem vocati, quid sentiant de ea re, dicunt. VICTOR.

4, 3. *Τὸ βουλεύεσθαι, τοιαῦτά ἐστιν, ὅσα.*] Ven. Cam. Isingr. Majorag. *τὸ συμβουλεύεσθαι.* Minus bene. Eædem edd. sicut et Ald. Ricc. Spir. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. *τοιαῦτα δ' ἔστιν, ὅσα*, ita ut *τοιαῦτα* non ad antecedentia, sed ad sequentia referatur. Nostram lectionem expresserunt vetus interpres Latinus, Hermolaus Barbarus, et Georg. Trapezuntius. Tuentur eandem edd. Schraderi et Lips. BUHLE.

4, 3. *ἀνάγεσθαι εἰς ἡμᾶς.*] De iis tantum consultamus, quorum principium agendi aut non agendi in nobis est, ut deliberat Senatus auctore Cicerone, utrum de Lentulo Cethego et aliis conjuratis supplicium sumat. C. Cæsar non esse morte afficiendos censet, sed in custodia publica retinendos: at contra, M. Cato quam primum necandos existimat. Est autem in potestate Senatus, ut aut hoc, aut illud faciat; quod si certum esset, non posse fieri, neque esset ulla deliberatio: statim enim incideretur. MAJORAG.

4, 4. *κατὰ τὴν ἀληθείαν.*] *Certo ac vero.* Huic opponitur *τὸ κατὰ δόξαν.* De quo vide Scherbii disp. de differentia analyticæ et dialecticæ thesi xix. et Piccarti Isag. c. vii. SCHRADER.

4, 4. *Ἀλλ' ἐμφρονεστέρας.*] Vetus interpres Latinus vertit: *sed illustrioris.* Georg. Trapezuntius: *sed altioris.* Legit igitur uterque *ἀλλ' ἐμφανεστέρας.* Hermolaus vulgatum sequitur. BUHLE.

4, 4. *ἐμφρονεστέρας καὶ μᾶλλον ἀληθινῆς.*] *Ἐμφρονεστέραν* eam appellavit, quæ melius constituta esset: quæ accuratius singula, majoreque animadversione explicaret: quæque demum *ἀποτελεσματικωτέρα* foret, et rei naturam propius attingeret: nam

supra quoque cum peritum, artificemque dicere voluit, ἔμφρονα dixit: magis autem ἀληθινῆ, quæ verius et exquisitius vim rerum contempletur et explicet: veritas enim contemplationis est: illam vero, quæ de vita et moribus agit, intelligit. VICTOR.

4, 4. Διὰ τὸ μήτε—πολλῷ τε πλείω δεδόσθαι.] Utrumque membrum a præp. διὰ pendet. Ergo post μήτε sequi oportet τε, non δὲ, ut edunt. WOLF. Et sic sane C.

4, 5. Confer Piccarti Isagog. cap. vii. BUHLE.

4, 5. Τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις.] In marg. Ven. τοῖς πολιτικοῖς λόγοις. BUHLE.

4, 6. ὅσῳ δ' ἄν τις ἢ τὴν διαλεκτικήν.] Dialectica et Rhetorica, si proprie loquamur, non sunt scientiæ, sed facultates quædam multis scientiis et artibus communes. Quod si quis velit eas tractare non communiter tanquam facultates, sed exquisite tanquam scientias, rem absurdam faciet. Cum enim eas alienis ornamentis polire voluerit, penitus earum naturam destruet, et per imprudentiam transibit in alias scientias: ut e. g. cum Rhetorica laudet et vituperet, debet Orator de virtutibus et vitiis communiter verba facere: sed si voluerit exquisite cujusque virtutis naturam indagare, jam non erit Orator, sed Philosophus, itaque nomen suum amittet. Nam quæ res aliquas certas subjectas habent, sunt scientiæ, non autem tantum facultates. Dialectica vero et Rhetorica nullam subjectam habent materiam, præter rationes et argumenta, quæ debent accurate diligenterque investigare. Si qua vero tractant alia præter argumenta, debent ea non exquisite, sed ex communi opinione tractare. MAJORAG.

4, 6. Πειρᾶται κατασκευάζειν.] Isingr. πειράσεται κατασκευάζειν. BUHLE.

4, 6. Τῷ μεταβαίνειν ἐπισκευάζων.] Offendit me verbum ἐπισκευάζων, quo tota periodi structura redditur impedita et difficilis. Non expressit illud Georg. Trapezuntius. Vetus interpres Latinus habet: *insuper instituens*. Arbitratur itaque Morelius, legisse eum ἐπικατασκευάζων. Verum hac mutatione parum lucramur. Equidem verbo uncinos adhibui. BUHLE.

4, 6. Τῷ μεταβαίνειν ἐπισκευάζων εἰς ἐπιστήμας.] In nonnullis Victorii libris ἐπικατασκευάζων legitur. Aristoteles loquitur de hominibus, qui et Rhetoricam et Dialecticam καθάπερ ἐπιστήμας exstruant. Jam hanc sententiam uberius explicaturus est. Quam, si, deleta voce ἐπισκευάζων, pergit, *istos homines migrare in alias disciplinas*, (ἀφανίζουσι τὴν φύσιν τῷ μεταβαίν. εἰς ἐπιστήμας ὑποκειμένων πραγμάτων) non tam accurate expressit, quam si addit, ejusmodi rhetor ἀφανίζει τὴν φύσιν αὐτῶν, ἐπισκευάζων (αὐτὰς) εἰς ἐπιστήμας ὑποκ. πρ. Præterea cum Aristoteles adjiciat hæc, ἀλλὰ μὴ μόνον λόγων, apte non dix-

isset, eos, qui justo modo tractent Rhetoricam et Dialecticam, μεταβαίνειν εἰς ἐπιστήμας τῶν λόγων. Quænam disciplinæ hoc nomine vocantur, Rhetorica et Dialectica nondum constituta? Contra justa est oppositio τῶν πραγμάτων et τῶν λόγων, si rhetores, quos Aristoteles reprehendit, dicuntur in Logicis et Rhetoricis juris prudentiam et utilitatis doctrinam subtiliter tractare, non disciplinam orationis et rationis. Ἐπισκευάζων εἰς ἐπιστήμας ex consuetudine sermonis Gr. significat, ὥστε εἶναι ἐπιστήμας. Denique αὐτὰς, quod subauditur, ex verbis τὴν φύσιν αὐτῶν facillime elicitur. Illa, quæ reprehenditur, Rhetorices tractatio fit quidem τῷ μεταβαίνειν, quod cum antecedenti enuntiato jungo: ἀφανίσας τῷ μεταβαίνειν: *si quis materiem ex aliis disciplinis corrasam huc transfert.* Sed si quid hoc loco inculcatum sit, verba τῷ μεταβαίνειν putem ab aliena manu profecta, et, ut caussa rei significaretur, adscripta esse. Scholii speciem multo magis præ se ferunt, quam aliud quidquam. Nec Schol. Gr. hæc expressit, cum tamen cetera omnia reddiderit, sed ἐπισκευάζων, æque ac nos, conjungit cum verbis εἰς ἐπιστήμας. Si auctoritate opus est huic interpretationi, non deest Mureti, vertentis: *Imprudens naturam ipsarum extinguit et delet, transferendo, ita eas concinnans, ac si non dicendi modo, sed certarum rerum sibi propositarum scientiam et intelligentiam tradant.* VATER.

4, 6. ἐπισκευάζων.] *Concinnans illam, et quasi fucans:* ut Sophist. Elench. init. καὶ γὰρ τὴν ἕξιν οἱ μὲν ἔχουσιν εὖ, οἱ δὲ φαίνονται φυλετικῶς φυσήσαντες, καὶ ἐπισκευάσαντες ἑαυτούς· καὶ καλοὶ οἱ μὲν δία κάλλος, οἱ δὲ φαίνονται κομμώσαντες ἑαυτούς. Sive *muniens et extruens.* Isocrates Paneg. p. 73. B. οὐκ ἀποροῦντες ὅπως ἐπισκευάζωσιν. Demosth. Olynth. iii. p. 36, 17. καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν. VICTOR.

4, 7. Ὅμως—εἴπωμεν καὶ νῦν.] Nolo, inquit, eos imitari, qui rationes exquisitas a rhetore quærunt, et qui omnem civilem scientiam rhetoris vi et artificio contineri putant, neque eos, qui nihil a civili sententia rhetoricam sumere censent, sed modum quendam in hac re adhibere constitui, ut ea pertractem quæ ad dicendi rationem aliquam utilitatem afferre possunt, et tamen accuratam earum rerum tractationem scientiæ civili reservem. Ex his Aristotelis verbis intelligitur, quod quamvis orator de rebus civilibus verba faciat, non tamen id facit quatenus civilis scientiæ propriæ sunt, sed quatenus a communibus principiis pendent, et ab omnibus intelligi quodammodo possunt. MAJORAG.

4, 7. Καὶ περὶ νομοθεσίας.] Abest περὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Victor. BUHLE.

4, 8. περὶ πόρων.] Hac voce generatim via ac ratio parandæ pecuniæ et redituum denotatur, quo de argumento exstat libellus Xenophontis. SCHRADER.

4, 8. προσόδους.] Respexit fortasse Aristoteles Xenophont. Mem. III. 6, 5.

4, 8. οὐ γὰρ μόνον.] Cicero Paradox. VI. *Ex meo tenui vectigali, detractis sumtibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit.* Et mox, *Non esse cupidum, pecunia est: non esse emacem, vectigal est.* SCHRADER.

4, 8. ἱστορικόν.] Animadvertendum ἱστορικὸν hic non valere rerum gestarum explicatorem, sed eum, qui aliqua didicerit, eximiamque eorum cognitionem habeat. Quo sensu videtur Cicero cepisse pro Murena, cum inquit, *Homines literati et historici.* VICTOR.

4, 9. Ὁπόση τε ὑπάρχει.] Ven. Cam. Majorag. πόση τε ὑπάρχει. BUHLE.

4, 9. Καὶ πόσην ἐνδέχεται.] Ed. Cam. καὶ πόση ἐνδ. VATER.

4, 9. Πολέμους τίνας καὶ πῶς.] Edd. Ald. Bas. Victor. Cam. πολ. πῶς καὶ τίνας. Illud ex ed. Sylb. est. VATER.

4, 9. ἐπίδοξον.] Ἐπίδοξος et res et homo appellatur, de quo aliqua opinio excitata sit, et aliqua existimatio in animis omnium orta. Isocrates in Archidamo p. 117. D.: αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν εἰ γεγόνως ἀφ' Ἡρακλέους, τοῦ δὲ πατρὸς βασιλεύοντος, αὐτὸς δὲ ἐπίδοξος ὢν τυχεῖν τῆς τιμῆς ταύτης. VICTOR. Vide notas ad Ammonium in v. T. Magistrum p. 342. Pierson. Præf. ad Mœrin p. xxxix.

4, 9. Πρὸς οὓς ἐπίδοξον πολεμεῖν.] Vetus interpres Latinus vertit: *adversus quos bellum* dubii eventus *sit.* Videtur legisse πρὸς οὓς ἀμφίδοξον πολεμεῖν. BUHLE.

4, 9. Πρὸς μὲν τοὺς κρείττους.] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πρὸς μὲν τοὺς κρείττονας, incontracte. BUHLE.

4, 9. Ἐφ' αὑτοῖς.] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐπ' αὐτοῖς. Isingr. ἐπ' αὐτῇ, numero singulari, quod equidem malim. BUHLE.

4, 9. Ἔστι γὰρ καὶ ταύτῃ πλεονεκτεῖν.] Vetus interpres Latinus, notante Morelio, legit: ἔστι γὰρ καὶ ταύταις πλεονεκτεῖν. Vulgatum ante oculos habuit Georg. Trapezuntius, qui vertit: *nam* hac quoque parte *meliores quidam aut imbecilliores esse possunt.* BUHLE.

4, 2. Πῶς ἀποβαίνουσιν.] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. πῶς ἀναβαίνουσιν. BUHLE.

4, 10. Τηρῶσι μᾶλλον.] Isingr. τηρεῖν μᾶλλον. In marg. ed. Venetæ: τηρῶνται μᾶλλον. Ald. et Bas. 1. 2. Frob. τηρῶν μᾶλλον, vitiose. BUHLE.

4, 11. Ποία ἡ αὐτοῦ τε.] Ed. Isingr. πόση ἡ αὐτόθι τε. Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ποία ἡ αὐτόθι τε. BUHLE.

4, 11. Πρός τε τοὺς κρείττους.] Ed. Cam. minus recte τε omittit. VATER.

4, 11. δαπάνη.] Quamvis *sumptus* significare soleat, hic,

quod conficitur, e quoque homines vitam producunt, valet: quod denique in aliqua re nutrienda absumitur, i. e. alimentum. In IV autem libro de Ortu animalium, ubi de natura lactis agit, ita quoque habet vetustus liber, c. 8. Οὐ γὰρ ἔτι εἰς πλάσιν τοῦ ἐμβρύου γίγνεται ἡ δαπάνη, cum in excusis τροφὴ legatur. VICTOR.

4, 11. Ἵνα πρὸς τούτους.] Isingr. ἵνα πρὸς ταῦτα. Melius. BUHLE.

4, 11. συμβολαί.] Usitatior est hoc sensu forma neutralis. Aristot. Rep. III. 6. p. 74. εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν ἐξαγωγίμων· σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, καὶ γραφαὶ περὶ συμμαχίας.

4, 11. Καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαί.] Teste Morelio Codd. quidam habent συμβουλαί· at vulgatum tuentur omnes et interpretes et edd. Mutato verborum ordine edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. legunt: καὶ συμβολαὶ καὶ συνθῆκαι. BUHLE.

4, 11. Πρὸς δύο γὰρ διαφυλάττειν.] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πρὸς δύο γὰρ φυλάττειν. BUHLE.

4, 12. Ταῦτα ἀναγκαῖον δύν.] Edd. Ald. Bas. Cam. ταῦτα ἀναγκαῖα δύν. VATER.

4, 12. πολιτειῶν κ. τ. λ.] Hæc cuncta accuratius suis locis ab ipso disputata sunt. Tradit autem Cicero de Fin. V. 4. hunc locum Theophrastum diligentissime persecutum fuisse. *Hoc amplius Theophrastus, quæ essent in rep. inclinationes rerum et momenta temporum, quibus esset moderandum.* VICTOR.

4, 12. ἀνιεμένη.] *Remitti* tunc dicit statum multitudinis, cum quædam instituantur aliena ab illa forma reip. et quæ potius conveniant dominationi paucorum: contra autem *intendi* (ἐπιτείνεσθαι) cum major auctoritas populo datur, et novæ quædam rationes inducuntur, accommodatæ multitudini. VICTOR.

4, 12. Οὕτω διατίθεται τὴν ῥῖνα.] Τὴν ῥῖνα Schol. Gr. non videtur in cod. suo habuisse. Idem in edd. vett. deest.

In simili desumto a deformitate nasi tantum notatur utramque deformitatem mutari et desinere. Non in eo vis exempli est, quid sit id, in quod utraque mutetur et abeat. VATER.

4, 12. γρυπότης καὶ ἡ σιμότης.] Hac eadem similitudine usus est Polit. V. 9. cum de eadem re verba faceret: ibi enim hæc longe diligentius et accuratius tractat. Nasus, inquit, quatenus ad formam suam, duo præcipue vitia potest habere; vel enim nimium depressus est, et quandam quasi planitiem præ se ferens, et tunc dicitur *simus*, qualem habuisse Socratem memorant: vel nimium est elatus, et quasi dorsum habet in medio, quod emineat, et tunc *grypus* vocatur.

Utrumque igitur vitium duobus modis corrumpi potest, vel si remittatur, et ad mediam rectamque formam veniat; tunc enim remotis illis vitiis, rectus erit nasus: vel si nimium intendatur: posset enim simus nasus ita deprimi, ut penitus aboleretur, et ne formam quidem nasi haberet, et tunc neque simus dici posset. Ita etiam dorsum illud, quod est in naso grypo, posset adeo crescere, ut omnem nasi formam auferret, quare neque grypus esset. Duobus igitur modis pravitates illæ nasi corrumpuntur, atque intereunt, vel cum nasus rectam formam recipit, vel cum penitus formam suam amittit. Eadem etiam ratione Democratia et Oligarchia, quæ sunt quasi duo vitia, labesque Reip. duobus modis intereunt, vel cum ad bonam Reip. formam reducuntur, et populus publicam tantum utilitatem quærit, et qui probi viri sunt, ac sapientes, Remp. administrant, vel cum intenduntur, et usque eo procedunt, ut populus ex libidine sua cuncta gerat, et potentiores non amplius publicam, sed privatam tantum utilitatem sequantur. MAJORAG.

4, 12. Οὕτω διατίθεται τὴν ῥῖνα] Non habent τὴν ῥῖνα Ald. Bas. Ricc. Spir. BUHLE.

4, 13. ἐν γὰρ τοῖς νόμοις.] Legum fusius elogium vide apud Demosthenem in Or. pr. c. Aristogitonem p. 492. (774. Reisk.) SCHRADER.

4, 13. Τίς πολιτεία συμφέρει] Vetus interpres Latinus legit τίς πολιτείᾳ συμφέρει, casu dativo, quod melius videbatur Morelio, nescio qua de causa. BUHLE.

4, 13. γῆς περίοδοι.] Erant commentarii in quibus et posituræ urbium locorumque descriptæ forent: et incolarum etiam leges moresque explicati. Eos autem conficere solent accurati et diligentes homines, qui longinquas terras peragrant: aut hoc studio delectati, advenas, quæ videre ipsi non potuerint, percunctati sint, ut docet Aristot. Meteor. I. 13. p. 27. Δῆλον δὲ τοῦτο τοῖς θεωμένοις τὰς τῆς γῆς περιόδους· ταύτας γὰρ ἐκ τοῦ πυνθάνεσθαι παρ' ἑκάστων, οὕτως ἀνέγραψαν· ὅσων μὴ συμβέβηκεν αὐτόπτας γενέσθαι τοὺς λέγοντας. Eudoxus, rerum cælestium valde peritus, plures libros ita inscripsit, ut ex Athenæo colligitur, qui lib. VII. p. 288. C. inquit, Εὔδοξος δ' ἐν ἕκτῳ γῆς περιόδου. Schol. Apoll. Rhod. I. 922. ὡς ἱστορεῖ Εὔδοξος ἐν δ. γῆς περιόδου. unde etiam Pytheam quendam hoc titulo libros scripsisse intelligitur. Eadem autem scripta περιηγήσεις et περίπλους vocabant: Athenæus: καὶ ὥσπερ οἱ τὰς περιηγήσεις καὶ τοὺς περίπλους ποιησάμενοι μετ' ἀκριβείας, ἐθέλει πάντα ἐκτίθεσθαι. VICTOR. Addit Schrader Meteor. II. 5. Polit. II. 2, 6. Κτησίας ἐν ᾱ περιόδων Schol. Apoll. Rhod. II. 1015. Vide Valckenær. ad Herodot. V. 49.

4, 13. Τὰς—ἱστορίας.] Putat Morelius, veterem interpretem Latinum legisse αἱ—ἱστορίαι. Verum etiamsi interpres in

versione casum nominativum adhibuerit, vix satis tuto inde colligas, eum eundem in Græco legisse. BUHLE.

4, 13. τὰς—ἱστορίας.] Edd. Ald. Bas. Cam. αἱ—ἱστορίαι. Item, ut videtur, plerique libri scripti Victorii, qui demum ex cod. antiquissimo casum quartum bene restituit.

4, 13. τὰ μέγιστα τοσαῦτά ἐστιν.] Interpretes τὰ μέγιστα cum antecedentibus jungunt; Victorius contra cum verbis τοσαῦτά ἐστιν, nec sine causa. Aristoteles enim §. 7. promisit, ex infinito numero eorum, quæ in deliberationem cadunt, quinque potissimum, quæ maximi momenti essent, explicare. Jam se dicit absolvisse, verbis pæne iisdem utens: τὰ μέγιστα τούτων τοσαῦτά ἐστιν. *De his dictum est.* Ἔχειν absolute significat, ἔχειν προτάσεις, εὐπορεῖν, ut c. 9. extr. et alias. Neutiquam dicere posset Aristoteles, oratorem non nisi res, quæ maximi momenti sunt, aut earum tantum summa capita intelligere debere. VATER.

4, 13. τὰ μέγιστα.] Fatetur se non omnia tradidisse, de quibus homines consultare solent; id enim infinitum fuisset; sed quæ magni ponderis in illis sunt tantum tetigisse: *stratum* enim nunc intelligit *materiamque* dicens περὶ ὧν. VICTOR.

4, 13. ἐξ ὧν vocat locos, ex quibus eliciuntur argumenta. Εἴδη autem appellare hæc ipsum planum est, i. e. proprias alicujus generis propositiones. VICTOR.

CAP. V.

5, 1. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν] Isingr. καὶ τοῦτ' ἐστὶν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν. BUHLE.

5, 2. Ὥστε παραδείγματος χάριν λάβωμεν.] Iterum hoc loquendi genus legitur c. 9, 2., ejusque hæc videtur esse vis: *Rei illustrandæ caussa de felicitate disputemus.* Παράδειγμα est exemplar. Notione enim felicitatis exposita tanquam norma vult uti, qua judicentur, quæ de deliberatione dicenda sunt. VATER.

5, 2. Πᾶσαί εἰσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πᾶσίν εἰσι. Nescio an melius. BUHLE.

5, 3. μεῖζον] f. μείζονα. TOUP.

5, 3. Quatuor affert felicitatis definitiones, quarum pleræque multitudini potius quam sapientibus probantur, oratori autem usui sunt, quod hujus sit cum multitudine e concessis agere principiis. SCHRADER.

5, 3. ἔστω δὴ εὐδαιμονία.] Quia non ad veritatem in his libris, sed ad opiniones hominum disserit, non eam, quam veram putat, nec unam tantum definitionem vitæ beatæ, sed et plures, et ab aliis excogitatas, vel multitudini potius probatas affert. Prima hæc honestorum hominum erat; et sane

ferri potest: multum enim virtuti tribuit: quorum igitur res prosperæ sunt, ac virtutem sequuntur, ii beati putantur. In primo et in decimo libro de Vita et Moribus ad Nicomachum accuratius ipse vim beatitudinis expressit. Plutarchus in lib. Πῶς δεῖ τ. ν. π. α. p. 24. F. εὐδαιμονίαν οἱ φιλόσοφοι λέγουσι τὴν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἕξιν, ἢ καὶ τελειότητα βίου κατὰ φύσιν εὑροῦντες. Hunc autem locum a felicitate primum affert, eo namque omnia referunt, quæ in vita homines expetunt. Quia vero generatim rursus utilia, et bona ab ipsis expetuntur, ut de bono et utili in universum affert propositiones ac locos. VICTOR.

5, 3. ὁ βίος ὁ μετ' ἀ.] Similem fere Epicureæ Scholæ sententiam copiose illustrat Wyttenbach. ad Plutarch. p. 195. C.

5, 3. Ὁ βίος ὁ μετὰ ἀσφ.] Edd. Ald. Bas. Cam. ὁ βίος μετὰ ἀσφ. VATER.

5, 3. Ἡ εὐθενία] Expiscatus est hanc lectionem, pro qua etiam εὐθενεία, sive εὐθηνία, legi potest, ex vetere versione Latina Morelius. Receperunt eam edd. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. Lips. In aliis edd. legitur εὐσθένεια, quod præclare et erudite defendit Victorius Comment. p. 86. Verterunt vetus interpres et Hermolaus Barbarus: *abundantia possessionum*. Cf. Suidas v. εὐθενία. Georgius Trapezuntius habet: *possessionum facultas*. BUHLE.

5, 3. εὐσθένεια.] Arbitror hic εὐσθένειαν valere, cum vigent bestiæ pecudesque, ac cetera, in quibus res familiaris fundata est; et reliqua denique omnis familia, cum ab omni noxa ac morbo procul sunt, cum eximiam corporis firmitatem habent. Aristot. Probl. I. 22. ἢ ὅτι ἕκαστον εὐσθενεῖ ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ τῆς φύσεως. de Nat. An. διὰ τοῦτο καὶ ζητεῖ τόπον ἕκαστον οἰκεῖον· οἰκεῖον δὲ ἐν ᾧπερ εὐσθενεῖ. Demosthenes pro Ctesiph. p. 321. Ἃ γὰρ εὐσθενούντων τῶν πραγμάτων ἠρνεῖσθε διομνύμενοι, ταῦτ' ἐν οἷς ἔπταισεν ἡ πόλις, ὡμολογήσατε. Idem autem valere videtur, quo crebro etiam ipse utitur, εὐθηνεῖσθαι. Ethic. Nic. I. 9. καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθηνοῦντα, μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν. VICTOR.

5, 3. σωμάτων.] Eodem sensu sumitur quo in noto epigrammate σώματα πολλὰ τρέφειν. VICTOR.

5, 3. Σχεδὸν γὰρ τούτων ἓν, ἢ πλείω] Vetus interpres Latinus legit σχεδὸν γὰρ τούτων τι, ἢ ἓν, ἢ πλείω. Ed. Victor. et quæ hanc presso pede sequuntur, ut Schraderi, Caselii, σχεδὸν γάρ τι τούτων ἓν, ἢ πλείω. BUHLE.

5, 4. Χρηστοφιλίαν, πλοῦτον.] Muretus πλοῦτον omisit. Idem paullo post edd. vett. sequitur, quæ σωφροσύνην, δικαιοσύνην mutato ordine habent. VATER.

5, 4. τά τ' ἐν αὐτῷ κ. τ. λ.] Eandem bonorum divisionem affert Ethic. Nic. I. 8. 3. alibique: unde Cicero Peripateticam appellat, et sæpius commemorat. Vide De Finibus

III. 13. Tuscul. V. 27. Topic. c. 23. Partit. Or. c. 22. Verba Ciceronis Tusc. V. 30. *Tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici, nec multo veteres Academici secus.* SCHRADER.

5, 5. Εὐγένεια μὲν οὖν ἐστιν.] Abest ἐστὶν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

5, 5. αὐτόχθονας.] Vide Quintil. III. 7. 26. ibique Spaldingium.

5, 5. Εὐγένεια μὲν οὖν.] Quæ supra nominibus tantum exposuerat, nunc, eorum naturam evolvens, repetit. Primam autem, ut illic quoque fecerat, nobilitatem aggreditur: quam publice, privatimque cogitari posse tradit: communiter enim κοινῇque intellexit, cum inquit *nationi ac civitati*; quod etiam ex adverbio, quod sequitur, ἰδίᾳ intelligitur, huic enim ipsi manifesto respondet. Illam igitur, in aliqua natione civitateque spectatam esse, inquit, si ipsi aut illic nati sint, aut multis seculis ibi vixerint: qui enim sedes numquam mutarant, sed in illis locis, quos incolebant, orti erant, αὐτόχθονες a Græcis dicebantur; quam laudem consensu omnium scriptorum Athenienses obtinuerant. Hoc unum autem verbum pluribus Cicero in Or. pro L. Flacco expressit, quum Atheniensium testimonium extolleret. c. 26. *Quæ vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur.* Paucis autem id concessum fuit, ut retinere sedes, in quibus procreati sunt, potuerint. Demosthenes de Fals. Leg. p. 424. testatur id Atheniensibus solis et Arcadibus datum esse: μόνοι γὰρ ἁπάντων ὑμεῖς αὐτόχθονές ἐστε, κἀκεῖνοι. VICTOR.

5, 5. Ἐπὶ τοῖς ζηλουμένοις quomodo exprimi eleganter possit, ostendit Cicero Tusc. III. 24. *Nec siletur illud potentissimi regis anapœstum, qui laudat senem, et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit.* Euripid. Iph. Aul. v. 16. sic loquitur Agamemnon: ζηλῶ σε γέρον, ζηλῶ δ' ἀνδρῶν, ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς ἀκλεὴς &c. Cum idem significare vellet Aristoteles paullo post, inquit, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τιμωμένων. In aliqua arte, quam admirantur omnique honore dignam homines putant: in aliquo præclaro studio, cujus omnes cupidi sunt: quodque arbitrantur beatos efficere cunctos, qui id habeant: nam ζηλῶ σε γέρον, hanc vim habet, ut Agamemnon conditionem senis illius sua meliorem dicat: ac, si fieri possit, ostendat, se libenter cum eo vivendi sortem commutaturum: illum enim, beatum; se vero, miserum judicabat VICTOR.

5, 5. Ἰδίᾳ δὲ εὐγένεια ἢ] Cod. Accoramb. Scholiastes Græcus, et vetus interpres Latinus, legerunt, ἰδία δὲ εὐγένεια. Vertit enim posterior: *singularis.* Idem tuentur Ald. et Rico. Pro disjunctivo ἢ edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. articulum habent ἡ. BUHLE.

5, 6. εὐτεκνία.] Ista felicitatis pars fructuosa erat Persis:

horum enim reges iis qui liberorum numero familiam et remp. auxerant, quotannis dabant præmia. Herodot. I. 136. Strabo XV. p. 1041. Nicolaus Damasc. apud Stobæum Serm. 42. Τῷ κοινῷ, *commune* recte vertit Muretus, Latini enim, Græcos imitantes, gentem, nationem, remp. civitatem appellant *commune*. Cic. in Verr. II. 46. *Statuæ* a communi *Siciliæ, quemadmodum inscriptum videmus, datæ*. Item, I. 38. *Quomodo iste commune Miliadum vexarit*. SCHRADER.

5, 6. Ἔστι δὲ τῷ κοινῷ μὲν εὐτεκνία] Vetus interpres Latinus, ἔστι δὲ ἡ κοινὴ μὲν εὐτεκνία· uti mox idem una cum Ald. et Ven. pro ἰδίᾳ δὲ εὐτεκνία, legit ἰδία δὲ εὐτεκνία. BUHLE.

5, 6. τῷ κοινῷ.] Κοινῷ *genti* ac *populo* valet: vocabant enim κοινὸν Θεσσαλῶν, κοινὸν Ἀχαιῶν, et ita quoque aliarum nationum, ut Cicero quoque *commune Siciliæ* appellavit. VICTOR.

5, 6. Θηλειῶν δὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. Cod. Accoramb. θήλεων δὲ, in neutro. BUHLE.

5, 6. μέγεθος.] Lacedæmonii Archidamum regem suum pecunia mulctaverunt, quod pusillam uxorem ducere non esset veritus, caussa exposita, quod is non reges, sed regunculos ipsis statuisset generare. Plutarch. de Educ. Lib. §. 1. SCHRADER.

5, 6. Καὶ φιλεργία] Cam. Isingr. Ricc. φιλοεργία. Orta est hæc lectio ex contracto φιλοργία. De amore erga parentes hic non cogitandum esse, docent sequentia ἄνευ ἀνελευθερίας. BUHLE.

5, 6. Καὶ φιλεργία] Edd. Ald. Bas. Cam. φιλοεργία. VATER.

5, 6. ὥσπερ Λακεδαιμονίοις.] Idem tradit Polit. II. 7. ubi Lacænarum mulierum mollitiem, intemperantiam, avaritiam, et in maritos imperium memorat, ac caussam hujus corruptelæ ait esse maritorum extra patriam expeditiones, et quod Lycurgus hanc reip. partem, mulierum pertinacia victus, recte formare omiserit. SCHRADER.

5, 7. Πλούτου δὲ μέρη νομίσματα, πλῆθος γῆς, χωρίων κτήσεις] Sic legunt Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Victor. Majorag. Codex antiquissimus Victorii habet: νομίσματος πλῆθος, γῆς, χωρίων κτήσεις πλήθει καὶ μεγέθει καὶ κάλλει διαφερόντων. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. νομίσματος πλῆθος, γῆς, χωρίων κτήσεις, omissis postremis verbis e Cod. Victorii enotatis, quæ statim repetuntur. Equidem pristinam lectionem revocavi, fide etiam veteris interpretis Latini et Georgii Trapezuntii suffultam. In vulgata lectione νομίσματος πλῆθος non bene jungitur, et durior fit oratio, si γῆς sit nude positum et genitivus a κτήσεις pendeat. Verba in Cod. Victor. addita glossam redolent. BUHLE.

5, 7. Νομίσματα, πλῆθος γῆς, χωρίων κτήσεις· ἔτι δὲ ἐπίπλων κτήσεις.] In Cod. Victorii, præterquam quod νομίσματος πλῆθος et ante ἔτι δὲ verba mox repetita, πλήθει καὶ μεγέθει καὶ κάλλει

διαφερόντων habet: utrobique κτῆσις in numero singulari legitur. In omnibus his sequitur eum Intpr. priscus teste Victorio et Morellio. VATER.

5, 7. Καὶ χρήσιμα] Ald. Bas. Ricc. Spir. addunt: χρὴ εἶναι δηλονότι. Recte hoc glossema ceteri editores omiserunt. In ed. Spir. jam uncini adhibiti sunt. BUHLE.

5, 7. Εἶναι τὴν χρῆσιν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. addunt αὐτῶν. BUHLE.

5, 7. Καὶ ἡ χρῆσις] Ald. Bas. Frob. Spir. καὶ ἡ κτῆσις. Idem tuentur Cod. quidam Victorii, Georgius Trapezuntius et Herm. Barbarus. Sunt tamen alii Victorii libri MSti, qui vulgatum habent. Nihil mutavi, cum dubius hærerem, quid præferendum sit. BUHLE.

5, 8. Τὸ ὑπὸ πάντων σπουδαῖον ὑπολαμβάνεσθαι] Sic recte Isingr. Ricc. Victor. Schrader. et Lips. In aliis minus bene: τὸ ὑπὸ πάντων σπουδαίων ὑπολαμβάνεσθαι. Georg. Trapez. vertit: *cum* virtuosus *a cunctis existimatur*. BUHLE.

5, 9. τιμὴ—δόξης.] *Honor signum est eum, cui habetur, beneficum haberi.* Concise ab auctore dictum a nonnullis pari brevitate, et ob id obscurius est interpretatum. Quis enim intelligat illud Riccoboni, *Honor est signum beneficæ opinionis.* Δόξα vox ambigua, hic significat opinionem quam quis de eo, cui honorem habet, animo concepit, quo sensu eadem vox infr. II. 2. 3. capitur de illo qui alterum vilipendit, ubi ἐνέργεια δόξης, *actus opinionis*, idem est atque hoc loco σημεῖον δόξης, *signum opinionis*, actus enim sive operatio, opinionis signum est. SCHRADER.

5, 9. Εὐεργετικῆς δόξης] Isingr. εὐεργετικῆς ἕξεως. Cod. quidam Victorii pro δόξης habet εὐδοξίας. BUHLE.

5, 9. Οἱ εὐεργετηκότες] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. οἱ εὐηργετηκότες, cum augmento. Male. Scribi saltem oportuisset οἱ εὐειργετηκότες. Præfixa diphthongus εὐ statim docet, cur in hoc verbo augmentum abesse possit. Miror, Græce doctissimum ceteroquin Sylburgium in hac correctione Morelium secutum esse. Editores Lipsienses nostrum dederunt. BUHLE.

5, 9. Ἀλλ' οἱ τρόποι καὶ οἱ καιροὶ] Isingr. ἀλλ' οἱ τόποι καὶ οἱ καιροὶ, *Ort und Zeit*. Victor. ad h. l. Comment. p. 94: "Non sine causa autem suspicaretur aliquis hic pro τρόποι "legi debere τόποι. Significavit Aristoteles *locum* ac *tempus* "dicendo ἢ ἐνταῦθα, ἢ ποτέ· infra quoque, ubi tradit locos "majoris alicujus rei ostendendæ, conjungit *locum* ac *tem*-"*pus*; ait enim: καὶ οἱ τόποι, καὶ οἱ χρόνοι, καὶ αἱ δυνάμεις· nihil "tamen varietatis inveni in libris calamo scriptis; vetus quo-"que tralatio exprimit pervulgatam lectionem." Georg. Trapezuntius vertit: *sed* modus *profuit atque occasio*. Sit judicium penes lectorem. BUHLE.

5, 9. Οἱ *τρόποι καὶ οἱ καιροὶ αἴτιοι.*] Hic abs Te prætermissa est optima scriptura Isingr. *τόποι.* Quæ cujuscunque ingenio debetur, longe præferenda est receptæ. Beneficia, (sic disputat philosophus,) ex quibus honor comparatur, referuntur maxime ad ea bona, quorum difficilior possessio est, i. e. *majora, vel per se, vel aliquo loco, vel aliquo tempore,* ἢ ὅλως, ἢ ἐνταῦθα, ἢ ποτέ. Ad primum horum pertinet id, quod statim additur, multos sæpe homines honorem consequi ex tenuibus beneficiis, sed beneficiorum ipsorum tenuitatem—quid exspectas illatum iri?—alteris duobus momentis extolli, seu, id quod desit ad rem, compensari *locis* et *temporibus,* i. e. *circumstantiis,* ut vulgo loquimur. Pro *locis* legis *mores.* His non dubito, quin, si rem spectes, sua vis sit ad illud quod quæritur; sed primum spectanda est ratiocinatio, quæ *locos* poscit. WOLF.

5, 9. *θυσίαι—τροφαὶ δημοσίαι.*] Divinos etiam honores iis, a quibus præclara beneficia acceperant, veteres concedere solebant, atque iis victimas mactabant. Verba Plutarchi sunt in T. Flaminio exponentis quot quantique honores illi a Græcia habiti sint p. 378. B. *καὶ θύσαντες αὐτῷ, σπονδῶν γενομένων, ἄδουσι παιᾶνα κ. τ. λ.* Thucydides quoque V. 11. narrans Amphipolitas maximis honoribus mortuum Brasidam Lacedæmonium affecisse, tradit eos etiam ipsi instituisse *ἐτησίους θυσίας.* Vide Ethic. Nicom. V. 7. Carminibus etiam morem fuisse celebrari claros viros, notum est: nec non laudationibus soluta oratione confectis, ut Evagoras est Isocratis, ut Agesilaus Xenophontis. Pæne cuncta hæc collegit Cicero, aut meliorem illorum partem, in oratione pro Milone, ubi de honoribus, qui haberentur in Græcia tyrannicidis, disputavit. Γέρα, honores certos appellari notum est, quibus item, ut fanis, vivi mortuique antiquitus afficiebantur. Ipse eodem verbo usus est Ethic. Nic. V. 6. *μισθὸς τὶς ἄρα δοτέος· τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας.* Τεμένη agros prisci illi vocabant, regibus suis dicatos, et fortissimis viris, a quibus amplissima beneficia accepissent. Aristophanes Plut. 659. ita videtur sacellum vocasse, cum inquit, *ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ἦμεν τοῦ θεοῦ.* Quæ sequuntur viæ rationesque optimos ac clarissimos homines decorandi, notæ usitatæque sunt; ut, superiore honestioreque loco cuipiam in sedendo cedere, quod *προεδρία* dicitur, sepulchra, imagines, cibaria e publico. Athenienses autem maxime consuesse cotidianum victum præbere in Prytaneo iis, qui remp. eorum fortiter armis defendissent, planum est: quos ipsos *παρασίτους* appellabant: neque enim hoc tantum nomine impuros quosdam homines vocabant, qui ventri dediti, alienas mensas colunt, sed hos etiam, quos ob præclara in ipsos merita publice alebant. VICTOR. Conf. Homer. Il. M. 310. et seqq.

5, 9. Τὰ *βαρβαρικὰ*] Isingr. *ἔτι τὰ βαρβαρικά.* Melius. BUHLE.

5, 9. προσκυνήσεις.] Vide loca quæ collegit Stanleius ad Æschyli Pers. 152. 590. Agam. 928.

5, 9. ἐκστάσεις.] Hoc exemplum attulit Victorius. Plutarch. Artox. p. 1016. C. ἐπαιρόμενος δὲ (Cyrus) τῇ νίκῃ, καὶ μεσὸς ὢν ὁρμῆς καὶ θράσους, διεξήλαυνε βοῶν, "ἐξίστασθε πενιχροί·" τοῦτο δὲ Περσιστὶ πολλάκις αὐτῷ βοῶντος, οἱ μὲν ἐξίσταντο προσκυνοῦντες. Alia dabit Dorvillius ad Chariton. p. 448=473.

5, 9. Ἀμφοτέροις γὰρ ἔχει] In ἀμφοτέροις supplendum est ex antecedentibus κτήματι et τιμῇ· in ἔχει vero δῶρον. Pro ἀμφοτέροις Isingr. habet ἀμφότερον, quæ lectio ex emendatione profecta esse videtur. Quod si tamen ἀμφότερον malis, pro τιμὴν ἔχει in sequentibus reponendum est τιμὴ ἔχει. BUHLE.

5, 9. Ἀμφοτέροις γὰρ ἔχει, ὧν δέονται.] Ἀμφοτέροις est masculinum. *In dono inest utrisque*, et pecuniæ et honoris cupidis, *id, cujus indigent*. Aliis ἀμφοτέροις neutrum videbatur, quasi dictum esset, ἀμφότερα ἔχει, ὧν δέονται. Sed magis appositum est ad sententiam, si dicitur, insunt, quorum *utrique* indigent. VATER.

5, 10. Plato Rep. III. p. 406. A. indicante Victorio: Ἡρόδικος γὰρ παιδοτρίβης ὢν, καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε μὲν πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ' ἄλλους ὕστερον πολλούς. Πῇ δή; ἔφη. Μακρὸν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸν θάνατον αὑτῷ ποιήσας. Παρακολουθῶν γὰρ τῷ νοσήματι θανασίμῳ ὄντι, οὔτε ἰάσασθαι, οἶμαι, οἷός τ' ἦν ἑαυτὸν, ἐν ἀσχολίᾳ τε πάντων ἰατρευόμενος, διὰ βίου ἕξη ἀποκναιόμενος, εἴ τι τῆς εἰωθυίας διαίτης ἐκβαίη. Δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας, εἰς γῆρας ἀφίκετο. Platonis locum transcripsit Plutarch. de S. N. V. p. 554. C. De ejusdem Herodici deambulatione Plato Phædro init. p. 227. D. ἔγωγ' οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστε, ἂν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μεγαρᾶδε, καὶ, κατὰ Ἡρόδικον, προσβὰς τῷ τείχει πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σου ἀπολείφθω. ubi Scholiastes p. 54. Ἡρόδικος Σηλυμβριανὸς ἰατρὸς ἦν, καὶ τὰ γυμνάσια ἔξω τείχους ἐποιεῖτο, ἀρχόμενος ἀπό τινος διαστήματος οὐ μακροῦ, ἀλλὰ συμμέτρου, ἄχρι τοῦ τείχους, καὶ ἀναστρέφων. Vide et Eustath. ad Il. I. p. 763, 16.

5, 10. Οὓς οὐδεὶς] Ald. Bas. Ricc. Spir. ὅν. Nescio an melius. BUHLE.

5, 10. Εὐδαιμονήσειε] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. εὐδαιμονίσειε. BUHLE.

5, 10. οὓς οὐδεὶς ἂν εὐδαιμ.] Auctor dialogi de Oratoribus antiquis, Quintiliano et Tacito falso adscriptus, XXIII. 4. *Ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quæ animi anxietate contingat. Parum est ægrum non esse; fortem et lætum et alacrem volo. Prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas laudatur.* SCHRADER.

5, 11. Οἱ πένταθλοι κάλλιστοι] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. οἱ πένταθλοι κάλλιστα. Minus bene. BUHLE.

5, 11. Γέροντος δὲ.] Intelligi debet κάλλος ἐστὶν, ἔχειν σῶμα et quæ sequuntur; ἀπὸ κοινοῦ enim illa repetenda sunt. VICTOR.

5, 13. Κατὰ τὸ μῆκος καὶ βάθος καὶ πλάτος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. κατὰ μῆκος, ἢ βάθος, ἢ πλάτος. BUHLE.

5, 13. Μεγέθους δὲ ἀρετὴ—τοσούτῳ μείζονι, ὥστε μὴ βραδυτέρας ποιεῖν τὰς κινήσεις διὰ τὴν ὑπερβολήν.] Non intelligo, quare additum sit μείζονι, vel potius, quo constructionis modo aut usu addi potuerit. *Tanto magis* vertunt Intpp. Debuerant, *tanto majori*. Hoc si nihili est, num aliquid Græce est τοσούτῳ μείζονι? Nisi forte Isingrinii μείζονα, ad tria nomina relatum, præferas, delebo hoc vocabulum, et planus erit sensus: *Staturæ præstantia est, superare plerosque proceritate et crassitudine et latitudine* in tantum quantum *hæc exsuperantia non officiat celeritati motuum*. WOLF.

5, 13. Τοσούτῳ μείζονι] Isingr. τοσούτῳ μείζονα. BUHLE.

5, 13. τοσούτῳ μείζονι μείζων, ὥστε μή.] Quanto majori, eo major, *virtus*, modo ne sit impedimento etc. Sic infr. 7, 6. τὰ ὑπερέχοντα τοῦ αὐτοῦ, μείζονι μείζω. Ita leg. Et cum *duo eandem rem superant*, id quod *magis superat*, *majus* est. Iste est sensus loci. Τὸ μείζων a μείζονι fuit absorptum. TOUP.

5, 13. ὥστε μὴ βραδυτέρας ποιεῖν δ. τ. ὑ.] Hoc etiam declaravit Hippomachus, nobilis alipta; cum enim quosdam videret hoc errore teneri, qui crederent maximum quemque ad has corporis exercitationes aptissimum esse, magnæque staturæ hominem, ac longa brachia habentem, celebrarent, ut pugilem a natura factum, eleganter hac voce stultitiam eorum coarguit: Siquidem, inquit, coronam, ex alto quodam loco aptam, auferre oporteret, recte sentiretis: nec enim parum iste idoneus foret. VICTOR. Sedes hujus historiæ est Plutarch. περὶ φιλοπλουτίας init. T. II. p. 523.

5, 14. Ἰσχυρός ἐστιν] Vetus interpres Latinus et Schol. Gr. in Codd. suis legerunt: ἰσχυρός τις ἐστίν. BUHLE.

5, 14. Παγκρατιαστικός.] In pancratio tractando vim pugilis ac palæstritæ requiri confirmat etiam Quintilianus II. 8, 13. *Sicut ille exercendi corpora peritus, non, si docendum pancratiastem susceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo, atque in iis certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt ejus certaminis.* *Pugno* enim *ferire* vel *calce* cum dixit, expressit, ut puto, studium pugilis: cum vero *nexus* appellavit, palæstritæ artem indicavit, et verba, nisi fallor, Græca θλίβειν καὶ κατέχειν. Aperte autem Plutarchus Sympos. II. 4. ὅτι γὰρ μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης, δῆλον. VICTOR.

5, 14. Τῇ πληγῇ, πυκτικὸς] Sic emendavit Victorius e Cod.

antiquissimo. Idem habet vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. Spir. Majorag. τῇ πληγῇ, πληκτικός. Nec aliter legit Georg. Trapezuntius, qui vertit: *percussor.* BUHLE.

5, 14. Ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Victor. Majorag. post πᾶσι insertum habent τούτοις. BUHLE.

5, 15. εὐγηρία.] V. Wyttenbach. ad Plutarch. II. p. 111. B.

5, 15. Οὐδ' ἄλυπος καὶ πολυχρόνιος ἄνευ τύχης διαμείνειεν ἄν] Sic legendum esse censet Muretus Var. Lect. VII. 7. Recte. Nam sensus hanc lectionem necessario exigit. Ald. Ven. Frob. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. Schrader. Lips. οὐδ' ἄλυπος καὶ πολυχρόνιος, οὔτ' ἂν εὐτυχὴς διαμείνειεν ἄν. Isingr. pro καὶ πολυχρόνιος habet μὴ πολυχρόνιος, male. Schol. Gr. οὐδὲ πολυχρόνιος. Expressit nostram lectionem in versione sua Sigonius, et adstipulatur quoque illi Hermolaus Barbarus. Monuit idem, non defuisse, qui legerent: οὔτ' ἂν μὴ εὐτυχὴς διαμείνῃ. BUHLE.

5, 15. Οὐδ' ἄλυπος καὶ πολυχρόνιος, οὔτ' ἂν εὐτυχὴς διαμείνειεν ἄν.] Corporis sanitas et fortuna dicebantur caussæ esse commodæ senectutis. In lectione vulgata hæc nunc prætermittitur. Quare præclara est Mureti emendatio (Var. Lect. VII. 7.), qua ἄνευ τύχης scripsit, neque audiendus est Christoph. Rufus, qui in Antexegem. (Gruteri Lampas T. II. p. 603.) eam rejicit, et ἂν μὴ εὐτυχὴς διαμένῃ corrigit. Hæc mutatio altera multo audacior, neque tamen sententiæ loci accommodata est. Nam εὐτυχὴς non solum significat, τύχην caussam esse commodæ senectutis, sed etiam adjunctam habet felicitatis notionem, quæ huc non pertinet. Muretus præterea οὔτ' delet, et οὐδ' ἀπαθὴς—διαμείνειεν ἄν jungit. Οὔτ' retinuerim. Est enim in omnibus libris scriptis et impressis, et melius cohæret oratio, si eo retento vertas: *Commoda autem senectus est, cum et sera advenit et molestiæ expers.—Nisi enim immunis a morbis et robustus quis fuerit: dolore non vacabit, ideoque neque molestia expers erit, neque diu vivet; neque sine fortuna his constanter fruetur.* Ita quod πολυχρόνιος est, non soli fortunæ, sed etiam prosperæ valetudini tribuitur, atque eo aperte spectant, quæ sequuntur: *Est autem quædam sine prospera valetudine et sine robore vitæ producendæ ratio.* VATER.

5, 17. ἡ τύχη ἐνίων ὧν ἡ τέχνη.] Simplicius in Aristot. Phys. II. p. 73, 6. inter alia habet hæc: Καὶ τῶν ποιητῶν δὲ ἔνιοι πάντα σχεδὸν εἰς τὴν τύχην ἄγουσιν, ὥστε καὶ τῆς τέχνης οἰκείαν αὐτὴν ποιεῖν, λέγοντες, Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην. (Agatho apud Aristot. Ethic. Nic. VI. 4.) τὸν εὐτυχοῦντα δὲ καὶ φρονεῖν φασι (Euripid. fr. inc. CCIV.) πρὸς δὲ τούτοις δρῶμεν ἔνια τῶν ἀπὸ τέχνης γινομένων καὶ ἀπὸ τύχην γινόμενα. καὶ γὰρ ὑγίεια καὶ ἀπὸ τύχης δοκεῖ γίνεσθαι ὥσπερ ἀπὸ τέχνης· διψήσας γὰρ, καὶ πιών τις ψυχρὸν ὕδωρ, γέγονεν ὑγιής.

5, 17. Ἐνίων μὲν ὧν καὶ αἱ τ.] Edd. Ald. Bas. Victorii, Cam. ἐνίων μὲν καὶ ὧν αἱ τ. Ita, ut videtur, et Schol. Gr. Idem et ed. Cam. paullo post οἷον ὅσον pro οἷον ὅσων.

Ἐνδέχεται δὲ καί. Edd. Ald. Bas. δὲ, et postea in verbis οἷον εἰ οἱ ἄλλοι, voculam εἰ omittunt.

Ἢ οἱ ἄλλοι Ed. Cam. ἢ εἰ ἄλλοι. VATER.

5, 17. Τέχνη αἰτία] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τέχνη ἡ αἰτία. BUHLE.

5, 17. Τῶν παραλόγων] Ven. Cam. Majorag. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. τῶν παρὰ λόγον. Nescio an melius. BUHLE.

5, 17. Ἢ οἱ ἄλλοι] Ed. Spir. post ἢ repetit εἰ, sed uncis seclusum. BUHLE.

5, 17. Εἰ μὴ ἦλθε μόνος ἀεὶ φοιτῶν.] Lucem dabit interpunctio post v. ἦλθε. Unus ex multis *sæpe* in aliquem locum ire consueverat, idque *solus:* jam aliquando, quum is locus periculum minaretur, (arborem finge tibi seu ædificium casurum,) aberat forte iste; alii autem *tum primum et numero plures* eo iverant, perierantque. Verbis, ἀεὶ φοιτῶν, redduntur ἅπαξ ἐλθόντες; quod voci μόνος redditur, latet in sententia. WOLF.

CAP. VI.

6, 1. Ἀλλὰ περὶ τῶν] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν. Non bene. BUHLE.

6, 1, ἁπλῶς, i. e. extra comparationem. SCHRADER.

6, 2. οὗ ἕνεκα ἀ. αἱ.] Felicitatis, valetudinis, divitiarum, victoriæ caussa, labores, pharmaca, molestiæ, pericula suscipiuntur: ergo felicitas, valetudo, divitiæ, victoria bona sunt, habenturque. SCHRADER.

6, 2. ἔστω δὴ ἀγαθόν.] Plures definitiones *boni* affert; neque enim nunc quæ ipsarum vera sit, et naturam ipsius magis exprimat, curare statuit; neque hoc tempus, ac studium requirit, ut id exquisite tradat: magis enim ratio, quam tenet, adjuvare oratorem potest: plures, inquam, orationes adferre, quæ id adumbrent, si non perfecte exprimant. VICTOR.

6. 2. Ἔστω δὴ ἀγαθόν.] Inde ab his verbis explicantur bonorum genera. Ne vero exspectes, ut hic boni et utilis, aut c. 5. felicitatis, aut postea justi honestique absolutæ et subtilissimæ definitiones exhibeantur. His Aristoteles de industria non est usus. C. 10. extr. ipse declarat: *In hac disputatione cujusque rei definitionibus contenti esse debemus, quæ neque exquisitæ sunt neque obscuræ.* Potius partitionibus et singularum unius generis formarum descriptionibus utitur, et partibus enumerandis et definiendis universam utilitatem, honestatemve describit. Idque accommodate ad propositum suum. Nam in deliberatione, quæ hic tractatur, de bono non quæritur, quale sit, si universe consideretur κατὰ τὴν θεω-

ρίαν, sed de bono κατὰ τὰς πράξεις. Præterea ejusmodi partitiones paratam jam materiem præbent artis oratoriæ studiosis, qua utantur in habendis orationibus. Facile probatur, bonum aliquid esse, si plene jam enumerata sunt singula, quæ in singulis caussis aut videntur bona esse aut sunt, adjuncta ratione, cur aut videantur aut sint. Ex subtili boni definitione utilitatem singulorum derivare, plus est negotii. Quæ cum ita sint, intelligitur, non omnino et universe bona esse, quæ hic inter bona numerantur. Multa ex his alio tempore forsan nocent, aut non nisi jucunda sunt. Neque solus locus de utilitate ita explicatur: sed ad hunc eundem modum tractantur tantum non omnia in primo libro et secundi parte majore; justum, honestum, jucundum, ira, pudor, externæ hominum affectiones, alia. Ut in libro secundo præmissis iræ, pudoris, definitionibus, singula, ob quæ irascantur homines aut pudore afficiantur, singulaque, quibus irascantur et quæ vereantur, hominum genera, recensentur ita, ut ipsa descriptione caussa rei contineatur. Atque hæ sunt, quæ sæpe dicuntnr, προτάσεις, propositiones, ex quibus fit argumentatio, hoc vel illud bonum, honestumve, vel pudore irave dignum esse. Inde etiam perspicitur, non alienum esse a proposito, quod simillima hominum rerumque genera seorsim numerantur, ut c. IX. §. 16. 17. 18. 19. Nam in singulis caussis momenta utilitatis aliquanto diversa sunt, et si res, quas utiles esse probaturus es, vel paullo diversæ sunt, aliquanto diversa propositione utaris necesse est. Præterea vel fieri non potuit, vel nullo cum fructu factum esset, ut in hac propositionum enumeratione, justa esset earum consecutio, et quæ inter se similes sunt, conjungerentur. Ordinem igitur certum Aristoteles non tuetur in partibus singulorum generum, quæ recenset, collocandis. VATER.

6, 2. Καὶ οὗ ἐφίεται πάντα] In marg. Ven: καὶ οὗ ἐφίενται πάντες. Melius forsitan. BUHLE.

6, 2. οὗ ἐφίεται π.] Omnium et hominum et animalium in certa quadam re appetenda consensio haud fallax signum est naturæ omnium eam rem convenire, et ob id bonam esse. Societatem, voluptatem, libertatem appetunt omnia animalia: ergo societas, voluptas, libertas, bona sunt. SCHRADER.

6, 2. εἰ λάβοι νοῦν.] Non quod hoc fieri, sed quod velut hypothesis quædam postulari aut sumi possit, docendi caussa, quod pariter fit in sapientum apologis. Quædam sane adeo sunt indubitata bona, ut si brutis mens aut inanimatis sensus tribueretur, pariter ista et pro bonis agnoscerent et appeterent. Cicero De Finib. I. 11. *Non est igitur voluptas bonum. Hoc ne statuam quidem dicturam pater aiebat, si loqui posset.* et V. 14. *Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam et perfectio est—ut ipsæ vites si loqui possint, ita se*

tractandas tuendasque esse fateantur. Vide eundem ib. IV. 14. V. in Verrem c. 67. SCHRADER.

6, 2. Ὅσα ὁ νοῦς ἂν] Abest ἂν ab Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

6, 2. Ὁ περὶ ἕκαστον νοῦς] Est mentis nostræ de singularibus actionibus judicium: itaque rectius locum hunc interpreteris: *Quod mens quæ de unoquoque est unicuique dictaverit.* Differt hæc πρότασις a præcedenti, quod illa de rectæ rationis dictamine in genere sit intelligenda: hæc de eo, quod huic homini, hoc tempore, in hoc singulari negotio agendum esse mens suggerit. *Honestas actiones alacriter esse suscipiendas, pericula esse vitanda, imperare quam parere esse præclarius,* mens in universum dictitat. At si hoc tempore, hoc in loco, hic homo per virium imbecillitatem honesta et gloriosa aggredi nequeat, rectius iis nunc quidem abstinebit. Is, qui ad imperium minus se idoneum esse intelligit, melius facit si pareat: cum patria et vita ipsa periclitatur, pericula subeunda esse nemo bonus dubitabit: posteriora enim ista ὁ νοῦς ὁ περὶ ἕκαστον, *mens quæ de singularibus decernit,* omnino præcipit. Notum est Horatii illud, *Ludere qui nescit campestribus abstinet armis Indoctusque pilæ, discive, trochive, quiescit.* Simplicius ad Epictet. c. 59. *Melior est histrio qui servum bene repræsentat, quam qui domini aut regis personam male agit.* Interdum nempe ὁ νοῦς ὁ περὶ ἕκαστον contrarium dictat ei, quod ὁ νοῦς præcipit in universum. Ita Aristot. Ethic. III. 11. cupiditates quoque communes a propriis distinguit. SCHRADER.

6, 2. Περὶ ἕκαστον νοῦς] Ald. Bas. Ricc. Spir. περὶ ἑκάστου νοῦς. BUHLE.

6, 2. Αὔταρκες sic definit Aristoteles Polit. VII. 5. τὸ γὰρ πάντα ὑπάρχειν, καὶ δεῖσθαι μηδενὸς, αὔταρκες. SCHRADER.

6, 2. Φυλακτικὸν τῶν τοιούτων] Edd. Ald. Bas. φυλακτικὸν τούτων. VATER.

6, 2. ἀκολουθεῖ.] *Consequuntur autem aliquæ res alias duobus modis,* aut *simul,* ut, si valet, sequitur ut vivat; aut *postea,* ut, didicit, ergo scit. Addit tertium modum Topic. III. 2. ubi aliquid, quod *re prius* est, rem consequi docetur, ut discenti antecedit ignoratio. Et quartum Rhet. I. 7. *potestate* consequens, ut, ex sacrilegio furtum. Et quintum Post. I. 3. *reciproce.* Minimum ergo quinque sunt consequentium species, πρότερον, ἅμα, ὕστερον, δυνάμει, ἀντικατηγορουμένως. SCHRADER.

6, 2. ἀκολουθεῖ.] Pertinent et ad h. l. et ad cap. 7. sequentia e Top. III. 2. Ὅταν δύο τινα ᾖ σφόδρα ἀλλήλοις παραπλήσια, καὶ μὴ δυνώμεθα ὑπεροχὴν μηδεμίαν συνιδεῖν τοῦ ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ὁρᾶν ἀπὸ τῶν παρεπομένων. Ὧι γὰρ ἕπεται μεῖζον ἀγαθὸν, τοῦθ' αἱρετώτερον. Ἂν δ' ᾖ τὰ ἑπόμενα κακὰ, ᾧ τὸ ἔλαττον ἀκολουθεῖ κακὸν,

τοῦθ' αἱρετώτερον. Ὄντων γὰρ ἀμφοτέρων αἱρετῶν, οὐδὲν κωλύει δυσχερές τι παρέπεσθαι. Διχῶς δὲ ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι ἡ σκέψις· καὶ γὰρ πρότερον καὶ ὕστερον ἕπεται· οἷον τῷ μανθάνοντι τὸ μὲν ἀγνοεῖν, πρότερον, τὸ δὲ ἐπίστασθαι ὕστερον. Βέλτιον δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ὕστερον ἑπόμενον.

6, 3. ἀκολουθεῖ δὲ διχῶς.] Sunt duæ species consequentium: nam alia *simul* consequuntur, et dicuntur a Quintiliano V. 10, 75. *consequentia naturæ*, ut sapientiæ bonitas consequens est, et vita bonæ valetudini, nam si quis bene valet, naturaliter etiam et necessario vivit: alia vero *postea* consequuntur, et ab eodem Quintiliano dicuntur *consequentia temporis*, quale est illud quod h. l. ponit Aristoteles, Si quis discit, consequitur ut sciat. MAJORAG.

6, 3. ποιητικὰ τριχῶς.] Ponit tres species rerum conficientium, quæ ita distingui possunt. Quæ conficiunt, aut sunt a natura, h. e. intrinsecus, aut extrinsecus adhibentur. A natura sunt, ut temperies humorum, et bona corporis constitutio, conficiens est bonæ valetudinis. Quæ extrinsecus adhibentur, aut sunt tanquam instrumenta, aut sunt actiones: tanquam instrumenta, ut cibaria, quæ salubria sunt, et pharmaca, quæ sæpe conficientia sunt sanitatis: actiones, ut exercitatio corporis, et deambulatio, quæ frequenter bonam valetudinem efficit. Hæc sunt Aristotelis exempla. Sed possumus etiam nos, quos voluerimus, excogitare. Ut, si quærere voluerimus, quæ sint eruditionis conficientia, primo dicemus a natura et intrinsecus esse ingenium, et memoriam; deinde extrinsecus, tanquam instrumenta, esse libros et præceptores; postremo, actiones, ut assiduum studium et exercitatio. Rursus, si quis quærat, quæ ædificii conficientia; primo, intrinsecus, erit ars et cognitio architecti; deinde, extrinsecus, instrumenta fabrorum, atque etiam ipsi fabri, qui tamquam instrumenta ponuntur; postremo, ipsa ædificatio, atque ita in cæteris omnibus. Hæc autem ratio plurimum valet, etiam in judiciali genere vel ad confirmandum vel ad refellendum. Ad confirmandum, ut Cicero probare vult Clodium insidiatorem fuisse: debet igitur quærere, quæ sint insidiarum conficientia. Ac primo, intrinsecus quærit animum Clodii conscleratum, qui a tali facinore non abhorreat, et odium quo Milonem prosequebatur, et cupiditatem, quia sperabat, amoto Milone, suo arbitrio posse Remp. evertere. Deinde extrinsecus quærit instrumenta insidiarum, h. e. servos agrestes, et barbaros in equis expeditos, et electos. Postremo, congressionem et impetum Clodii in Milonem ante oculos ponit. Hoc igitur modo possumus exquirere, quæ singularum rerum conficientia sint. MAJORAG.

6, 3. Τὰ μὲν] Edd. Ven. Cam. et Majorag. addunt γάρ. BUHLE.

6, 6. *χωρὶς ῥητέον.*] Infra scil. c. 9.

6, 9. *Καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τοιαῦται*] Ald. Bas. Ricc. Spirens. *καὶ ἄλλαι αἱ τοιαῦται.* Ven. Cam. Majorag. *καὶ αἱ ἄλλαι τοιαῦται.* BUHLE.

6, 10. *Τῶν τοῖς πολλοῖς τιμιωτάτων*] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. *τῶν πολλοῖς τιμιωτάτων*, omisso articulo. BUHLE.

6, 11. *Ἀρετὴ γὰρ κτήσεως, καὶ ποιητικὸν πολλῶν*] Edd. eædem: *καὶ ποιητικὴ πολλῶν.* Melius. BUHLE.

6, 12. *Καθ' αὑτὸν αἱρετὸν ὁ φίλος, καὶ ποιητικὸν*] Cod. antiquissimus Victorii: *καθ' αὑτὸν αἱρετὸς ὁ φίλος, καὶ ποιητικός.* Idem expressit vetus interpres Latinus. Isingr. Spir. *καθ' αὐτὸ αἱρετὸν ὁ φίλος, καὶ ποιητικόν.* Non male, ut jam Sylburgius monuit. Georg. Trapezuntius vertit: *nam amicus expetibile per se, et multorum effectivum est.* BUHLE.

6, 14. *δυνάμις τοῦ λ. τ. π.*] Conjungit duo, quæ in Themistocle, Pericle, Theramene laudat Cicero De Orat. III. 3. *faciendi dicendique sapientiam.* SCHRADER.

6, 15. *εὐφυΐα.*] Aristot. Topic. VIII. 5. *καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν εὐφυΐα τὸ δύνασθαι καλῶς ἐλέσθαι τἀληθὲς, καὶ φυγεῖν τὸ ψεῦδος, ὅπερ οἱ πεφυκότες εὖ δύνανται ποιεῖν εὖ.*

6, 15. *μνῆμαι.*] Victorio plurale *μνῆμαι* jure displicet. Vix enim pro *μνήμῃ* id positum invenias. Forsan *μνῆμαι* ex c. V. 9. librarii menti adhuc obversabantur, præsertim quod et hic paullo ante de *τιμῇ* sermo fuit. *Μνήμη* scribendum est. VATER.

6, 15. *ἀγχίνοια.*] Analyt. Post. I. cap. ult. *Ἡ δ' ἀγχίνοιά ἐστιν εὐστοχία τις ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. Οἷον, εἴ τις ἴδων, ὅτι ἡ σελήνη τὸ λαμπρὸν ἀεὶ ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον, ταχὺ ἐνενόησε διά τι τοῦτο, ὅτι διὰ τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου· ἢ διαλεγόμενον πλουσίῳ, ἔγνω, διότι δανείζεται· ἢ διότι φίλοι, ὅτι ἔχθροι τοῦ αὐτοῦ. πάντα γὰρ τὰ αἴτια τὰ μέσα, ὁ ἰδὼν τὰ ἄκρα, ἐγνώρισε.*

6, 17. *ὁμολογούμενα*] Quippe e confessis principiis approbata. At quæ sequuntur axiomata dubiis quoque bonis confirmandis inserviunt. Magn. Moral. 2. *Τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν πάντη καὶ πάντως αἱρετὰ, τὰ δ' οὐ· οἷον ἡ μὲν δικαιοσύνη καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταὶ, καὶ πάντη καὶ πάντως αἱρεταὶ, ἰσχὺς δὲ καὶ πλοῦτος καὶ δύναμις καὶ τὰ τοιαῦτα οὔτε πάντα οὔτε πάντως.* SCHRADER.

6, 18. *ἐναντίον.*] Cic. Topic. c. 11. *Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur.* VICTOR.

6, 17. *ταῦτα μὲν οὖν σχεδόν.*] Hæc, quæ supra exposita sunt, ferme bona certa sunt, nec dubitari de illis magnopere solet: alia autem sunt obscura, et quæ non subito aliquis concederet. Ut igitur illa confirmemus, ac bona esse ostendamus, hinc ducere, inquit, argumenta debemus: locos autem plures tradit. *Ἀμφισβητήσιμα* vocat, de quibus magnæ existunt controversiæ, de quibusque diversi homines varie sentiunt,

ac quæ demum in dubium vocantur. Ἀμφισβητεῖν Cicero *controversari* reddidit, cum locum hunc Platonis e Protagora exprimeret p. 337. A. Ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς, ὦ Πρωταγόρα καὶ Σώκρατες, ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν, καὶ ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μὲν, ἐρίζειν δὲ μή. Verba Ciceronis hæc sunt a Prisciano citata: totum autem eum sermonem Cicero in Latinum convertit. *Nunc a vobis, Protagora et Socrates, postulo. concedatis alter alteri, et inter vos de hujuscemodi rebus* controversemini, *non concertetis.* VICTOR.

6, 19. συμφέρει τοῖς ἐ.] Cicero pro Murena c. 39. *Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset judicare, condemnaret L. Murenam: si interficere posset, occideret.—Idemne igitur delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri judicabunt, quod ille importunus gladiator, hostis reip. judicaret?* VICTOR.

6, 19. ὃ οἱ ἐχθροὶ βούλονται.] Huc confugit fallacissimus homo Sinon apud Virgilium, et ab hoc loco præsidium petivit, cum, salutem suam callide procurans, quam abjecisse videri volebat, inquit, *Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridæ.* VICTOR.

6, 20. Διὸ εὖ εἴρηται] Homer. Iliad. α', 255. In verbis Homeri pro γηθήσαι Ald. Bas. et Spir. legunt γηθήσῃ. BUHLE.

6, 20. τὰ κακὰ συνάγει.] Rep. V. 5. συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος. VICTOR.

6, 22. Πολλὰ πεπόνηται] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. πολλὰ πεποίηται. BUHLE.

6, 22. Ὅθεν ταῦτ' εἴρηται] Uterque locus ex Homero depromtus est Iliad. β', vs. 176, et vs. 298. Cf. Cic. de Offic. III. init. BUHLE.

6, 22. Κἀδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ.] Versus Homericus (Il. B. 176.) modo primis verbis tangitur. At hoc loco non de jactatione Priami agitur, sed de eo, quod versibus sequentibus dicitur:

λίποιτε
Ἀργείην Ἑλένην, ἧς εἵνεκα πολλοὶ Ἀχαιῶν
ἐν Τροίῃ ἀπόλοντο. VATER.

6, 22. Τὸ ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν] Vide Erasmi Adagia II. 1, 75. Fugit tamen hujus proverbii sensus summum virum. Significat enim illud *laboris sui fructum perdere*, quod faciunt, qui aquam cum molestia e loco remotiori petitam, in foribus ipsis urceo incautius offenso, profundunt. BUHLE ex SCHRADER.

6, 24. Οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ φαῦλοι] Ald. Ven. Camot. Bas. Ricc. Majorag. οἱ ἐχθροὶ καὶ φαῦλοι. BUHLE.

6, 24. ὃ οἱ ἐχθροὶ—ἐπαινοῦσιν.] Virtutem Æneæ non potuit magis extollere princeps Latinorum poetarum quam cum induxit Diomedem ita loquentem: *Stetimus tela aspera con-*

tra, Contulimusque manus: experto credite, quantus In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. VICTOR.

6, 24. Ὅ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ φαῦλοι ἐπαινοῦσι.] Verborum καὶ οἱ φαῦλοι in Schol. Gr. vestigium nullum est; Muretus omisit, non sine specie, quoniam sane fallax judicium est in laude improborum. At de veritate enuntiatorum hoc in loco non quæritur. Quia dixerit aliquis: Immo vero etiam improbi coguntur hæc laudare, virtutemque agnoscere; Aristoteles illud dicere potuit. VATER.

6, 24. Εἰ καὶ οἱ κακῶς] Isingr. ἢ καὶ οἱ κακῶς. Minus bene. BUHLE.

6, 24. Οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι] Schol. Gr. notat lectionem, οὓς οἱ φίλοι οὐ ψέγουσι, teste Morelio. In marg. Ven. plenior ea memoratur: οὓς οἱ φαῦλοι οὐ ψέγουσι. BUHLE.

6, 24. Οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι] Sic dedit Victorius e Cod. antiquissimo. Ante eum legebatur οἱ ἐχθροὶ ἐπαινοῦσιν. Muretus totum locum sic constituit: ὥσπερ καὶ φαῦλοι, οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι, καὶ οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι, deletis verbis ἀγαθοὶ, οὓς. Conf. Hermolai paraphras. pag. 120; Schrad. Comment. p. 67. Equidem vulgatum retinui, quod Schraderus bene defendit. BUHLE.

6, 24. A contrario ostendit πρότασιν istam esse verisimilem. Quos enim amici ipsi vituperant, vituperatione dignissimos esse oportet: quos vero inimici non vituperant, sed laudibus evehunt, hi nec mereri vituperationem censebuntur. Inimici enim, si quid reprehensione dignum adverterent, haudquaquam silerent: amicorum vero benevolentia tegeret delicta, ni graviora illa essent, quam ut perferri et celari possent. Muretus contra omnium et codicum, quos quidem inspeximus, fidem, et interpretum mentem, e quadam conjectura illud, ἀγαθοὶ *boni*, omittit, fortassis ut cum versu Simonidis commodius, id quod antecedit, connectat. Ob eandem caussam P. Victorius jam ante mendum hic latere pene erat suspicatus, nec tamen, quæ gravis hujus et magni judicii interpretis cautio est, e sola conjectatione verba mutilare sustinuit, Simonidis versum mox sat commode interpretatus, ut a Majoragio ob id arrodi minime debuerit. Propositum Simonidis fuit versiculo isto Corinthios exornare, aut certe videri exornasse, quod illi etiam ab hostibus suis non incusentur, sed potius laudentur. Etenim Glaucus Corintho oriundus Trojanis fortiter tulerat auxilium, id quod ad carminis hujus explanationem annotavit Plutarchus initio vitæ Dionis. Eccur ergo hoc Simonidis elogio offendebantur Corinthii? Nempe nota illis erat poetæ hujus ab Aristotele quoque nostro III. 2. observata versipellis calliditas, dum ita laudat ut simul pungat. Si enim hostes quemquam non reprehendunt, vel ideo id faciunt quod ab eo beneficium acceperint, vel quod

nullum maleficium: prius horum laudabile, posterius illaudabile, et haud dubium ignaviæ argumentum est. Prius ergo versu suo indicare, aut indicasse videri voluit Simonides, posterius suspicabantur Corinthii, Simonidi propterea infensi. SCHRADER.

6, 24. Διὸ λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον Κορίνθιοι ὑπὸ Σιμωνίδου ποιήσαντος] Exercuit hic locus interpretum ingenia, cum alii, in his Victorius, (Comment. p. 113,) eum non ad antecedentia quadrare, adeoque aut in illis verbis, aut in versu Simonidis ab Aristotele citato, mendum latere, sibi persuasissent; alii eum vel hoc vel alio modo explicandum esse censerent. Vide Majorag. Comment. p. 50. Optime mihi rem expediisse visus est Schraderus, cujus confirmatur interpretatio elegis Simonidis in Brunckii Analectis T. I. p. 129. N. XXIII. Noster versus Simonideus in Analectis desideratur. BUHLE.

6, 24. Σιμωνίδου,] Plutarch. Vita Dionis init. Ἆρα γε, ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης φησὶν, ὦ Σ. Σ. τοῖς Κορινθίοις οὐ μηνίειν τὸ Ἴλιον ἐπιστρατεύσασι μετὰ τῶν Ἀχαιῶν, ὅτι κἀκείνοις οἱ περὶ Γλαῦκαν ἐξ ἀρχῆς Κορίνθιοι γεγονότες συνεμάχουν προθύμως· οὕτω κ. τ. λ.

6, 24. Ὥσπερ καὶ φαῦλοι, οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι, καὶ ἀγαθοὶ, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι· διὸ λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον Κορίνθιοι ὑπὸ Σιμωνίδου ποιήσαντος· Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται Ἴλιον.] Locus corruptus et male explicatus, maxime a Schradero. Hic vult, propter fortitudinem Glauci, qui Priamo in bello Trojano opem tulit, Lycii, sed Corintho oriundi, Corinthios a Trojanis hostibus esse laudatos; id significasse Simonidem, et hoc esse exemplum enuntiati, ἀγαθοὶ, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι. Ne exemplum quidem potest esse, nisi vim verbis attuleris. Glaucum enim Trojani, ut amici, laudant, neque Corinthios, ut hostes, laudant, sed ut homines, quorum fortitudinem ex auxiliatore Glauco cognoverint. Præterea verba μὴ ψέγουσι vix quidquam aliud sonant, quam ἐπαινοῦσι, quod etiam in edd. vett. ejus loco legitur. Hæc mera repetitio sententiæ paullo ante lectæ, ἀγαθὸν, ὃ οἱ ἐχθροὶ ἐπαινοῦσι, Aristotele indigna est. Errasse Schraderum maxime inde perspicitur, quod hoc loci sensu probato nemo intelligit, cur Corinthii se putaverint λελοιδορῆσθαι. Si Schraderum audias, id ferri plane non potest. Vidit hoc magnus ille Victorius, qui quanquam huic loco lucem non attulit; tamen cum Glauci illius mentionem fecisset, addit: *Nihil hoc ad sensum Aristotelis.* Nam hoc consilio, apparet, iambum Simonideum laudari, ut intelligatur caussa, cur Corinthii se læsos esse opinarentur. Itaque de ratione, qua Corinthii versum intelligerent, nunc agitur, et hæc eorum interpretatio debet convenire præcedentibus, quibuscum hæc verba conjuncta sunt. Quoquo modo Simonides dictum suum intellexerit, ab Aristotele non signifi-

catur, et ne conjectura quidem satis probabili veram ejusmodi fragmenti sententiam assequi potueris. Quæ igitur de amphibolia sententiæ Simonideæ in Commentariis disputantur, iis carere potuissemus. Corinthiorum explicatio, de qua hic quæritur, tantum una est. De ἐχθροῖς postremo dicebatur; jam additur: *Ilium hostibus Corinthiis non detrahit, non irascitur: quo dicto Corinthii se putabant ignominia notari.* Hoc in verbis, διὸ λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον, aperte inest, et necessario subauditur, Corinthios se putasse ut φαύλους notari. Inde hæc prodit sententia: φαῦλοι, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι. Hanc ex ipsa junctura sententiarum intelligitur in antecedentibus expressam esse debere; cumque expressa non sit, mendum in iis inest. Placeat fortasse lectio exempli Argent. Καὶ ἀγαθοὶ, οὓς οἱ ἐχθροὶ ψέγουσι, omissa vocula μή. Ita si convertis sententiam, φαῦλοι sunt, quos hostes non vituperant: Corinthii videntur φαῦλοι esse. Sed tunc conversa tantum propositio exemplo expressa est. Præterea μὴ, quod manifesto erat in codice Schol. Gr. non temere inculcari potuit. Restat una tantum eaque aptissima vitii tollendi ratio, qua Muretus in versione jam usus est. Vox ἀγαθοὶ delenda erit, ut scribas: καὶ οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι, scil. φαῦλοι sunt. Ἀγαθοὶ cur adderetur, caussa est manifesta. Schol. Gr. notat, *Corinthios versum Simonidis forsan perperam intellexisse, cum non senserint*; ἀγαθοὺς εἶναι, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι. Id paullo ante legebatur, et inde huc adjectum est, ne Aristoteles sibi ipse adversetur. Aristoteles tamen illud distinxit a verbis, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι, interjectis particulis ὥσπερ καί. Cum enim hic ἀγαθὰ ἀμφισβητήσιμα tractentur: modo affirmatur, bonum id esse, quod hostes laudent, modo contrarium. Quemadmodum antea §. 21. legebatur: ἔστι δὲ οὐκ αἰεὶ τοῦτο, ἀλλ' ὡς ἐπιτοπολὺ—οὐδὲν γὰρ κωλύει, ἐνίοτε συμφέρειν—ὅθεν λέγεται: plane eodem modo nunc:—οὐκ αἰεὶ ἀγαθὸν, ὃ οἱ ἐχθροὶ ἐπαινοῦσι, ὥσπερ καὶ φαῦλοι, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι: διὸ λελοιδορῆσθαι κ. τ. λ. In margine edit. Casaub. verba: οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι scribuntur ita: οὓς οἱ φαῦλοι οὐ ψέγουσι, quod quidem ex Schol. Gr. manavit, sed, ut opinor, etiam a Schol. perperam intellectum. Id enim qui quondam in exemplari suo adscripsit, explicationem enuntiati statim sequentis, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι, adscripsisse videtur. Alioquin iste lectionem prorsus ineptam constituisset. VATER.

6, 24. Optime meruisti de hoc loco, ad Mureti mentem delenda voce ἀγαθοί. Sed non magis ferenda erant ista superius, καὶ οἱ φαῦλοι. Apponere hæc potuit Aristoteles; audio: at longe meliorem et digniorem illo sententiam reddunt abjecta; estque in iis minime obscura forma glossematis. Mox §. 27. ait, delicta committi ab hominibus, quod sperent, vel effugituros se pœnam, vel levi defuncturos esse. Nihili est

ibi, ἐὰν ἡ λανθάνῃ ἡ τιμωρία, ἢ μικρὰ ᾖ. Sensus cogit sic transponi: ἐὰν ἡ λανθάνῃ, ἢ ἡ τιμωρία μικρὰ ᾖ. WOLF.

6, 25. Αἱ θεαὶ] Juno, Pallas, Venus. Rhet. II. 23. SCHRADER.

6, 26. τὰ τοῖς ἐχθροῖς κακά.] Laudem et hoc non parvam olim afferebat, omni ratione incommodare inimicis, quod a nostris moribus institutisque alienum est. Medea, generosi spiritus mulier, apud Euripidem laudat eum, qui se ita in vita gerit, ut gravis molestusque semper sit inimicis, amicis autem bonus ac propitius; et hujuscemodi hominum vitam gloria abundare tradit. Idem etiam facit Plutarchus in Comm. de Sera N. V. p. 563. D. cum enim mirifice Thespesium laudaret, inter alias ipsius laudes hanc etiam posuit, neminem tunc vixisse dicens, οὔτε λυπηρότερον ἐχθροῖς, ἢ βεβαιότερον φίλοις. VICTOR.

6, 26. Προαιροῦνται δὲ πράττειν.] Cum antea inde a §. 8. in singulis enuntiatis subaudiendum esset, ἀγαθά ἐστι τάδε: in iis, quæ usque ad finem capitis sequuntur, facilius suppletur, προαιροῦνται. Τὰ δύνατα, τὰ εὐκατέργαστα, aptius dicuntur plerumque expeti, quam bona esse. Manifestior tamen hæc ellipsis est §. 30. in his: καὶ μάλιστα ἕκαστοι, πρὸς ἃ τοιοῦτοι. Ibi necessario intelligitur, ἕκαστοι προαιροῦνται ταῦτα, πρὸς ἃ τοιοῦτοι· οἷον οἱ φιλόνικοι προαιροῦνταί τι, εἰ νίκη ἔσται. Aristoteles cum a bonorum tractatione parumper diverterit, a proposito suo non deflexit. Bona enim ea de caussa enumerare cœperat, quod hæc sunt, quæ eligi soleant. VATER.

6, 27. Ταῦτα δὲ διχῶς ἐστι] Cod. Victorii, vetus interpres Latinus, Schol. Gr. δυνατὰ δὲ διχῶς ἐστι. Idem sequitur Hermolaus Barbarus. Sensus eodem redit. BUHLE.

6, 27. Τά τε γενόμενα] Ald. et Bas. τά τε γινόμενα. BUHLE.

6, 27. ῥᾴδια.] Cicero de Invent. *Facile id dicimus, quod sine magno, aut sine ullo labore, sumptu, molestia, quam brevissimo tempore confici potest.* VICTOR.

6, 27. Ὁρίζεται ἡ λύπη.] Intpr. priscus teste Morellio ὁρίζονται. VATER.

6, 27. Ὁρίζεται ἡ λύπη, ἢ πλήθει χρόνου] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. ἡ λύπη ἢ πλῆθος χρόνου. BUHLE.

6, 27. ἡ λύπῃ ἢ πλήθει.] Sunt scripti quidam in quibus dandi casu et λύπῃ et πλήθει legatur; sunt etiam in quibus nominandi eadem illa nomina posita sint, ut in excusis antea legebatur. Ipse fideliorum codd. scripturam secutus sum, quam multis seculis hic hæsisse et antiquissimus liber, et vetus tralatio testantur. Elegantior autem hic, et magis frequens modus est loquendi. Theophrastus I. de Causis c. 7. ὁρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκονθ' ἡμέραις. Aristot. Ethic. Nic. III. 7. ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει. VICTOR.

6, 27. Καὶ ἐὰν ὡς βούλονται] Ald. Frob. Ricc. καὶ ἕως ἂν βού-

λονται. Ven. Cam. Ising. Spir. Majorag. καὶ ὡς ἂν βούλωνται. In marg. Ven. καὶ ἐὰν ὡς βούλωνται. Optime forsitan; quamvis nostram lectionem ex fidelioribus MSS. Cod. se excerpsisse professus sit Victorius. BUHLE.

6, 27. Ἐὰν ὡς βούλονται.] Ita in fidelioribus libris scriptum inveni, cum excusi antea perperam καὶ ὥς ἂν haberent. Cicero ad Atticum III. 7.: *Sane ita cadebat, ut vellem:* delectamur enim præcipue illis rebus, quæ ita fiunt ut volumus, ac bona nobis esse judicamus. Idem hoc *ex sententia* Latini scriptores dicunt, ut apud Comicum coquus: *Pisces ex sententia nactus sum.* Quod ad scripturam facit, non videtur convenire huic loco quod superioribus ἀπὸ κοινοῦ docui servire: neque hoc ut pars eorum capi debet, quæ προαιροῦνται πράττειν: quamvis manifesto infra redeat ad ea explicanda, quæ facere homines student, atque eligunt. VICTOR. Nescio an in ὡς ἂν βούλωνται lateant vestigia melioris scripturæ, ὅσ' ἂν βούλωνται.

6, 28. καὶ ἃ μηδείς.] In II. lib. Ἠθικῶν μεγάλων (c. 7. p. 58.) cum voluptatem defenderet contra criminatores ipsius, qui, ut alia multa, ita etiam hoc objiciebant, illam bonum haberi non debere, quia in promptu omnibus ac communis foret, inquit hoc vitium esse ambitiosorum hominum, ac naturæ illius indolisque proprium, ut soli habere aliquid velint, atque ipsius possessione aliis hominibus præstare. Quia igitur hujuscemodi non pauci reperiuntur, ideo, quæ nullo socio quispiam possidet, bona existimanda sunt. VICTOR.

6, 28. Περιττά.] *Eximia præter alia* περιττὰ significare hic puto. Nec tamen negarim περιττὰ etiam dici, quæ aliqua in domo supersunt, ac redundant. Plutarch. de Cupid. Divit. II. p. 527. C. σεμνύνεται δὲ ὁ πλοῦτος ἐπὶ τοῖς περισσοῖς· καὶ Σκόπαν τὸν Θεσσαλὸν ἐπαινέσαις, ὃς αἰτηθείς τι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ὡς περιττὸν οὕτω καὶ ἄχρηστον, Ἀλλὰ μήν, ἔφη, τούτοις ἐσμὲν ἡμεῖς εὐδαίμονες καὶ μακάριοι τοῖς περιττοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις τοῖς ἀναγκαίοις. In VIII. de Rep. c. 6. res nonnullas, ut arbitror, appellavit περιττὰς, quæ nec fructum ferunt iis, qui ipsas exercent, nec mores eorum emendant, sed ad splendorem vitæ tantum faciunt, aut pastum potius animorum: ut est subtilior cognitio rerum cælestium, et aliarum hujuscemodi rerum consideratio. VICTOR. Eustath. Il. Δ. p. 484. Ὁ ἐπαινῶν ἀριστέα τινὰ ὃν οὐκ οἶδεν ὀφθαλμοῖς, εἴποι ἂν ὅτι "ὡς φάσαν οἵ μιν ἴδοντο πονεύμενον· οὐ γὰρ ἔγωγε Ἥντησ' οὐδὲ ἴδον· περὶ δ' ἄλλων φασὶ γενέσθαι," ἤγουν περιγενέσθαι. Ταυτὸν δὲ εἰπεῖν περιττότερον γενέσθαι τῶν ἄλλων. Οὕτω δὲ καὶ περιεῖναί τινων, τὸ περιττότερον ἐκείνων εἶναι· οἷον, περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν ἐστέ· ὡς νοεῖσθαι τὴν περὶ πρόθεσιν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἀντὶ τοῦ περισσοτέρου, ὃς γινόμενος ἐκ τῆς περὶ προθέσεως καὶ τοῦ σόω τὸ ὁρμῶ, δηλοῖ τὸν ἄγαν ταχὺν καὶ σωστικὸν, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, μέγαν καὶ πολὺν κατά τινα ἀρετήν· ὡς δηλοῖ τὸ, περιττὸς Ἀριστείδης, καὶ τὸ, περιττὸς τὴν σοφίαν, ὅμοιον ὂν τῷ, πολὺς τὰ θεῖα, καὶ τοῖς τοι-

οὑτοις· λέγει δέ που καὶ Εὐριπίδης ἐπὶ ἐπαίνῳ τὸ, περισσὸς ὢν ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ μέγας, πολύς. Καὶ οὕτω μὲν, ὡς ἐπὶ πολύ· λαμβάνεται δέ ποτε τὸ περιττὸν καὶ οὐκ ἐπὶ ἐπαίνου, ὡς καὶ ἐν τῷ, τὸ γὰρ Περισσὰ πράττειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα· καὶ ἐν τῷ, Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα· καὶ εἴη ἂν, πρός γε τὸ τοιοῦτον περιττὸν, ἐπαινετὸν μάλιστα τὸ ἀπέριττον.

6, 28. Τιμὴ γὰρ οὕτω μᾶλλον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. τιμή· οὕτω γὰρ μᾶλλον. Male. Nostra lectio in margine Ven. jam notata est. Restituit eam Victorius. BUHLE.

6, 28. τὰ ἁρμόττοντα.] Contra, quæ non congruunt, bona existimari non debent, et hæc causa fuit, cur Telemachus in Odyss. Δ. 601. Menelai munera repudiaret; intelligebat enim sibi parum accommodata esse: quem locum eleganter expressit Horatius in Ep. ad Mecænatem: *Non est aptus equis Ithacæ locus* &c. VICTOR.

6, 28. Τά τε προσήκοντα Edd. Ald. Bas. τά γε προσήκοντα. VATER.

6, 28. προσήκοντα κατὰ γένος ἢ κατὰ δύναμιν.] Ajax apud Ovidium Met. XIII. 31. magis sibi quam Ulyssi Achillis arma congruere contendit, primo propter genus et familiam, quod a Jove genus duceret, sicuti etiam Achilles, unde sic ait, *Frater erat, fraterna peto.* Deinde propter fortitudinem propriam, quod Ulyssi longe præstaret. Illum enim tanquam imbellem notat eis versibus: *Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex Pondera tanta feret, nec non onerosa gravisque Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.* Se vero commendat ut fortem et strenuum: *Denique quid verbis opus est, spectemur agendo. Arma viri fortis medios mittantur in hostes, Inde jubete peti, et referentem ornate relatis.* MAJORAG.

6, 28. ὧν ἐλλείπειν οἴονται.] Sententia cupidi hominis apud Flaccum satis accommodatum exemplum est: *O si angulus ille Proximus accedat, qui nunc deformat agellum.* Ut enim pulchrum prædium possideret, existimabat ille sibi particulam eam accedere debere: et quamvis pusilla res foret, cum carere se illa arbitraretur, non contemnebat. VICTOR.

6, 29. πρὸς ἃ εὐφυεῖς.] Vide Problem. XVIII. 6. citandum infra ad c. 11, 28.

6, 29. ἃ μηδεὶς φαῦλος.] Hinc ducto argumento, apud Euripidem quidam divitias non se movere dixit, quas etiam sæpe improbissimi homines facillime consecuti sunt: Fr. Æol. 14. Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν, Ὅν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο. VICTOR.

6, 30. καὶ μάλιστα.] Et singuli in primis expetunt, studioseque in vita persequuntur, quæ ita diligunt, ut inde τοιοῦτοι appellentur: i. e. cupidi amatoresque ipsarum illarum rerum. Eandem sententiam, exemplis tamen variatis, protulit Ethic.

Nic. I. c. 8. Probare vero illic voluit honesta facta, quæque cum virtute administrata sint, suavitates afferre studioso virtutis, eadem ratione qua ceteri homines voluptates capiunt ex illis rebus, a quibus φιλοτοιοῦτοι vocantur, i. e. amatores earum: ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος· οἷον ἵππος μὲν τῷ φιλίππῳ, θέαμα δὲ τῷ φιλοθεώρῳ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ δίκαια τῷ φιλοδικαίῳ, καὶ ὅλως τὰ κατ' ἀρετὴν τῷ φιλαρέτῳ. VICTOR.

6, 30. Καὶ μάλιστα ἕκαστοι] Edd. eædem et Cam. habent καὶ ἃ μάλιστα ἕκαστοι, et contra paullo post οὖν omittunt in verbis, περὶ μὲν οὖν ἀγαθοῦ. A Victorius auctoritate cod. antiquissimi et prisci Intpr. delevit. VATER.

6, 30. Οἱ φιλόνικοι] Ald. Bas. Ricc. φιλόνεικοι. BUHLE.

CAP. VII.

7, 1. Περὶ τοῦ μείζονος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ περὶ τοῦ μείζονος. BUHLE.

7, 1. ἐπεὶ δὲ πολλάκις.] Cum hoc capite conferatur omnino summi philosophi, Dni Baconi de Verulamio, libellus, *A Fragment of the colours of Good and Evil.*

7, 2. ὑπερέχον—ὑπερεχόμενον.] Hæ definitiones possunt declarari duabus lineis parallelis, quarum una ultra alteram protenditur: item numeris e. g. 6 et 9. Major enim sive linea sive numerus et æquat minorem, et excurrit: minor vero inest in majori. SCHRADER.

7, 2. Καὶ μεῖζον μὲν ἀεὶ] Ald. Bas. Ricc. Spir. καὶ μεῖζον μὲν ἂν ἀεί. Ven. Cam. Majorag. καὶ μεῖζον μὲν ἂν εἴη. BUHLE.

7, 2. καὶ μεῖζον.] Vide Harrisii *Philosophical Arrangements* c. 9. p. 191.

7, 2. Καὶ πλεῖον] Isingr. addit οὕτως ἔχει. BUHLE.

7, 2. ἐλλεῖπον.] Animadvertendum quod supra ὑπερεχόμενον vocavit, nunc ἐλλεῖπον ipsum vocare. VICTOR.

7, 3. ἐπεὶ.] Respondet huic ἐπεὶ, quod his omnibus interjectis infra positum est, ἀνάγκη etc. VICTOR.

7, 3. Καὶ οὗ πάντα ἐφίεται· καὶ ὃ νοῦν ἂν καὶ φρόνησιν λαβόντα ἕλοιτο] Ald. Ven. Bas. 1. 2. et Frob. Ricc. Cam. Majorag. καὶ οὗ πάντες ἐφίενται· καὶ ὃ νοῦν ἂν καὶ φρόνησιν λαβόντες ἕλοιντο. Isingr. transposita conjunctione ἕλοιντο ἄν· in ceteris cum illis edd. conspirat. Spir. καὶ οὗ πάντες ἐφίενται· reliqua, ut in textu nostro. Dedit lectionem nostram e Codd. suis Victorius, quem vide Comment. p. 119. Lectionem ex Ald. propagatam expresserunt quoque vetus interpres Latinus et Georgius Trapezuntius. BUHLE.

7, 3. νοῦν—λαβόντα] Æschylus Agam. 37. οἶκος δ' αὐτὸς εἰ φθογγὴν λάβοι Σαφέστατ' ἂν λέξειεν. Euripides Iph. Taur. 51. ἐκ δ' ἐπικράνων κόμας Ξανθὰς καθεῖναι, φθέγμα δ' ἀνθρώπου λαβεῖν. VICTOR.

7, 3. Τὸ δὲ οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα—ταῦτα πεπονθός.] Hæc parentheseos signis includenda sunt. Nam neque cum præcedentibus, neque cum iis, quæ sequuntur, constructione cohærent. Videntur autem hac de caussa inserta esse, quod positis bonis, quæ per se eligenda sint, ad propinquas notiones finis, qui per se expetitur, τοῦ τέλους, et utilitatis privatæ, ferretur animus scribentis. Quare hæ notiones appendicis loco illustrantur. Eadem conjunguntur §. 23.

Cetera ita inter se cohærent. In iis, quæ parenthesin antecedunt, repetendo declaratur, plura esse genera bonorum. Atque hæc est protasis, quæ verbis, ᾧ ἕπεται τὰ τοιαῦτα, finitur. Apodosi, quæ a voc. ἀνάγκη ordienda est, hæc significantur: *Si plura ex his utilitatis generibus inter se conjuncta sunt, inde majus bonum existit, quam ex singulis.* Hæc est prima significatio rei, quæ aliis præstat utilitate. Jam sequuntur ejusmodi multa alia, in quibus tamen modo de utilitatis præstantia, modo non de utilitatis solum, sed universe de excellentia alterius rei præ altera agitur.

In verbis, αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν τὸ πρὸς αὐτὸν, est diversitas lectionis, cum in prisco Intpr. αὐτὸ δὲ ἀγαθὸν legatur. Schol. Gr. expressis verbis et αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν et αὐτὸ δὲ ἀγαθὸν laudat. Idem in verbis proximis non πρὸς αὐτὸν, sed πρὸς αὐτὸ in codice suo habuit, idemque est in edd. nonnullis. VATER.

7, 3. Αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν τὸ πρὸς αὐτὸν ταῦτα πεπονθὸς] Sic emendavi ex Ald. Bas. Ricc. Spir. Georg. Trapezuntius vertit: *quoniam etiam id* ipsi *bonum, quod sic ad* ipsum *dispositum est.* Ven. Cam. Victor. Majorag. αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν τὸ πρὸς αὐτὸ ταῦτα πεπονθός. Miror Victorium αὐτὸ non offendisse, cum tamen ille prius αὐτῷ egregie explicaverit. Sensus est: *Alicui autem bonum est id, quod respectu ad illum ipsum ita est affectum.* Vetus interpres Latinus, Schol. Gr. et Hermolaus Barbarus legunt: αὐτὸ δὲ ἀγαθόν. In marg. ed. Venetæ notatur lectio: τὸ δὲ ἀγαθόν. Morel. Sylb. Casaubon. Duvall. Londin. Lips. αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν τὸ πρὸς αὐτὸ ταῦτα πεπονθός. BUHLE.

7, 3. αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν.] Subjunxit Aristoteles aliis hypothesibus etiam descriptionem illius boni quod non quidem simpliciter, sed tali vel tali bonum est: quomodo regnum, divitiæ, potentia, robur, sua vi, et simpliciter, hoc est, extra certas circumstantias considerata, bona utique sunt, at non illi bona qui ad semetipsum aut alios perdendos iis abutitur. Vide c. præced. et Magn. Mor. c. 3. Loci hujus hæc est sententia: Ipsi autem, (certo homini, aut rei alicui) id bonum est, quod ad ipsum se habet eo modo, ut universalis boni jam recensitæ descriptiones illi quoque sive homini sive rei conveniant, adeoque applicari, et in suadendo promitti, queant. SCHRADER.

7, 3. Ἀνάγκη τά τε πλείω.] Topic. III. 2. Τὰ πλείω ἀγαθὰ

(αἱρετώτερα) τῶν ἐλαττόνων, ἢ ἁπλῶς, ἢ ὅταν τὰ ἕτερα ἐν τοῖς ἑτέροις ὑπάρχῃ, τὰ ἐλάττω ἐν τοῖς πλείοσιν. Ἔνστασις, εἴ που θάτερον θατέρου χάριν· οὐδὲν γὰρ αἱρετώτερα τὰ ἄμφω τοῦ ἑνός· οἷον, τὸ ὑγιάζεσθαι καὶ ἡ ὑγίεια τῆς ὑγιείας· ἐπειδὴ τὸ ὑγιάζεσθαι τῆς ὑγιείας ἕνεκεν αἱρούμεθα, καὶ μὴ ἀγαθὰ δὲ μετ' ἀγαθῶν οὐδὲν κωλύει εἶναι αἱρετώτερα· οἷον, εὐδαιμονίαν, καὶ ἄλλό τι ὃ μή ἐστιν ἀγαθόν, δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας. Καὶ τὰ αὐτὰ μεθ' ἡδονῆς, μᾶλλον ἢ ἄνευ ἡδονῆς. Καὶ τὰ αὐτὰ μετὰ ἀλυπίας, μᾶλλον ὅπερ μετὰ λύπης.

7, 3. Καὶ τῶν ἐλαττόνων—ἢ τῶν ἐλαττόνων] In marg. Ven. ἢ τῶν ἐλαττόνων—καὶ τῶν ἐλαττόνων. BUHLE.

7, 3. συναριθμουμένου τοῦ ἑνὸς.] Ni enim hoc fiat, fallax erit collectio. E. g. Virtus, robur, pulcritudo, divitiæ, junctim sumtæ, præstant virtuti soli. At si virtus inter ista non connumeretur, plura ista, (robur, pulcritudo, divitiæ) virtuti non anteponentur: una enim illa omnibus istis antistat. Quare, ut firma fiat ex hac propositione argumentatio, merito addit Aristoteles unum comparatorum, aut pauca, pluribus istis, quæ sunt ex adverso, jungenda esse. SCHRADER.

7, 4. καὶ ἐὰν τὸ μέγιστον.] Ab eorum quæ sub certis generibus continentur comparatione ad genera ipsa, et vice versa a generibus ad ea quæ sub his continentur argumentari licet, prout vel generum ipsorum, vel eorum quæ sub his continentur, comparatio notior est auditoribus, a notiori enim omnis procedit demonstratio, ut docetur Posterior. I. 1. 1. Ab iis quæ sub genere aliquo continentur, ad genera ipsa argumentatio fit, si ita colligas: Demosthenes summus orator eloquentia plus profuit patriæ quam Archimedes summus Geometra sua geometria. Ergo oratoria præstat Geometriæ. Muræna excellens imperator ad salutem publicam plus contulit, quam Sulpicius ICtus eximia sua juris prudentia. Ergo ars ducendi exercitum jurisprudentiæ antistat. A generibus ad ea quæ sub genere illo continentur hoc modo concludimus: justitia fortitudine est præstantior: ergo vir justissimus, ut Aristides, fortissimo, ut Themistocli, antecellit. SCHRADER.

7, 4. Καὶ αὐτὰ αὐτῶν, καὶ ὅσα αὐτὰ αὐτῶν] Ald. et Isingr. αὑτῶν in utroque membro. Minus recte. Pro ὅσα αὐτὰ margo Ven. habet ἐὰν αὐτά. Melius. BUHLE.

7, 4. Οἷον εἰ ὁ μέγιστος—καὶ εἰ οἱ ἄνδρες.] Edd. Ald. Bas. Cam. utrobique voculam εἰ omittunt, quam Cam. contra in verbis interjectis addit, καὶ ὅλως εἰ οἱ ἄνδρες. VATER.

7, 4. Καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτοῖς] Vetus interpres Latinus legisse videtur: καὶ τῶν μεγίστων πρὸς τὰ ἐν αὐταῖς. BUHLE.

7, 5. καὶ ὅταν τόδε μὲν τῷδε ἕπηται.] Quædam sive bona sive mala reciproce consequuntur, quædam non. Reciproce consequentia sunt, si est homo, est animal rationale; et contra, si est animal rationale, est homo. Appellantur ἀντικατηγορού-

μενα Post. I. 3. 7. Quædam autem consequentia non reciprocantur, ut, valet, ergo vivit: homo est, ergo est animal: sacrilegus est, ergo est fur. Neque enim ista retro commeant, ut vere dicere possimus, vivit, ergo valet: animal est, ergo est homo; fur est, ergo est sacrilegus. Observa jam propositionem istam non de priori, sed de posteriori consequentium genere intelligendam esse. Quæ enim reciprocantur paria sunt, nec alterum altero majus. At quæ non reciprocantur horum illud majus est quod retro agi nequit, e. g. si homo est, sequitur esse animal. At non sequitur si animal est, ergo est homo. Homo ergo majus est. Valet, ergo vivit, vere dicitur: non autem contra, vivit ergo valet: valere ergo majus est. Si sacrilegus est, fur est: non autem si fur est, est sacrilegus. Sacrilegus itaque majus quiddam est, quia altero posito non consequitur. Ratio hujus diversitatis e definitionibus supra allatis constat. Quod enim consequitur inest, quod non consequitur latius est, et alterum includit: includens autem majus est incluso. Locus hic, ni fallor, dialectico quam oratori est convenientior. SCHRADER.

7, 5. μανθάνειν—ἐπίστασθαι.] Nota hoc non afferri ut exemplum ipsius propositionis, sed ut exemplum secundi generis consequentium. Nam cum προτάσεως hujus occasione tria consequentium genera recenseat, singula illa nunc declarat. Nec tamen de omnibus consequentium generibus propositionem ipsam vult intellectam, sed de iis tantum quæ reciproce non consequuntur. Discere autem et scire utique reciprocantur: ut enim vere dixero, *didicit, ergo scit;* ita contra pariter verum est, *scit, ergo didicit.* Licet enim *discere* scientiam præcedat, ex Aristotelis tamen mente scientiam quoque consequi dicetur, ut constat e Top. III. 2. 1. ubi ita docet: Διχῶς δὲ ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι ἡ σκέψις. Καὶ γὰρ πρότερον καὶ ὕστερον ἕπεται· οἷον τῷ μανθάνοντι, τὸ μὲν ἀγνοεῖν πρότερον, τὸ δὲ ἐπίστασθαι ὕστερον. SCHRADER.

7, 5. ἀποστερεῖν.] Schol. Aristoph. Plut. 373. ἀποστερῶ ἐστιν ὅταν παρακαταθήκην παραλαβὼν εἰς διαβολὴν χωρήσω καὶ οὐκ ἐθέλω διδόναι αὐτῷ ἃ ἔλαβον. Vide infra II. 6. 3. Lege D. Heraldum ad Tertulliani Apologet. p. 20. Exemplum ἀποστερήσεως præbebit Isocratis Oratio contra Euthynum.

7, 6. τὰ ὑπερέχοντα τοῦ αὐτοῦ μείζονι.] Duarum rerum personarumve comparatio non satis per se liquida, liquidior fit, cum ad tertium quoddam ambæ contenduntur. Id ergo si fiat, vel ambæ pari intervallo, vel impari, illud tertium superare deprehendentur. Si pari, æqualia sunt illa duo: sin impari, majus illud erit, quod majore intervallo superat. E. g. Duodenarius et novenarius ambo superant senarium, at duodenarius intervallo majore, hic ergo major est. Apud Ro-

manos et Dictator et Consul Prætori antecellunt, at Dictator longius, ergo et Consule potior est Dictator. SCHRADER.

7, 7. καὶ τὰ μείζονος ἀγαθοῦ.] Eundem hunc locum commutatis verbis exponit in III. Topicorum c. 1. Ἔτι δύο ποιητικῶν ὄντων, οὗ τὸ τέλος βέλτιον καὶ αὐτὸ βέλτιον. Ad hæc verba Alexander Aphrodisiensis p. 125. Ἀσαφῶς εἴρηται διὰ βραχύτητα· ὁ τόπος δέ ἐστι τοιοῦτος· εἰ δύο εἴη τινὰ δύο τελῶν ποιητικά, οὗ τὸ τέλος βέλτιον καὶ αἱρετώτερον, καὶ αὐτὸ βέλτιον. Οὕτως παιδεία γυμνασίων δεικνύοιτο ἂν ἀμείνων, εἴ γε γυμνάσια μὲν ὑγιείας ἐστι ποιητικά, παιδεία δὲ φρονήσεως, καὶ ἔστιν ἡ φρόνησις τῆς ὑγιείας αἱρετώτερον. Πάλιν, τὸ γυμνάζεσθαι τοῦ χρηματίζεσθαι αἱρετώτερον· τὸ μὲν γὰρ πλούτου, τὸ δὲ ὑγιείας ποιητικὸν, βέλτιον δ' ἡ ὑγίεια πλούτου. VICTOR.

7, 7. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μ. ποιητικῷ.] Sic MSS. Vim hujus sermonis cum aliis in locis, tum in III. libro de Animo dilucide explanavit. Significat autem formam et definitionem rei propter se separatim, sicut τὸ εἶναι τόδε totum ipsum ostendit conjunctum ac compositum. Definitionem itaque nunc dicit ac naturam ejus, quod majus bonum conficiat, eam esse in eo constitutam, quod majus videlicet ipsum sit bonum: ut inde sane proficiscatur, majoris boni efficiens ipsum esse. VICTOR.

7, 7. Ταὐτὸ γὰρ ἂν ἦν τῷ μείζονος ποιητικῷ εἶναι] Ita præclare hunc locum constituerunt editores Lipsienses, quos equidem secutus sum. Ald. Bas.: τοῦτο γὰρ ἂν ἦν τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τοῦτο γὰρ ἂν ἦν τὸ μείζονος ποιητικὸν εἶναι. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι. Conf. Victorii Comment. p. 123. Editores Lipsienses conjecturæ suæ indulgentes textum immutasse, vix credo; unde tamen lectionem nostram, certe omnium verissimam, hauserint, ignoro. BUHLE.

7, 7. Ταὐτὸ γὰρ ἂν ἦν τῷ μείζονος ποιητικῷ εἶναι.] Ita hæc leguntur in exemp. Lips. et Bipont. in veteribus omnibus τοῦτο γὰρ ἂν ἦν τό. Victorius et Morellius ἂν omittunt. Victoriana lectio verti poterit: *Hoc enim significabat esse efficiens majoris.* Majoris boni efficientia majora esse tunc ex eo probatur, quod ostensum sit, majoris rei efficientia majora esse. Sed ostensum id antea non est. Aristotelem igitur provocare oporteat ad enuntiationem, quæ exciderit. Quod cum probari nequeat, ἦν ita accipi non potest. Neque caussa, cur ἂν sit omittendum, notata est. Equidem ἂν ἦν contenderim cum constructione harum vocum in apodosi propositionum conditionalium. Sicut enim ibi vertitur, quasi scriptum sit; ἂν εἴη: ita hic verterim: *Si nulla alia de caussa, idcirco fuerint majora, quod majoris boni efficientia sunt*; (τῷ ποιητικῷ εἶναι). Lectionis ταὐτὸ sensus ita incommodus est, ut id erranti typographo deberi putes. Alii vertunt: *Hoc enim est*

majus; perinde ac si ἐστὶ legeretur. Sed usum loquendi, quo imperfectum pro præsenti ponitur, ex poëtis ad Aristotelem transferre noluerim. VATER.

7, 8. καὶ τὸ αἱρετώτερον.] Topic. III. 2. Καὶ τὸ δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν τοῦ δι' ἕτερον αἱρετοῦ αἱρετώτερον· οἷον, τὸ ὑγιαίνειν τοῦ γυμνάζεσθαι· τὸ μὲν γὰρ δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν, τὸ δὲ δι' ἕτερον.

7, 9. κἂν ᾖ τὸ μὲν τέλος.] Aristot. Topic. III. 1. καὶ τὸ τέλος τῶν πρὸς τὸ τέλος αἱρετώτερον δοκεῖ εἶναι. Ubi vide Alexandrum Aphr. p. 124.

7, 10. καὶ τὸ ἧττον προσδεόμενον θατέρου. Hinc ducto argumento Virgilius oleam anteponendam viti docuit: cum enim assiduo cultu, infinitisque laboribus indigere vites ostendisset, inquit,

Contra, non ulla est oleis cultura; neque illæ
Procurvam expectant falcem, rastrosque tenaces.

et in fine

Vi propria nituntur, opis haud indiga nostræ. VICTOR.

7, 11. καὶ ὅταν τόδε μὲν.] Ceteræ artes sine agricultura sustentari nequeunt, at agricultura artibus plerisque ceteris carere potest. Cornelius Nepos in Thrasybulo I. 3. *Peloponnesio bello multa Thrasybulus sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc.* Plutarch. in Apophthegm. Reg. §. 84. *De fortitudine et justitia interrogatur Agesilaus, utra harum major esset, respondit nihil opus fore fortitudine, si omnes justi essemus.* SCHRADER.

7, 11. καὶ ὅταν τόδε μὲν ἄνευ τοῦδε.] Hinc ducto argumento Xenophon in Œconom. V. 17. magnum honorem acquisivit agriculturæ: Εὖ μὲν γὰρ φερομένης τῆς γεωργίας, ἔρρωνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἅπασαι· ὅπου δ' ἂν ἀναγκασθῇ ἡ γῆ χερσεύειν, ἀποσβέννυνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι σχεδόν τι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. VICTOR.

7, 11. Αὐταρκέστερον δὲ] Alias αὐταρκέστερον γὰρ, quod et Herm. Barbarus reddidit. BUHLE.

7, 12. ἀρχή.] *Principium* dicitur unde aliquid primum movetur. Ita definit Aristoteles Metaph. IV. 1. Et paullo post: Πασῶν μὲν οὖν κοινὸν τῶν ἀρχῶν, τὸ πρῶτον εἶναι ὅθεν ἢ ἔστιν, ἢ γίνεται, ἢ γινώσκεται. Gen. Animal. V. 7. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀρχὴν εἶναι, τὸ αὐτὴν μὲν αἰτίαν εἶναι πολλῶν, ταύτης δ' ἄλλο ἄνωθεν μηδέν. SCHRADER. Ceterum h. l. interpreteris ac si plene scriptum esset, κἂν ᾖ τὸ μὲν ἀρχή. Hujus omissionis exempla posuit Matthiæ Gr. Gr. §. 288. n. *d.*

7, 12. κἂν ᾖ αἴτιον.] Ita argumentatus est Demost. pro Ctesiph. cum Æsch. causam originemque fuisse dixit omnium malorum quæ postea in rep. sequuta sunt: inquit enim: ὁ γὰρ τὸ σπέρμα παρασχὼν, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. VICTOR.

7, 12. Αἰτίου καὶ ἀρχῆς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. αἰτίου ἢ ἀρχῆς. BUHLE.

7, 12. Καὶ δυοῖν ἀρχαῖν.] Ed. Ald. vitiose ἀρχῶν. Sensus est: *si duarum rerum utraque profecta est a caussa aliqua*, neutra res caussa ipsa est: *majus est id, quod a majore caussa efficitur*. Contra paullo post ἀνάπαλιν δυοῖν ἀρχαῖν significat, *ex duobus principiis alterum* etc. VATER.

7, 12. Καὶ ἀνάπαλιν δή] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. καὶ ἀνάπαλιν δέ. BUHLE.

7, 13. Μεῖζόν ἐστι φαίνεσθαι] Deest φαίνεσθαι in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Addidit illud e Cod. MSto Victorius. BUHLE.

7, 13. Καὶ γὰρ, εἰ ἀρχὴ] Non habent γὰρ Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. BUHLE.

7, 13. Λεωδάμας.] V. Ruhnken. Hist. Crit. Orat. Gr. p. LXIII. sive Orat. Gr. Reiskii T. VIII. p. 143. De Callistrato ibid. p. LVIII=140.

7, 13. Ὁ Λεωδάμας κατηγορῶν ἔφη Καλλιστράτου] Ald. Bas. Frob. Ricc. Καλλιστράτῳ. Isingr. Καλλιστράτου ἔφη. BUHLE.

7, 13. Οὐ γὰρ ἂν πραχθῆναι] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. οὐ γὰρ ἦν πραχθῆναι. Minus bene, ut in nota jam monuit Sylburgius. BUHLE.

7, 13. Πάλιν δὲ καὶ Χαβρίου] scil. κατηγορῶν Λεωδάμας. In Demosth. orat. Lept. §. 126. Chabrias a Leodamante accusatur, quæ forsan eadem caussa est, v. Wolfii Comm. p. 368. VATER.

7, 13. Πάλιν δὲ καὶ Χαβρίου] Supplendum est ex antecedentibus κατηγορῶν. Ven. Cam. Majorag. πάλιν δὲ καὶ Χαβρίας. Male. In versione Majoragius nostram lectionem expressit. Hermolaus vero Χαβρίας legit. BUHLE.

7, 13. Ἐπιβουλεύουσιν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐπιβουλεύειν. Melius forsitan. Notandum est, ἐπιβουλεύειν h. l. non esse *insidias struere*, sed *deliberare*. BUHLE.

7, 13. ἐπιβουλεύουσιν] *deliberant*. ut Thucyd. III. 20. ἐπιβουλεύουσιν αὐτοί τε καὶ Ἀθηναίων οἱ συμπολιορκούμενοι. Lysias c. Agoratum p. 452. οἱ δὲ ἐνθάδε ὑπομένοντες, καὶ ἐπιβουλεύοντες ὥστε καταλύσαι τὴν δημοκρατίαν, qui venustissimus scriptor contra συμβουλεύειν pro *insidiari* videtur accepisse p. 601.: καὶ παρακαλούμενος δὲ μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας ὑπὸ τῶν συμβουλευόντων τῷ πλήθει, οὐκ ἠθέλησεν αὐτοῖς πείθεσθαι. VICTOR. N. B. In loco postremo ἐπιβουλευόντων dedit Steph. βουλευόντων MSS. Coisl. Vind.

7, 14. Διὰ τὸ χαλεπωτέραν εἶναι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. διὰ τὸ χαλεπώτερον εἶναι. BUHLE.

7, 14. Ἄλλον δὲ τρόπον] Restitui τρόπον, ut solemnius, et quod Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Victor. Majorag. agnoscunt. Vulgo: ἄλλον δὲ τύπον. BUHLE.

7, 14. Ἄριστον μὲν ὕδωρ] Pindar. Olymp. I. 1. BUHLE.

7, 14. ἄριστον μὲν ὕ.] Vide Platonis Euthydem. p. 304. B.

7, 15. χαλεπώτερον.] Topic. III. 2. Καὶ τὸ χαλεπώτερον· μᾶλλον γὰρ ἀγαπῶμεν ἔχοντες, ἃ μὴ ἐστι ῥᾳδίως λαβεῖν.

7, 16. ᾧ τὸ ἐναντίον μεῖζον.] Exemplum accommodatum erit *valetudo* ac *divitiæ;* quæ ambo sunt bona: contraria eorum, *morbus* et *paupertas:* majus autem malum corporis morbus quam paupertas: præstat igitur valetudo divitiis. VICTOR.

7, 16. καὶ οὐ ἡ στέρησις.] Pejus est cæcum esse quam surdum: ergo visus auditu præstantior est. Gravius malum est fama quam pecunia privari: ergo bona existimatio præstat divitiis. SCHRADER.

7, 16. ἀρετὴ μὴ ἀρετῆς.] *Non virtus* et *non vitium* vocari hic videtur διάθεσις accessioque ad virtutem et vitium, cum plena virtus adhuc et vitium non sunt, nec *habitus* appellari possunt. VICTOR.

7, 17. καὶ ὧν τὰ ἔργα.] Quia honestiora splendidioraque sunt fortitudinis opera quam temperantiæ, (fortis enim universæ civitati, pellendo hostes, salutem dat, temperans fugit turpes corporis voluptates) et fortitudo ipsa melior temperantia: nec non, quia fœdiora luxuriæ opera sunt, quam timiditatis, luxuria pejor timiditate. VICTOR.

7, 17. Ὧν αἱ κακίαι καὶ αἱ ἀρεταὶ] Abest articulus ante ἀρεταὶ in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

7, 17. ἀποβαίνοντα.] Cicero *eventa* vocavit; ut in Topicis 18. *Causarum enim cognitio cognitionem* eventorum *facit.*

7, 18. καὶ ὧν ἡ ὑπεροχή.] Topic. III. 3. Ἔτι οὗ ἡ ὑπερβολὴ τῆς ὑπερβολῆς αἱρετωτέρα, καὶ αὐτὸ αἱρετώτερον, οἷον, φιλία χρημάτων· αἱρετωτέρα γὰρ ἡ τῆς φιλίας ὑπερβολὴ τῆς τῶν χρημάτων.

7, 18. Μᾶλλον κάλλιον] Ven. Cam. et Majorag. μᾶλλον non habent. Invenit tamen illud in omnibus Codd. MSS. Victorius, quem vide Comment. p. 129. Expressit quoque hoc (non μᾶλλον καλὸν, ut e Morelii nota Sylburgius notavit, qui, quod mireris, ipsum Victorii commentarium non inspexit, quod certissimum habeo) vetus interpres Latinus, Victorio teste. BUHLE.

7, 18. μᾶλλον κάλλιον.] Quod in excusis omnibus libris defecerat, μᾶλλον restitui, inventum a me in cunctis MSS. Vetus quoque tralatio illud expressit. Arbitror autem id sublatum hinc fuisse ab aliquo, qui rectam hanc rationem esse loquendi non putaret; nec posse adjungi μᾶλλον secundæ collationis nominibus: quæ tamen et Aristoteli ipsi et aliis bonis auctoribus usurpata est. De Ortu Anim. V. 7. p. 321. ἔτι δὲ καὶ γέροντας γινομένους, μᾶλλον ὀξυφωνοτέρους γίνεσθαι. Topic. III. 1. p. 309. καὶ ὅλως τὸ πρὸς τὸ βίου τέλος, αἱρετώτερον μᾶλλον, ἢπερ τὸ πρὸς ἀλλό τι. De Divinat. per Somnum c. 2. ἀταραχωδέστερος γὰρ μᾶλλον ὁ ἀὴρ τῆς νυκτός. Demosth. Olynth. III. p. 31, 26. Ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν μᾶλλον, ἔτι ἢ νῦν, τὸ τὰ βέλτιστα λέγειν φοβερώτερον ποιῆσαι. Pluribus exemplis usus sum, ut declararem

quantopere peccent, qui quidquid parum frequens et usitatum inveniunt apud antiquos scriptores subito immutant; est autem temeritas eorum omnibus viribus coercenda. VICTOR.

7, 19. Ἡ καὶ βελτιόνων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἢ τῶν βελτιόνων. BUHLE.

7, 20. κελεύει.] Significat hic κελεύει *præcipere* et *tradere:* singulæ autem scientiæ stratum suum exponunt, neque e campo suo exeunt; ut, quæ honestior sit, honestiora tradat, hincque honestius ejus quoque stratum sit. Ethic. Eudem. II. c. 3. Ἐν πᾶσι δὲ τὸ μέσον, τὸ πρὸς ἡμᾶς βέλτιστον· τοῦτο γάρ ἐστιν ὡς ἡ ἐπιστήμη κελεύει, καὶ ὁ λόγος. Ita MSS. VICTOR.

7, 20. Τῶν σπουδαιοτέρων δὲ] Abest δὲ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

7, 21. Καὶ ὃ κρίναιεν ἂν—οἱ φρόνιμοι—ἀγαθὸν ἢ μεῖζον, ἀνάγκη οὕτως ἔχειν.] Ita habent omnes Victorii libri scripti, Intpr. priscus et edd. præter Venetam et quæ eam sequuntur. In Veneta est ἀγαθὸν μεῖζον, omissa particula disjunctiva, quam lectionem Muretus in versione et Buhlius V. Cl. in. ed. Bipont. expresserunt, quam tamen veram esse non puto. Nam constanti loquendi usu in his et aliis libris dicitur μεῖζον ἀγαθὸν, non ἀγαθὸν μεῖζον. Antiqua lectio ita potest defendi. *Quod plurimi et sapientissimi et præstantissimi homines judicaverunt in bonis esse, majus bonum est, quam quod pauci. Item, quod iidem judicaverunt melius esse, quam aliud quid, id eo melius est.* Sed etiam sic aliqua difficultas in junctura verbb. residet. Maluerim igitur non solam particulam ἢ, sed etiam ipsum ἀγαθὸν delere, quod cum fortasse ex sequentibus et ex argumento totius loci additum fuerit, ἢ facile interjiciebatur. In multis hujus capitis propositionibus modo significatur, quid majus sit, non quid majus bonum. Subauditur tunc ἀγαθὸν, quoniam quod de genere, id etiam de forma generis valet, idque nostro in loco postea declaratur. Schol. Gr. utrum conjecturam meam confirmet, an ἀγαθὸν μεῖζον legerit, non satis manifestum est. VATER.

7. 21. Καὶ ὃ κρίνειεν] Restitui Atticismum ex Ald. Ven. Cam. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. Isingr. Spir. et Majorag. κρίνειαν. Vulgo κρίναιεν. BUHLE.

7, 21. οἱ κράτιστοι dicens, intellexit, qui inter prudentes quasi principatum obtinent, et omnes alios prudentia ac firmo judicio vincunt: neque enim vitæ probitatem nunc spectat, κρατίστουςve appellat quod optimis moribus præditi sint, ut Ethic. Nic. III. στρατιώτας δ' οὐδὲν ἴσως κωλύει, μὴ τοὺς τοιούτους, κρατίστους εἶναι, illic enim quoque optimos milites, et qui in bello utilissimi sint, intellexerit. VICTOR.

7, 21. Ἀγαθὸν μεῖζον] Sic legunt Ven. Cam. et Majorag. Bene. In ceteris ἀγαθὸν ἢ μεῖζον, cui lectioni totum hujus capitis argumentum de majori vel minori bono et utili re-

pugnat. Denuo recepit quidem disjunctivam ἢ Victorius propterea, quod eam in omnibus Codd. MSS. reperisset. Verum Codd. auctoritas non tantum valet, ut alia equidem, quam quæ sensus necessario postulat, in textum admittam. Georgius Trapezuntius vertit: *majus esse bonum.* Ante oculos igitur habuit μεῖζον ἀγαθὸν sine disjunctiva. BUHLE.

7, 21. Ἢ εἰ κατὰ τὴν φρόνησιν] Isingr. ἢ ᾗ κατὰ τὴν φρόνησιν. BUHLE. Et sic nunc editum postulante sensu. v. infr. sect. 22.

7, 21. ἢ ἁπλῶς, ἢ εἰ κατὰ τὴν φρόνησιν ἔ.] Hoc addit, quoniam prudentes non ex habitu suo semper judicant. Ethic. Nic. VII. 3. διχῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι· καὶ γὰρ ἔχων μὲν, οὐ χρώμενος δὲ τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ ὁ χρώμενος λέγεται ἐπίστασθαι. Vide et Eudem. II. 9. SCHRADER.

7, 21. ἢ ἁπλῶς.] Judicium prudentium omnibus in rebus recipi debere ostendit: id enim arbitror significare, ἁπλῶς, sive *simpliciter*, non magisque in hac re quam in illa: sive *ex ea arte cognitioneque cujus periti sunt, judicavere.* Κατὰ τὴν φρόνησιν idem valere existimo, quod verba hæc, quibus in eodem loco exponendo usus est Topic. III. ᾗ τοιοῦτοι εἰσιν. VICTOR.

7, 21. Ὃ λαβόντα τὰ πράγματα φρόνησιν ἕλοιτ' ἂν ἕκαστον] Verba τὰ πράγματα videntur mihi per interpolationem imperiti cujusdam librarii in textum migrasse. Occurrit hic locus fere iisdem verbis jam supra: καὶ ὃ νοῦν ἂν καὶ φρόνησιν λαβόντα ἕλοιτο. Igitur ausus sum τὰ πράγματα uncinis secludere. BUHLE.

7, 22. τὸ τοῖς βελτιόσιν.] Animi bona bonis corporis prævalent, quia animus est corpore præstantior. SCHRADER.

7, 22. ἢ ἁπλῶς.] Ut viri virtutes præstant muliebribus *simpliciter.* Ἢ ᾗ βελτίους, *aut quatenus meliores sunt:* Viri effeminati actiones deteriores sunt actionibus virilis animi feminæ. SCHRADER.

7, 22. Ἡ ἀνδρεία] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀνδρεία, sine articulo. BUHLE.

7, 22. οἷον τὸ ἀδικεῖσθαι.] Hujus sententiæ Socrates auctor fuit; eumque ipsam laudantem inducit Plato in sermone quem appellavit Gorgiam (p. 469. B. C.) Cicero Latinis verbis expressit cum Trebonii necem deploraret: Philipp. XI. *Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quam is qui alterius facinus subire cogitur.* VICTOR. Alios locos indicavit Astius Com. ad Platonis Rep. p. 391.

7, 23. Ὀρέγονται] Cod. Victorii addit ᾕδεσθαι. Eandem lectionem sequitur vetus interpres Latinus. BUHLE.

7, 25. Αἴτιοι εἶναι μᾶλλον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. αἴτιον εἶναι μᾶλλον. BUHLE.

7, 27. ἐκ τῶν συστοίχων.] Appellat hic σύστοιχα, quemadmodum etiam in Topicis, quæ Cicero *conjugata*. Σύστοιχα autem, quod directo ordine disponantur, atque eandem seriem rerum in descriptione servent. Quintilianum miror hanc argumentationem contempsisse, et omnem ejus vim inanem esse judicasse: hæc enim ipsius verba sunt e lib. V. 10, 85. *His illud adjicere ridiculum putarem, nisi eo Cicero uteretur quod* conjugatum *vocant, ut*, Eos, qui rem justam faciant, juste facere, *quod certe non eget probatione.* Quasi non Aristoteles ipsa prius usus sit; et non in forensibus tantum causis ac deliberationibus, sed in gravioribus etiam accuratioribusque disputationibus multum posse judicarit. Quod vero ut notum hoc argumentandi genus supervacaneumque rejicit, tantum abest ut vulgare sit, ut non semper ratione concludi eo possit: non enim si justum bonum, et juste; juste namque quædam perpeti, malum. Non distinguit autem Cicero *conjugata* ab adverbiis, quæ philosophus πτώσεις, quasi *casus* appellat; inquit enim, c. 3. *Conjugata dicuntur, quæ sunt ex verbis generis ejusdem: ejusdem autem generis verba sunt, quæ, orta ab uno, varie commutantur: ut* sapiens, sapienter, sapientia: et quæ sequuntur. Et sane inter conjugata casus etiam hi recte ponuntur, Aristoteles namque in Topicis II. 3. inquit, Σύστοιχα δὲ λέγεται τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν συστοιχίαν πάντα, οἷον δικαιοσύνη, δίκαιος, δίκαιον, δικαίως. Peculiari tamen ac proprio nomine adverbia πτώσεις ab eo appellantur, ut ipse hic, et planius in Topicis ib. testatur, πτώσεις δὲ, οἷον δικαίως καὶ ἀνδρείως καὶ ὑγιεινῶς καὶ εὐεκτικῶς καὶ ὅσα τοῦτον τὸν τρόπον λέγεται. Cum autem diversæ nominis hujus notiones apud veteres forent, Simplicius in Comm. in Categorias, cum quæ desiderentur, ut aliqua παρώνυμα recte dici possint, ostenderet: requirique etiam doceret, ut dissimilis terminatio nominum eorum esset terminationi vocum, unde derivantur, accurate omnes explicavit, dicens, "Quam ipsam ἀνόμοιον κατάληξιν Aristoteles vocat πτῶσιν: πτώσεις namque nominum appellabant antiqui, non tantum quinque hos, qui nunc a grammaticis vocantur *casus*, verum etiam inclinationes has, qualescunque formationes habuerint: unde etiam, quæ nunc μεσότητες vocantur, illi πτώσεις tunc appellabant, quemadmodum ab ἀνδρεῖος ἀνδρείως, et a καλὸς casum item καλῶς." Vocari autem ab inferioris quoque ætatis grammaticis adverbia μεσότητας, et ἐπιῤῥήματα μεσότητος, planum est. Addit autem casus hos omnes solitos appellari, quia imitarentur veros rerum solidarum lapsus, qui proprie ita vocantur, cum hi μεταφορικῶς casus dicuntur: cadunt enim hi quoque cum variantur a primis nominibus in terminatione ipsa. VICTOR.

7, 27. Καὶ τἆλλα ἀκολουθεῖ] Ald. Bas. καὶ τἆλλα ἀκολουθῇ. BUHLE.

7, 27. Οἷον εἰ τὸ ἀνδρείως κάλλιον.] Ed. Ald. εἰ non habet, eadem, Bas. et Cam. ἀνδρείως καὶ κάλλιον. VATER.

7, 27. Καὶ τὸ ἀνδρεῖον εἶναι τοῦ σωφρονεῖν] Ven. Cam. Bas. 1. 2. Frob. Majorag. Ricc. καὶ τὸ ἀνδρεῖον δὲ τοῦ σωφρονεῖν. Nostram lectionem Victorius in omnibus Codd. invenit. Notatur ea quoque in marg. Ven. BUHLE.

7, 28. Τοῦ, ὃ μὴ πάντες] Sic bene emendavit Morelius e vetere versione Latina et Schol. Gr. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Victor. Schrader. et edd. Victorianam sequentes, τοῦ μὴ, ὃ πάντες. Vitiose. BUHLE.

7, 28. Καὶ ὃ οἱ ἀμφισβητοῦντες.] Edd. Ald. Bas. ὃ ἀμφισβητοῦσι. Cam. ὃ ἀμφισβητοῦντες, utræque male. Paullo post τὸ δὲ, οἱ κύριοι ex auctoritate cod. Victorii et ed. Ald. legitur. VATER.

7, 28. Ἢ οὓς οὗτοι κρίνουσι] Ven. Cam. Majorag. ἢ ὃ οὗτοι κρίνουσι. Melius forsitan. BUHLE.

7, 28. οὓς οὗτοι κρίνουσι.] A judicibus ad causam dirimendam delecti viri intelligentes. SCHRADER.

7, 28. Ὡς ἂν εἰ πάντες φαῖεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὡς οἱ πάντες φαῖεν. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Lond. Schrader. Lips. ὡς ἂν οἱ πάντες φαῖεν. Equidem lectionem reposui, a Victorio Codd. MSS. fide in textum receptam, et a vetere Latino interprete quoque expressam. BUHLE.

7, 28. κύριοι—εἰδότες.] Referri, ut opinor, debet κύριοι ad superius verbum, κρίνοντες: qui enim judicant statuuntque de aliquibus rebus, tamquam domini earum sunt, et in sua potestate, quid de illis fiat, habent. Quod vero sequitur, οἱ εἰδότες, ad illa, ἢ οὓς οὗτοι κρίνουσι: verisimile enim est ab illis, quorum juris est de aliqua re statuere, si ipsi aut nolint, aut non possint illi incumbere, electum iri peritos, et intelligentes. VICTOR.

7, 28. Τὸ δὲ, οἱ κύριοι] Sic legunt Ald. Victor. et quæ hanc sequuntur; Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. Cf. Victorii Comment. p. 135. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. τὸ δὲ, κύριοι. Ven. Isingr. Cam. Spir. Majorag. τὸ δὲ, ὡς οἱ κύριοι. BUHLE.

7, 30. Καὶ ὧν αἱ ζημίαι μείζους.] Ζημίαι a quibusdam interpretibus accipiuntur de jacturis, ὧν ἀποβολαὶ μείζους, et hanc rationem nonnullis scriptorum exemplis defendit Chr. Rufus l. l. p. 606. Nihil tamen impedit, quo minus ea, quorum pœnæ majores sunt, flagitia sint, ita ut excellentia magnitudinis universe declaretur. Ita vult Victorius. Prætulerim tamen, ut intelligantur bona, quorum neglectus et administratio mala majores pœnas luit. VATER.

7, 31. καὶ τὰ τῶν—μείζω.] Contra quæ parvis sunt minora, minima sunt. Parmeno ad Gnathonem in Eunucho III. ii. 36.

Tace tu, quem ego esse infra infimos omnēs puto homines. SCHRADER.

7, 31. Καὶ διαιρούμενα.] Hic aptissimus est locus ad amplificandum, et frequentissimus apud auctores, ut, quod summatim dici poterat, in partes dissecetur. Sic enim longe majus et gravius videtur. Hujus generis plurima sunt apud Ciceronem exempla: unum sufficiet ad h. l. illustrandum. Igitur pro Lege Manil. cum ostendere vellet Cicero Pompeium esse peritum rei militaris, satis erat dixisse, in omni genere bellorum eum bene scienterque versatum fuisse, sed ita exaggerat: *Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reip. Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis nationibus, servile, navale, varia et diversa genera et bellorum et hostium non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positam, quæ hujus viri scientiam fugere possit.* MAJORAG. Vide Harrisii *Philological Inquiries*, p. 58.

7, 31. Πλειόνων γὰρ ὑπεροχὴ φαίνεται] Sic edd. vulgatæ omnes. Victorius ad h. l. (p. 136.) ita: " In antiquissimo li-" bro scriptum primo fuit, πλειόνων γὰρ ὑπερέχειν φαίνεται· emen-" datum tamen eadem manu, qua liber exaratus, πλειόνων γὰρ " ὑπερέχει, ἢ φαίνεται· quam scripturam manifesto *vetus tra-" latio* sequitur, ut, cum tam prisca sit, non omnino negli-" genda videatur." BUHLE.

7, 31. Πεῖσαι λέγουσαν] Deest λέγουσαν in Cod. antiquissimo Victorii, et videtur sane illud interpolatum esse. Uncinos applicavi. BUHLE.

7, 31. Ὅσσα κάκ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἀλᾴη· Λαοὶ μὲν φθινύθουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει· Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι] Sunt versus Homeri Iliad. ί. 588. In vulgatis Homeri edd. sic leguntur:

Κήδε', ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἀλᾴη·
Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι.

Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. cum vulgatis Homeri edd. conspirant, præterquam quod (excepta Spirens. et Majorag. quæ ὅσσα agnoscunt) pro ὅσσα et πέλει legunt ὅσα et πέλοι. Exhibent eædem edd. tertium quoque versum integrum, addito hemistichio: βαθυζώνους τε γυναῖκας. Pro ἀμαθύνει in ed. Lips. vitiose impressum erat ἀμαδύνει, quod correxi. Ceterum nostram versuum Homericorum lectionem dedit Victorius e Codd. MSS. Vid. Comment. p. 137. BUHLE.

7, 31. τῶν ἄστυ ἀλᾴη.] Vide Quintil. VIII. 3. 67. c. n. Spaldingii.

7, 31. Καὶ τὸ συντιθέναι δὲ καὶ ἐποικοδομεῖν, ὥσπερ Ἐπίχαρμος] Abest δὲ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

7, 31. ἐποικοδομεῖν ὥσπερ Ἐπίχαρμος.] Cum fabulæ Epicharmi scriptaque omnia perierint, hoc servatum ab eo, exempla inde sumendo, ostendere non possum. Quod tamen nunc ab Aristotele de eo traditur, idem in lib. I. de Ortu Animantium ab ipso exponitur, unde facilius ratio hujus rei intelligitur: inquit igitur, c. 18. p. 181. Ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα, ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν, ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία, ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη, ταῦτα δὲ πάντα ἔκ τινος, ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεώς ἐστιν. Rhetor. ad Alexand. c. 4. Χρὴ δὲ καὶ εἰκάζοντα συμβιβάζειν, καὶ ἐποικοδομοῦντα τὸ ἕτερον ὡς ἐπὶ τὸ ἕτερον, αὔξειν τρόπῳ τοιῷδε· Ὅστις δὲ τῶν φίλων κήδεται, τοῦτον εἰκὸς καὶ τοὺς αὐτοῦ γονεῖς τιμᾷν· ὃς δὲ τοὺς γονέας τιμᾷ, οὗτος καὶ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ εὖ ποιεῖν βουλήσεται. Victor. Aptissimum locum Epicharmi ex Athenæi II. p. 36. C. D. indicavit Schraderus, quem, numeris licet suis solutum, deinceps apponam: Ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία· ἐκ δὲ θυανίας δίκη, ἐκ δίκης δὲ καταδίκη, ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία. Eustathius ad Homeri Il. B. p. 181. ed. Rom. Τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ῥηθέντος χωρίου (v. scil. 101.) κλίμακα καὶ κλιμακατὸν λέγουσιν οἱ παλαιοὶ, ἕτεροι δὲ ἐποικοδόμησιν. Γίνεται δὲ σχῆμα κλιμακατὸν, ὅταν τὸ λῆγον τῆς φθασάσης ἐννοίας ἀρχὴ γένηται τῆς ἐφεξῆς, οἷον, ὡς εἴ τις εἴπῃ, ὁ βασιλεὺς ἀγαθὸς, ὁ ἀγαθὸς ἀγαθὰ ποιεῖ, ὁ ἀγαθὰ ποιῶν εὐεργετεῖ, ὁ εὐεργετῶν θεὸν μιμεῖται. Τοιοῦτόν τι κάνταῦθα τὸ σχῆμα· Ἥφαιστος μὲν ἔδωκε Διΐ, Ζεὺς δὲ τῷ Ἑρμῇ, Ἑρμῆς δὲ Πέλοπι, καὶ καθεξῆς. Κάλλους δὲ σχῆμα κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ κλιμακατὸν, οἰκεῖον ὂν πανηγυρικαῖς ἐννοίαις, ὁποία τις ἐνταῦθα καὶ ἡ κατὰ τὸ βασιλικὸν σκῆπτρον γενεαλογία. Exemplum etiam præbet Demosthenes de Coron. p. 539. Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ· οὐδὲ ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ· οὐδὲ ἐπρέσβευσα μὲν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους. Cicero pro Milone c. 23. *Neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit: neque senatui modo, sed etiam publicis præsidiis et armis: neque his tantum, verum etiam ejus potestati, cui senatus totam rempublicam—commiserat.*

7, 31. Καὶ τὸ συντιθέναι δὲ καὶ ἐποικοδομεῖν,] Scil. μεῖζον φαίνεται, negligentius dictum pro τὰ συντεθέντα καὶ ἐποικοδομημένα. Eodem modo paullo post intelligendum est, καὶ ὅτι τὸ συντεθὲν ἀρχὴ φαίνεται. Fragmentum carminis, in quo Epicharmus ἐποικοδομεῖ in Accorambii Animadvv. ad hunc locum ex libro quodam scripto vulgatum est. Schol. Gr. non versus quidem, sed sententiam Epicharmi plane eandem expressit: ἐφόνευσα τὸν τύραννον, οὐ μόνον δὲ τὸν τύραννον, ἀλλὰ καὶ τὸν τύραννον καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἐφεξῆς τοὺς πέντε ἢ ἓξ τυχὸν μέχρι τῶν τριάκοντα ἠρίθμει. Incertum tamen est, an Aristoteli, cum hæc scriberet, hoc Epicharmi dictum in animo fuerit: nam Athenæus l. II. c. 2. aliud exemplum affert, quo Epicharmus enuntiata cumulat et quasi inædificat. Cujus-

modi cum sine dubio plura exempla æque nota essent: non putaverim singulare aliquod hic significari, aut ex oratione Aristotelis excidisse. VATER.

7, 32. Παρὰ τοὺς ὁμοίους] Sic emendavit Victorius. Ald. Ven. Bas. Ricc. Cam. Spir. Majorag. παρὰ τοὺς ἄλλους. Georgius Trapezuntius vertit: *præter ceteros.* At vetus interpres Latinus nostram lectionem sequitur, teste Victorio. BUHLE.

7, 32. Τὸ ἐπίγραμμα τῷ Ὀλυμπιονίκῃ· Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὦμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν, Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον] Epigramma est Simonidis. Laudavit illud Eustath. ad Hom. p. 1761, apud quem legitur τρηχεῖαν, et in altero versu ἐς Τεγέην ἔφερε. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. pro ἄσιλλαν habent ἀσύλλαν. Minus recte. Est ἄσιλλα *fiscinæ corbisque* genus, ad pisces venales deportandos aptæ, σκεῦός τι ἰχθυηρὸν, ut Eustathius et Scholiastes Græcus ad Rhetorica interpretantur. Quidam e vulgo pisces venales Argis Tegeam, Arcadiæ oppidum, deportare solitus, postea in ludis Olympiacis victor evasit; quod cum talis viri conditionem excedere videretur, Simonides eum hoc epigrammate prædicavit. In Cod. Victorii annotatum est, priorem versum in exemplaribus nonnullis ita legi:

Πρόσθεν μὲν τραχεῖαν ἔχων ὤμοισιν ἄσιλλαν,

et addi tertium versum hunc:

Νῦν δὲ κράτος φέρομεν μέγα πᾶσιν Ὀλυμπιονίκαις,

quem Victorius a seriori quodam confictum esse arbitratur, in quo equidem illi non assentior. Scholiastes Gr. p. 15. hunc versum non recte ad encomium de se Iphicratis refert, cujus in sequentibus statim ab Aristotele mentio injicitur, eumque ita legit:

Νῦν δὲ κράτος φέρομαι μετὰ πᾶσιν Ὀλυμπιονίκαις·

quæ lectio mihi præferenda esse videtur. BUHLE.

7, 32. Ἐπίγραμμα τῷ Ὀλυμπιονίκῃ.] Animadvertendus modus loquendi, quod dandi casu Ὀλυμπιονίκῃ, non εἰς Ὀλυμπιονίκην, inquit, ut passim Græci et Latini scriptores loquuntur. Cicero pro Archia, *Quod epigramma in eum fecisset.* VICTOR. Vide Matthiæ Gr. Gr. §. 396.

7, 32. ἄσιλλαν.] Est Ἄσιλλα primo *jugum* humeris utrisque impositum, quemadmodum nostræ solent mulieres, quo onera sublevata facilius portantur: atque in ferendis piscium corbibus usus hujus machinæ vel præcipuus, ut ex hoc loco discere licet. Hinc nata certissima Alciphronis I. i. p. 6. emendatio cum Berglero communicata: εὐθὺς οὖν ὀψῶναι πλησίον, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν καταβαλόντες ἀργύριον, τὰς ἀσίλλας [τὰς εἴλας edd.] ἐπωμίους ἀνελόμενοι, καὶ τὰς ἑκατέρωθεν σπυρίδας ἐξαρτήσαντες ἀστύδ' ἐκ Φαλήρων ἠπείγοντο. Eo pacto ordinem verborum esse constituendum puto. Deinde ipsæ fiscellæ vel sportulæ, quæ ab extremis utrinque jugi finibus adnexæ pendebant, ἀσίλλαι. Eu-

stathius certe Od. ξ. p. 1761 = 545, 52. vel potius Aristophanes Grammaticus cujus auctoritate nititur, καινοφώνους λέξεις recensens, in eo numero ἄσιλλαν exposuerat, σκεῦος τι ἰχθυηρόν. Nec secus Commentator Aristotelis antiquus, σκάφην itidem appellari adfirmans, ob figuræ nimium excavatæ similitudinem. HEMSTERHUS. ad Hesych. v. Ἀστυπολεῖ.

7, 32. Ἰφικράτης.] Iphicrates etiam ignobili genere ortus, fuit enim sutoris filius, ob fortitudinem ac rei militaris scientiam honores amplissimos consequutus est, et copias Atheniensium duxit, qui etiam ne dum stirpis suæ humilitatem tegeret, libenter id prædicare consuerat, existimans se quod supra vires ac fortunas suas fecisset, majore honore dignum. Aristoteles infra Iphicratem admirantem res a se gestas, in hanc vocem narrat erupisse, ἐξ οἵων εἰς οἷα. Qua autem de causa, cum antea ignotus foret, primum celebrari cœperit, docet Plutarchus in Apophthegmasin. VICTOR.

7, 32. Καὶ ὁ Ἰφικράτης αὐτὸν ἐνεκωμίαζε λέγων, ἐξ ὧν ὑπῆρξε ταῦτα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐνεγκωμίαζε, præpositione augmenti loco repetita, sicut in ἐνεγύησε, παρενεγγύα, et similibus aliis. Dictum Iphicratis accuratius repetitur infra (cap. IX.) ab Aristotele: ἐξ οἵων εἰς οἷα. BUHLE.

7, 33. Τὸ αὐτοφυὲς] Vide Victorii Comment. p. 139. BUHLE.

7, 33. αὐτοφυὲς τοῦ ἐπικτήτου.] Huc refer Pindaricum, Σοφὸς δ' ὁ πόλλ' εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ, λαβροὶ παγγλωσσία, ἄκραντα γαρυέμεν Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Eandem sententiam alibi haud semel inculcat Pindarus.

7, 33. Αὐτοφυὲς τοῦ ἐπικτήτου· χαλεπώτερον γάρ.] Hæc Victorius eo refert, quod difficile est, id, quod a natura tribui oporteat, studio et industria comparare. Petitus Misc. Obss. I. 20. χαλεπώτερον, quia antea cum voc. σπανιώτερον junctum fuerat, vertit, *rarius et pretiosius*, contra usum linguæ. Mallem equidem αὐτοφυὲς, *nativum*, latius accipere, ut non modo insitum, sed etiam id, *quod domi nascitur*, significet. Te tibi ipsum aliquid comparare difficilius est, quam accipere ab aliis. Itaque difficilius est, αὐτοδίδακτον excellere, quam aliorum institutione adjutum. In verbis, αὐτοδίδακτος δ' εἰμὶ, edd. Ald. Bas. Cam. δ' omittunt. VATER.

7, 33. Ὁ ποιητὴς φησιν, Αὐτοδίδακτος δ' εἰμὶ] Homer. Odyss. X. 347. BUHLE.

7, 34. νεότητα—ἀφαιρεθείη] Similis locutio est Eurip. Suppl. 447. Πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις, Ὅταν τις ὡς λειμῶνος ἡρινοῦ στάχυν Τόλμας ἀφαίρῃ καπολωτίζῃ νέους; Vide III. 10, 7.

7, 34. Ὥσπερ τὸ ἔαρ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὥσπερ καὶ τὸ ἔαρ. BUHLE.

7, 35. καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ ἀδυνάτου.] Alexander Aphrodis. in

Top. p. 125. Οὐκέτι τοῦτο ἁπλῶς αἱρετώτερον, ἀλλὰ τῷ αἱρουμένῳ. Σαφὴς δὲ ὁ τόπος· εἰ γὰρ τῶν συγκρινομένων εἴη τὸ μὲν ἀδύνατον, τὸ δὲ δυνατὸν, αἱρετώτερον τὸ δυνατὸν τούτῳ ᾧ τὸ ἕτερον ἀδύνατον· οἷον, ἐπεὶ μακροβιότης μὲν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἀθανασία δὲ ἀδύνατον, αἱρετώτερον ἂν εἴη ἀνθρώπῳ μακροβιότης ἀθανασίας, ὁμοίως καὶ μετριοπάθεια ἀπαθείας· ἁπλῶς μὲν γὰρ ἀθανασία ἂν εἴη αἱρετώτερον καὶ ἀπάθεια· ἐπεὶ τῷ βελτίονι ταῦτα αἱρετὰ θεῷ· ὅτι γὰρ ἀδύνατα αἱρετὰ λέγει, οὐ τούτοις οἷς ἐστιν ἀδύνατα, ἀλλὰ ἁπλῶς, εἰ εἴη τοιαῦτα, ἔδειξε διὰ τοῦ τὴν σύγκρισιν ποιήσασθαι τὴν κατὰ τὸ αἱρετώτερον καὶ ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου, τοῦτο γὰρ αἱρετώτερον. Ἁπλῶς μὲν οὖν δύναται καὶ τὸ ἀδύνατον αἱρετώτερον ὂν δείκνυσθαι τοῦ δυνατοῦ· τῷ δὲ αἱρουμένῳ τὸ δυνατὸν αἱρετώτερον.

7, 35. τὰ ἐν χρείᾳ.] Auget manifesto beneficiorum vim tempus, angustiæque eorum qui beneficium accipiunt, quod etiam Demosthenes in Leptinen significavit p. 471, 1. Πάντες μὲν γὰρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν, οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ· μάλιστα δὲ οἱ παρὰ τὰς χρείας. VICTOR.

7, 35. καὶ δυοῖν ἐγγ. τ. τ.] Alexander Aphrodis. in Topic. p. 124. b. ita exponit: ὑγιείας αἴτιον καὶ τὸ κείρεσθαι καὶ τὸ γυμνάζεσθαι· ἀλλ' ἐπεὶ τὸ γυμνάσιον ἐγγυτέρω τῆς ὑγιείας, ἄμεινον καὶ αἱρετώτερον· τὸ γὰρ ἐγγυτέρω τοῦ τέλους δοκεῖ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν πρὸς τὸ πρὸ αὐτοῦ αἴτιον, ὃν τὸ τέλος πρὸς αὐτὸ τοῦτο· τέλος γάρ πως καὶ τοῦτο ἐκείνου· οὕτω καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια τῆς ἕξεως αἱρετώτερον· ἐγγυτέρω γὰρ τῆς εὐδαιμονίας, ὃ τέλος ἐστιν ἀμφοῖν. Δόξαι δ' ἂν οὕτως καὶ τὰ ὑγιεινὰ φάρμακα ὡς φυλακτικὰ αἱρετώτερα εἶναι τῶν ποιητικῶν αὐτῆς· τὰ μὲν γὰρ συνυπάρχει τῇ ὑγιείᾳ, τὰ δὲ πρὸς αὐτῆς ἐστιν. Οὕτως ἱππικὴ μὲν ἀμείνων χαλινοποιητικῆς, ἀμφοτέρων συντελουσῶν πρὸς στρατείαν, ὅτι ἐγγυτέρω ἡ ἱππική· τεκτονικὴ δὲ ὑλοτομικῆς, ἀμφοτέρων οὐσῶν πρὸς ναυπηγίαν· καὶ ἰατρικῆς γυμναστικῆ, ἀμφοτέρων πρὸς εὐεξίαν συντελουσῶν.

7, 35. Καὶ τὸ αὐτῷ.] Gallo gallinaceo granum tritici melius est, quam in simeto repertus unio: et capellæ virgultum e salice est acceptius, quam massa e fodina argenti, quanquam hæc illis simpliciter antecellunt. Heracliti adagium est apud Aristot. Ethic. X. 5. *Asino culmi et paleæ auro jucundiores sunt.* Contingere etiam potest, ut quod simpliciter et per se malum est, huic individuo hic aut nunc bonum sit, ut *ægrotare* Vibio Crispo, qui cum ob morbum suum Vitellii immanibus comessationibus non interfuisset, et compotatores Imperatoris subinde omnes e crapula perpetua misere periissent, facete dixit, *nisi ægrotassem, mortuus essem*, ut memorat Dio Cassius LXV. c. 2. SCHRADER.

7, 35. Καὶ τὸ αὐτῷ, ἢ ἁπλῶς] Ald. Ven. Cam. Bas. 1, 2. Frob. καὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἁπλῶς. Isingr. καὶ τὸ αὐτῷ τοῦ ἁπλῶς. Codd. quidam Victorii, vetus interpres Latinus, et Schol. Gr. legerunt: καὶ τὸ αὐτῷ καὶ ἁπλῶς. Georgius Trapezuntius le-

ctionem Aldinam expressit; vertit enim: *præterea quod ipsum, et simpliciter.* Nostram lectionem firmant alius Victorii Cod. et margo ed. Venetæ. BUHLE.

7, 35. Καὶ τὸ αὐτῷ ἢ ἁπλῶς.] Vera hæc lectio est ex libro quodam scripto Victorii. In edd. vett. est: καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἁπλῶς. Alii libri scripti et priscus Intpr. καὶ τὸ αὐτῷ καὶ ἁπλῶς, itemque Cod. antiquissimus, nisi quod ibi καὶ expunctum, et ἢ superimpositum est. Quarum lectionum omnium vestigia sunt in Schol. Gr. in quo præterea non solum ἁπλῶς expressum est, sed aliis etiam ἄλλοις aut ἄλλως videtur lectum fuisse. Locus, ni fallor, ita corrumpebatur, ut τὸ ἁπλῶς explicaretur, *quod uni prodest*, τὸ αὐτῷ, *quod singulis;* vel ita, ut orta lectione τὸ αὐτὸ, *ipsum bonum;* cum his verbis conjungendum videretur τὸ ἁπλῶς, *quod universe prodest.* Utraque ratione opus erat vocula copulativa καὶ, non disjunctiva. Sed vocc. τὸ αὐτῷ et τὸ ἁπλῶς sæpe in his libris leguntur; hoc utilitatem universe patentem, illud privatam significat. Itaque opponuntur.

7, 35. Καὶ τὸ δυνατὸν—τὸ μὲν γὰρ αὐτῷ, τὸ δ' οὔ.] Τὸ δυνατὸν cohæret cum τῷ τέλει; nam, cum fieri possit, ut id, quod sequimur, attingatur: hoc magis expetendum est, quam cum id fieri non possit. In pronuntiato, quod statim sequitur, et quo caussa rei adjicitur, hæc supplenda sunt: τὸ μὲν γὰρ δυνατὸν ἕσεται αὐτῷ, *assequetur id, quod fieri potest, eoque juvabitur.* Hoc plane diversum est a forma loquendi, de qua modo diximus, τὸ αὐτῷ scil. ἀγαθὸν vel καλόν. VATER.

7, 35. ἐν τέλει τοῦ βίου.] Finem vitæ appellat, non extremum vitæ tempus, sed id quod pro fine ac scopo actionum suarum omnium sibi unusquisque constituit: is autem est, summatim loquendo, felicitas, ut docuit supra c. V. 1. De felicitate autem non est una omnium sententia. Quatuor illius descriptiones diversas annotavit Aristoteles supra V. 2. quibus, si varia mortalium ingenia et studia circumspiciantur, plures addi possunt. Sensus ergo propositionis hujus est: ea quæ sunt in felicitate, quam sibi quisque ut finem vitæ et actionum suarum (recte an secus, nunc non disquiritur) proposuit, meliora censentur, quam alia quæ ab ea plane sunt diversa, aut absunt longius. Quæcunque enim ad vitæ totius nostræ constitutum summum scopum finemque pertinent, illa bonis omnibus aliis merito a nobis anteponuntur. In fine autem isto sunt, illius definitio, partes, proprietates, adjuncta, effectus. Atque hanc Rhetoris nostri mentem esse liquet e loco illo parallelo Topic. III. i, 16. Τὸ πρὸς τὸ τοῦ βίου τέλος αἱρετώτερον μᾶλλον, ἢ περ τὸ πρὸς ἄλλο τι. *Quod ad vitæ finem pertinet, optabilius est eo, quod ad alium quempiam finem.* Addit exemplum, *ut quod ad felicitatem pertinet, optabilius est eo quod ad prudentiam.* SCHRADER.

7, 35. Μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς τῷ τέλει] Ven. Cam. Isingr. Ricc. Spir. Majorag. μᾶλλον τὰ πρὸς τῷ τέλει. BUHLE.

7, 35. Μᾶλλον τὰ πρὸς τῷ τέλει.] Victorius meliorum codd. scriptorum et edd. Ald. Ven. consensu dedit hanc lectionem, quæ per se melior est, quam altera: μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς τῷ τέλει. Hæc in Schol. Gr. et in edd. Isingr. Cam. Bipont. invenitur; eaque posita, distinguuntur τὰ ἐν τέλει τοῦ βίου et τὰ πρὸς τῷ τέλει, illa ad finem pertinent, hæc a fine remota sunt. Sed hæc distinctio non est vera, quia πρὸς τῷ τέλει id non significat. Quare lectionem priorem præfero. In voce τοῦ βίου videtur vis orationis inesse. Antea de fine universe disputabatur; nunc de fine τοῦ βίου h. e. de eo, quo propositum totius vitæ continetur. Atque hic est verus finis. *Quæ* igitur *ad verum hunc finem pertinent* (τὰ πρὸς τῷ τέλει), *magis sunt fines*, quam alia. Si τέλος τοῦ βίου de vita extrema accipitur, cetera non satis conveniunt. Tunc enim vocabulum τέλος in diversis significatibus parum accurate conjungitur. Muretus legebat, Καὶ τὰ πρὸς τῷ τέλει, ut novum genus bonorum excellentium. VATER.

7, 35. τέλη γὰρ μᾶλλον τὰ πρὸς τῷ τέλει.] Id est, *magis sapiunt naturam finis, quæ proxime illi juncta sunt.* Itaque τὰ ἐν τέλει, et τὰ πρὸς τῷ τέλει hic non opponuntur, sed eandem fere vim habent. Nec recte Muretus noster peculiarem πρότασιν confecit ex ultimis his verbis, quæ tantummodo sunt præcedentium declaratio. Græcus Scholiastes legit τέλη γὰρ μᾶλλον εἰσι, ἢ τὰ πρὸς τῷ τέλει. Abest autem a libris melioribus ista comparationis particula, nec agnoscit eam antiquissima versio Latina, prima quæ MS. exstat in Acad. nostræ bibliotheca: ita enim vertit, *Fines magis quæ apud finem.* SCHRADER. Et sic MS. Balliol. ubi *Fines enim m.*

7, 36. τῶν πρὸς δόξαν.] Topic. III. 3. Ὅρος δὲ τοῦ πρὸς δόξαν, τὸ μηδένος συνειδότος μὴ ἂν σπουδάσαι ὑπάρχειν. Alexander p. 139. Οὕτως ὑγίεια κάλλους αἱρετωτέρα· τὴν μὲν γὰρ ὑγίειαν δι' αὐτὴν αἱρούμεθα, κἂν μηδεὶς εἴσεσθαι μέλλῃ, τὸ δὲ κάλλος διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ δόξαν· μάταιον γοῦν δοκεῖ τὸ κάλλος εἶναι μὴ γνωριζόμενον.

7, 37. φασὶ] Pronuntiata sunt hæc ex opinione ac judicio vulgi, quod ex verbo quoque φασὶ declaratur: multitudo enim utilitatem spectat, quæstumque virtuti præfert. Improbam hanc sententiam suadent duo versus apud Plutarch. de Aud. Poet. p. 18. D. Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο, Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος ἔνθα κερδανεῖς. Contra Amphiaraus, optimus vir, apud Æschyli S. Theb. 598. Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. Thrasymachus vero sophistes fuit, qui injustitiam ornavit, persequendamque esse multis fallacibus argumentis docuit, abjiciendam autem justitiam. VICTOR. Thrasymachi disputatio legitur apud Platonem de Rep. L. I.

7, 38. Καὶ *πράττειν τὰ καλὰ*] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. *καὶ τὸ πράττειν τὰ καλά*. BUHLE.

7, 39. Ὥστε *ὑπάρχει*] Cod. quidam Victorii et vetus interpres Latinus *ὥστε ὑπερέχει*. Vid. Victorii Comment. p. 142. BUHLE.

7, 39. *ὥστε ὑπάρχει.*] In antiquissimo libro tanquam correcta et emendata vox illa est *ὑπάρχει*, et ex ipsa factum *ὑπερέχει*, quam lectionem sequitur etiam vetus tralatio: et sane hæc verba apud hunc scriptorem negligentia librariorum sæpe depravata sunt, et ob similitudinem inter se commutata. In communi lectione illud molestum est, quod non bene video quam vim illic habeat adverbium *ὥστε*: neque enim quicquam novi affert, ut faceret, si legeretur *ὑπερέχει*, esset enim confirmatio ejus, quod dixerat, illud majus bonum esse, cum plura simul, hoc sensu, *quare cum plura sint, superat*. Quæ vero sequuntur verba, enumeratio erunt eorum bonorum, quæ in eo continerentur, quod præstare dixerat: est tamen, si ita etiam legas, in verbis asperitas aliqua. VICTOR.

7, 40. *καὶ δυοῖν κ. τ. λ.*] E. g. Justitia an fortitudo præstet, clarius liquebit dubitanti, si ambæ Principi apponantur: clarum enim est principem justum forti præstare, unde et justitiam ipsam fortitudini antecellere recte colligas. SCHRADER.

7, 40. Καὶ *δυοῖν ὃ τῷ αὐτῷ προστιθέμενον*] Ald. Bas. 1. 2. et Frob. *καὶ δυοῖν αὖ τι προστιθέμενον*. Ed. Isingr. *καὶ δυοῖν ἄν τι προστιθέμενον*. BUHLE.

7, 40. Ἢ *ἃ λανθάνει*] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. *ἢ λανθάνει*. BUHLE.

7, 40. Πρὸς *ἀλήθειαν γὰρ τείνει ταῦτα*] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Isingr. Ricc. *πρὸς ἀλήθειαν γάρ τινα ταῦτα*. Ven. *τίνει ταῦτα*. Vitiose. In marg. Isingr. *γάρ τινι ταῦτα*. BUHLE.

7, 40. Διὸ *τὸ πλουτεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν*] Sic legunt Ald. Bas. Ricc. Spir. Firmavit quoque hanc lectionem Codd. auctoritate Victorius. Cam. et Majorag. *διὸ καὶ τὸ πλουτεῖν κ. τ. λ.* Ven. *διὸ καὶ τὸ πλουτεῖν καὶ δοκεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν*. Georg. Trapezuntius vertit: *Ita majus bonum est divitem esse, quam videri*. BUHLE.

7, 40. *πλουτεῖν καὶ δοκεῖν.*] *Divitem et esse et videri*. Ita Muretus vertit, editos quosdam codices et Gr. Schol. sequutus. Censuit enim verba ista exemplum esse ipsius propositionis. Atque certum sane est plura bona uni antecellere. Τὸ *πλουτεῖν καὶ φαίνεσθαι μεῖζον τοῦ πλουτεῖν καὶ μὴ φαίνεσθαι*, ait hic Gr. Schol. Mihi vero potior visa est a P. Victorio publicata ista lectio, *τὸ πλουτεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν, divitem esse, videri potest majus bonum, quam divitem existimari*. Hanc enim in omnibus pene MSS. se invenisse testatur, quam et nostræ exprimunt veteres duæ tralationes Latinæ, scriptæ in mem-

brana. Eandem præfert vetustissima versio, qua ante quadringentos fere annos usus est Ægidius D. Thomæ auditor. Neque vero verbis illis exemplum ipsius προτάσεως, sed rationis propositioni additæ quoddam consectarium continetur. Et perperam Muretus, sententiæ suæ firmandæ caussa, verba ipsa violenter transmutat, δοκεῖν nempe in πλουτεῖν, quam licentiam Phœbus et Musarum Chorus Criticorum nationi minime indulsit. SCHRADER.

7, 40. Διὸ τὸ πλουτεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν.] Altera lectio est ex ed. Ven. διὸ τὸ πλουτεῖν καὶ δοκεῖν φανείη κ. τ. λ. Muretus correxit: διὸ τὸ πλουτεῖν καὶ δοκεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ πλουτεῖν. Quæ tamen omnia sententiam non satis explent. In codd. Victorii pæne omnibus et in prisco Intpr. deest τὸ δοκεῖν, quod in Veneta additur. Locus manifesto corruptus est. Hæc enim propositio est exemplum eorum, quæ antecedunt: *Quæ cum adsint, non lateant, præstare iis, quæ lateant.* Exspectaveris igitur, ut dicatur, διὸ τὸ πλουτεῖν καὶ δοκεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ (πλουτεῖν καὶ) μὴ δοκεῖν. Subaudiri potest posterius πλουτεῖν, sed μὴ δοκεῖν abesse non potest, quoniam in latendo est vis hujus exempli. Itaque isto modo putaverim Aristotelem scripsisse, neque dura est mutatio, quoniam in voce δοκεῖν manifesta corruptelæ sedes est. Ad sententiam potest conferri c. V. 7. πλοῦτον μᾶλλον εἶναι ἐν τῷ χρῆσθαι ἢ ἐν τῷ κτῆσθαι. Maluerim tamen hoc exemplum ex alio loco, ubi vel ad orationem Aristotelis pertineret, vel margini adscriptum esset, huc esse translatum. Ut ad verba §. 37. ὅσα εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν βούλονται, maxime sunt apposita, quæ nostro in loco vulgo leguntur. Caussa, cur translatum fuerit, est in similitudine argumenti et in iis, quæ antecedunt, πρὸς ἀλήθειαν γὰρ τείνει ταῦτα. Ad hæc quoque exemplum conformabatur, si non aliunde translatum, sed corruptum est. Utramque conjecturam meam firmat Schol. Gr. qui locum nostrum expressit his: Καὶ τὸ πλουτεῖν καὶ φαίνεσθαι μεῖζον τοῦ πλουτεῖν καὶ μὴ φαίνεσθαι. Ad §. 37. vero exemplum hoc habet: καὶ μᾶλλον ἔχειν τις πλουτεῖν βούλεται ἢ δοκεῖν. VATER.

7, 41. Τοῖς μὲν μόνον] Ald. Ven. Bas. Spir. Cam. Majorag. τοῖς μὲν μόνοις. In marg. Ven. τοῖς μὲν μόνως. Nostram lectionem tuentur Codd. Victorii. BUHLE.

7, 41. ἑτερόφθαλμον.] Demosthenes c. Timocratem p. 744. Ὄντος γὰρ νόμου (παρὰ τοῖς Λοκροῖς scil.) ἐάν τις ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἀντεκκόψαι παρασχεῖν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ οὐ χρημάτων τιμήσεως οὐδεμιᾶς, ἀπειλῆσαί τις λέγεται ἐχθρὸς ἐχθρῷ, ἕνα ἔχοντι ὀφθαλμὸν, ὅτι αὐτοῦ ἐκκόψει τοῦτον τὸν ἕνα. Γενομένης δὲ ταύτης τῆς ἀπειλῆς, χαλεπῶς ἐνεγκὼν ὁ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἡγούμενος ἀβίωτον εἶναι αὐτῷ τὸν βίον τοῦτο παθόντι, λέγεται τολμῆσαι νόμον εἰσενεγκεῖν, ἐάν τις ἕνα ἔχοντος

ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἄμφω ἀντεκκόψαι παρασχεῖν, ἵνα τῇ ἴσῃ συμφορᾷ ἀμφότεροι χρῶνται. Vide Diodorum Siculum XII. 17. ibique Wesselingium.

7, 41. ἀγαπητὸν *carum* valet, ut puto, idque significare voluit Catullus, cum inquit, *si quid carius est oculis*, quo uno se aliquis consolatur, in quo omnem spem suorum gaudiorum collocatam habet, quo impetrato ac retento contentus vivere potest. VICTOR. Ἀγαπητὸς, seu paganos videas sive Hellenistas, idem quod μονογενὴς est, *unicus* sive *unigenitus*. Ita Homero Astyanax ἀγαπητὸς dicitur, non enim alium habebat Hector. Il. Z. Ἑκτορίδην ἀγαπητόν. Interpres et Hesychius Ἀγαπητὸν, μονογενῆ.—Parum igitur dixerunt, qui et hic et in Matthæo *dilecti* voce usi sunt. Ἀγαπητὸς enim, *præter quem alius non datur*; ut cum philosophorum princeps oculum monoculi ἀγαπητὸν dixit. D. HEINSIUS, Exercit. Sacr. in Marc. I. v. 11.

7, 41. Τὸν δὺ ἔχοντα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὸν δύο ἔχοντα, sine apostropho. BUHLE.

7, 42. Ἀγαπητὸν γὰρ ἀφῄρηται] Ven. Spir. Majorag. ἀγαπητὸν γὰρ μόνον ἀφῄρηται. Cam. et Isingr. ἀγαπητὸν γὰρ καὶ μόνον ἀφῄρηται. Vetus interpres Latinus legit: ἀγαπητὸν γὰρ μόνως ἀφῄρηται. Georg. Trapezuntius vertit: *carum enim et unicum luscus amisit*. Nostram lectionem agnoscunt Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. et Victorii Codd. omnes. BUHLE.

CAP. VIII.

8, 2. ἔτι.] Non mores tantum et leges, sed et penes quam reip. partem τὸ κύριον, hoc est leges ferendi, et de ceteris omnibus, quæ ad reip. salutem pertinent, statuendi potestas sit, scire oportet. Prout enim summa rerum vel in unius, vel in paucorum, vel in plurium, vel in optimatum, vel in divitum manu est, ita quoque alia est atque alia reip. forma. Quid nomine τοῦ κυρίου comprehendatur disertius tradit Polit. IV. xiv. 4. SCHRADER.

In una republica multi sunt ordines: sed alius alio majorem habet auctoritatem. Qui igitur ordo summam habuerit in civitate potestatem, ejus decreta erunt firma. Verum potestates pro statu reip. distribui solent: itaque quot sunt reip. genera, tot sunt etiam summæ potestates. MAJORAG.

8, 2. κύρια.] In Rep. I. ipse κύριον civitatis appellat τοὺς πολιτευομένους, et qui totam remp. in potestate sua habent, ac de summis rebus ex sententia sua statuunt. In IV. quid κύριον in civitatibus, et quæ vis ejus sit, uberius docet. Demosthenes quoque eodem intellectu idem verbum usurpavit. VICTOR. Demosthenes de F. L. p. 424, 11. ed. Reiske. οἱ δὲ λοιποὶ, καὶ

τὰ κύρια, ἅττα ποτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, οὓς δεῖ τούτους κολάζειν κ. τ. λ.

8, 2. Τὸ σῶζον τὴν πόλιν] Revocavi pristinam lectionem Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Habent eandem nonnulli Victorii Codd. Georg. Trapezuntius vertit: *quod* civitatem *conservat*. Alii Victorii Codd. vetus interpres Latinus, et marg. Ven.: τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν. Hinc ex ed. Victorii πολιτείαν in omnes ceteras edd. manavit. Attamen vix ab Aristotele scriptum est, *utile esse, quidquid civitatis* constitutionem *conservet;* quomodo enim fugere potuerit πολιτικώτατον virum, constitutionem civitatis aliquam *pessimam* esse *posse*, non assequor; contra recte dicitur, *utile esse, quidquid* civitatem *conservet*. Igitur πόλιν legendum est, non πολιτείαν. Nimis Victorius favit nonnunquam Codd. suis. BUHLE.

8, 2. Τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν, *quod conservat statum rei publicæ*. Edd. vett. et Bipont. τὴν πόλιν. Contra vulgatum propter auctoritatem meliorum Victorii codd. prisci Intpr. et Schol. Gr. jure præfertur. Nam in iis, quæ antecedunt et quæ sequuntur, de diversitate status rerum publicarum (τῶν πολιτειῶν), h. e. de formis civitatum diversis agitur. Itaque πολιτεία est status rei publicæ, quo eodem sensu πόλις, si reciperetur hæc lectio, intelligenda esset. Ne quis cum editore novissimo existimet, incommode dici, *conducit id, quod conservat statum rei publicæ*, quoniam in pessima civitatis constitutione id non prosit. In ejusmodi pronuntiatis sumitur, rem publicam bene esse constitutam, idque eo facilius sumebatur apud veteres, quo sanctiora et antiquiora haberentur instituta patriæ. VATER.

8, 2. Ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφανσις] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφασις. Quam lectionem si sequaris, sensus exit hic: *Nam dominatus quidem est domini negatio* s. *recusatio*. Miror editorum stuporem, qui absurdam hanc sententiam esse non animadverterent. Orta est haud dubie lectio ex mendo typographico in ed. Victorii. Ibi impressum est ἀπόφασις. Vertit tamen Victorius: *quod decretum fuerit a principe civitatis*. Equidem jure meo ἀπόφανσις reposui. BUHLE.

8, 2. Δῃρηται κατὰ] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Majorag. διῃρηται καὶ κατά. BUHLE.

8, 3. τέσσαρες.] De formis rerump. hoc in loco exoterice, i. e. opinioni receptæ convenienter, loquitur, de quibus omnibus acroamatice, h. e. accuratius et ex rei veritate, agit Polit. III. et IV. ac succincte Ethic. VIII. x. Quod autem vulgus, quem hic sequitur, quatuor species reip. numeret, indicat quoque Polit. IV. vii. 1. SCHRADER.

8, 3. Εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι τέσσαρες.] Aristoteles hic quatuor, aut potius, divisa postea monarchia, quinque partes facit forma-

rum rei publicæ. In Politicis (III. 7. IV. 2.) sex constituuntur. Duplici ratione ibi distinguuntur, primo, utrum rectæ, an pravæ; dein ex diversitate eorum, penes quos in unaquaque potestas est. Nostro in loco nonnisi posteriori ratione. Atque ita Oligarchia et Aristocratia hic discernuntur, quia alii in hac, alii in illa imperant. In Monarchia contra, æque ac in Tyrannide, idem unus est, qui regnet; itemque in Politia, proprio nomine ita vocata, in qua eadem multitudo, sed in Politia, hic prætermissa, accommodate ad communem utilitatem rem publicam administrat. Accurata tractatione hic nihil opus erat. Ab ipso Aristotele ad libros de Republica ablegamur. VATER.

8, 3. Τούτων τι ἂν εἴη] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τούτων ἂν εἴη. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. τούτων δὴ ἂν εἴη. Secutus sum Victorium. BUHLE.

8, 4. Κλήρῳ διανέμονται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. κλήροι διανέμονται. BUHLE.

8, 4. Ἐν ᾗ οἱ κατὰ παιδείαν.] Ed. Cam. οἱ non habet. VATER.

8, 4. Ἐν τοῖς νομίμοις] Ita dedit Victorius e Cod. MSto. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. ἐν τοῖς νόμοις. Spir. neutrum habet. BUHLE.

8, 4. κατὰ τάξιν τινα.] Hoc vocat Thucydides I. 13. ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

8, 5. Τὸ δὴ τέλος] Isingr. τὸ δὲ τέλος. Melius. BUHLE.

8, 5. Τὰ πρὸς παιδείαν] Cod. Victorii: τὰ περὶ παιδείαν. BUHLE.

8, 5. Βασιλείας δὲ τὸ ἐννόμως ἐπιστατεῖν.] Legit hæc Schol. Gr. at non legit ullus veterum interpretum Latinorum, nec in ullis MSS. illa reperit Victorius, merito itaque delevit: præsertim cum Aristoteles Tyrannidis voce, ut et alibi fecit, regnum hic complectatur, cui pariter cautionem ac custodiam, sed legum tuendarum caussa, concedit Polit. III. xi. §. pen. SCHRADER.

8, 5. Καὶ τὰ νόμιμα] Ven. Isingr. Spir. his addunt: βασιλείας δὲ τὸ ἐννόμως ἐπιστατεῖν. Agnoscit hæc quoque Scholiastes Græcus. Cum tamen additamentum respuant Codd. MSti omnes, versiones veteris interpretis Latini, Georgii Trapezuntii, et Hermolai Barbari, Ald. Bas. Cam. Ricc. Victorius recte illud textu ejecit. BUHLE.

8, 5. Καὶ τὰ νόμιμα· τυράννιδος δὲ φυλακή.] Aristoteles hoc loco distinguit fines, singulis rebus publicis propositos. Sæpe utitur ejusmodi partitionibus; in quibus opposita accurate explicantur. Quare mirum videtur, prætermissum esse βασιλείας τέλος. Ex Schraderi sententia τύραννις simul complectitur βασιλείαν. Quod ut in aliis locis interdum inveniatur, siquidem τύραννος apud veteres pro μονάρχῃ dicitur, id hic locum habere non potest. Hic enim distinguuntur βασιλεία et τύ-

τὰ κύρια, ἅττα ποτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, οὓς ἔδει τούτους κολάζειν κ. τ. λ.

8, 2. Τὸ σῶζον τὴν πόλιν] Revocavi pristinam lectionem Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Habent eandem nonnulli Victorii Codd. Georg. Trapezuntius vertit: *quod* civitatem *conservat*. Alii Victorii Codd. vetus interpres Latinus, et marg. Ven.: τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν. Hinc ex ed. Victorii πολιτείαν in omnes ceteras edd. manavit. Attamen vix ab Aristotele scriptum est, *utile esse, quidquid civitatis* constitutionem *conservet;* quomodo enim fugere potuerit πολιτικώτατον virum, constitutionem civitatis aliquam *pessimam* esse *posse*, non assequor; contra recte dicitur, *utile esse, quidquid* civitatem *conservet*. Igitur πόλιν legendum est, non πολιτείαν. Nimis Victorius favit nonnunquam Codd. suis. BUHLE.

8, 2. Τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν, *quod conservat statum rei publicæ*. Edd. vett. et Bipont. τὴν πόλιν. Contra vulgatum propter auctoritatem meliorum Victorii codd. prisci Intpr. et Schol. Gr. jure præfertur. Nam in iis, quæ antecedunt et quæ sequuntur, de diversitate status rerum publicarum (τῶν πολιτειῶν), h. e. de formis civitatum diversis agitur. Itaque πολιτεία est status rei publicæ, quo eodem sensu πόλις, si reciperetur hæc lectio, intelligenda esset. Ne quis cum editore novissimo existimet, incommode dici, *conducit id, quod conservat statum rei publicæ*, quoniam in pessima civitatis constitutione id non prosit. In ejusmodi pronuntiatis sumitur, rem publicam bene esse constitutam, idque eo facilius sumebatur apud veteres, quo sanctiora et antiquiora haberentur instituta patriæ. VATER.

8, 2. Ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφανσις] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφασις. Quam lectionem si sequaris, sensus exit hic: *Nam dominatus quidem est domini negatio* s. *recusatio*. Miror editorum stuporem, qui absurdam hanc sententiam esse non animadverterent. Orta est haud dubie lectio ex mendo typographico in ed. Victorii. Ibi impressum est ἀπόφασις. Vertit tamen Victorius: *quod decretum fuerit a principe civitatis*. Equidem jure meo ἀπόφανσις reposui. BUHLE.

8, 2. Δῃρηται κατὰ] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Majorag. διῃρηται καὶ κατά. BUHLE.

8, 3. τέσσαρες.] De formis rerump. hoc in loco exoterice, i. e. opinioni receptæ convenienter, loquitur, de quibus omnibus acroamatice, h. e. accuratius et ex rei veritate, agit Polit. III. et IV. ac succincte Ethic. VIII. x. Quod autem vulgus, quem hic sequitur, quatuor species reip. numeret, indicat quoque Polit. IV. vii. 1. SCHRADER.

8, 3. Εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι τέσσαρες.] Aristoteles hic quatuor, aut potius, divisa postea monarchia, quinque partes facit forma-

rum rei publicæ. In Politicis (III. 7. IV. 2.) sex constituuntur. Duplici ratione ibi distinguuntur, primo, utrum rectæ, an pravæ; dein ex diversitate eorum, penes quos in unaquaque potestas est. Nostro in loco nonnisi posteriori ratione. Atque ita Oligarchia et Aristocratia hic discernuntur, quia alii in hac, alii in illa imperant. In Monarchia contra, æque ac in Tyrannide, idem unus est, qui regnet; itemque in Politia, proprio nomine ita vocata, in qua eadem multitudo, sed in Politia, hic prætermissa, accommodate ad communem utilitatem rem publicam administrat. Accurata tractatione hic nihil opus erat. Ab ipso Aristotele ad libros de Republica ablegamur. VATER.

8, 3. Τούτων τι ἂν εἴη] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τούτων ἂν εἴη. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. τούτων δὴ ἂν εἴη. Secutus sum Victorium. BUHLE.

8, 4. Κλήρῳ διανέμονται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. κλήροι διανέμονται. BUHLE.

8, 4. Ἐν ᾗ οἱ κατὰ παιδείαν.] Ed. Cam. οἱ non habet. VATER.

8, 4. Ἐν τοῖς νομίμοις] Ita dedit Victorius e Cod. MSto. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. ἐν τοῖς νόμοις. Spir. neutrum habet. BUHLE.

8, 4. κατὰ τάξιν τινα.] Hoc vocat Thucydides I. 13. ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

8, 5. Τὸ δὴ τέλος] Isingr. τὸ δὲ τέλος. Melius. BUHLE.

8, 5. Τὰ πρὸς παιδείαν] Cod. Victorii: τὰ περὶ παιδείαν. BUHLE.

8, 5. Βασιλείας δὲ τὸ ἐννόμως ἐπιστατεῖν.] Legit hæc Schol. Gr. at non legit ullus veterum interpretum Latinorum, nec in ullis MSS. illa reperit Victorius, merito itaque delevit: præsertim cum Aristoteles Tyrannidis voce, ut et alibi fecit, regnum hic complectatur, cui pariter cautionem ac custodiam, sed legum tuendarum caussa, concedit Polit. III. xi. §. pen. SCHRADER.

8, 5. Καὶ τὰ νόμιμα] Ven. Isingr. Spir. his addunt: βασιλείας δὲ τὸ ἐννόμως ἐπιστατεῖν. Agnoscit hæc quoque Scholiastes Græcus. Cum tamen additamentum respuant Codd. MSti omnes, versiones veteris interpretis Latini, Georgii Trapezuntii, et Hermolai Barbari, Ald. Bas. Cam. Ricc. Victorius recte illud textu ejecit. BUHLE.

8, 5. Καὶ τὰ νόμιμα· τυράννιδος δὲ φυλακή.] Aristoteles hoc loco distinguit fines, singulis rebus publicis propositos. Sæpe utitur ejusmodi partitionibus; in quibus opposita accurate explicantur. Quare mirum videtur, prætermissum esse βασιλείας τέλος. Ex Schraderi sententia τύραννις simul complectitur βασιλείαν. Quod ut in aliis locis interdum inveniatur, siquidem τύραννος apud veteres pro μονάρχῃ dicitur, id hic locum habere non potest. Hic enim distinguuntur βασιλεία et τύ-

φαννις, ut diversæ rerum publicarum formæ. Μοναρχίας δὲ φυλακὴ scribendum erat, nisi Aristotelem justo negligentius scripsisse dixeris. Itaque sine dubio exciderunt ea, quibus finis βασιλείας significaretur. At quæ in Schol. Gr. in edd. vett. et inde in versione Mureti, inseruntur verba: βασιλείας δὲ τὸ ἐννόμως ἐπιστατεῖν, ea loco non quadrant. Perspicitur id ex diversitate sententiarum. Ἐλευθερία enim, πλοῦτος et φυλακὴ, quæ his verbis respondent, sunt ea, quæ assequi cupiant diversis rebus publicis subjecti præfective. Τὸ ἐννόμως ἐπιστατεῖν vero est via, qua tenditur ad finem, non ipse finis. Jam primo tempore lacuna in hoc loco videtur orta esse, quæ cum in aliis codicibus coiret, in aliis hoc, quod declaravi, inciso expleta videtur. Quid vero exciderit, conjectura non assequor, neque ex libris Politicis id tuto colligi poterit. Fortasse etiam in verbis, ἀριστοκρατίας δὲ τὰ πρὸς παιδείαν, mendum aliquod inest, quanquam in omnibus libris ita legantur. Nam luculenter antea declaratum est, non τὰ πρὸς τέλος, sed ipsa τέλη hic spectari. Exspectaveris igitur, ἀριστοκρατίας παιδεία scriptum esse. Ita Schol. Gr. habet: ἀριστοκρατίας τέλος παιδεία καὶ νόμοι. Φυλακὴν de securitate tyranni explicant. Forsan est potius securitas civitatis ab externis hostibus defensæ. VATER.

8, 5. Ὅτι τὰ πρὸς τέλος.] Edd. Ald. Bas. Cam. πρὸς τὸ τέλος. Eædem edd. et quidam libri scripti paullo post §. 6. τὸ μὲν γὰρ ἑκάστου ἦθος. Vulgatum ἑκάστης est ex cod. Victorii. VATER.

8, 5. Ἑκάστης ἔθη] Isingr. ἑκάστης ἔτι, operarum forsitan peccato. BUHLE.

8, 5. Ἐπαναφέροντες] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀναφέροντες. BUHLE.

8, 6. Τῶν πολιτειῶν ἑκάστης] Τῶν πολιτειῶν ἑκάστου ed. Isingrin. BUHLE.

8, 6. ἑκάστης ἦθος πιθανώτατον.] Socrates apud Platonem in Gorgia non dissimilem huic sententiam protulit; affirmavit enim cunctos homines gaudere, cum audiunt orationem, quæ conveniat moribus et naturæ ipsorum; angi autem, cum alienam ab ingenio suo, et quæ diversæ indoli apta sit, accipiunt. Qui autem delectantur alicujus sermone, facile etiam illo capiuntur et persuadentur. VICTOR.

8, 6. ταῦτα δὲ ληφθήσεται.] Intelligit indolem ac mores: quæ ipsa perceptum iri tradit auxilio earundem rerum, quas supra appellaverat, i. e. consuetudinum, institutorum, ac rerum utilium, et quæ ipsis rebus publicis conducant: his enim animadversis et observatis, affirmat posse intelligi indolem, ac mores singularum civitatis rectionum. VICTOR.

8, 6. ἦθη φανερὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν.] Hinc est illa moratæ orationis descriptio Rhet. II. xxi. 16. ἦθος δὲ ἔχουσιν οἱ λόγοι ἐν

ὅσοις δήλη ἡ προαίρεσις. Poët. c. 6. Ἔστι δὲ ἦθος τὸ τοιοῦτον, ὁ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν ὁποῖά τις ἐστίν. Διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθος ἔνιοι τῶν λόγων, ἐν οἷς οὐκ ἔστι δῆλον, ὅ τι προαιρεῖται, ἢ φεύγει ὁ λέγων. SCHRADER.

8, 7. Ἔτι δὲ περὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας.] Edd. eædem: ἔτι δὲ τῶν περὶ τὰς πολιτείας ἠθῶν. Illud ex cod. Victorii et prisco Intpr. bene repositum est. VATER.

CAP. IX.

9, 1. Μετὰ δὲ ταῦτα.] Absoluto deliberativo genere, ad demonstrativum transit; id enim manifesto significat, cum ostendit se de virtute ac vitio, honestoque ac turpi disserere velle. Cum autem multæ aliæ res et laudentur et vituperentur, in primis virtus verbis exornatur, ac vitium dedecoratur: ceteræque omnes res ad ea referuntur, et prout hujus aut illius participes sunt, honore aut vituperio dignantur. Genus autem hoc a meliori parte ἐγκωμιαστικὸν, nec non ἐπιδεικτικὸν Græcos rhetoras vocasse notum est: ut πανηγυρικὸν etiam, quod in conventibus illis, ubi infinita hominum multitudo, ludorum spectandorum gratia, cogeretur, hujuscemodi orationes fere haberentur. Cicero idem quandoque *exornationem* appellavit. Animadvertendum autem, an quod adnotat Quintilianus verum sit, videri Aristotelem a parte negotiali, h. e. πραγματικῆς, removisse genus hoc dicendi, totumque ad solos audientes relegasse; quod nomine etiam ipso, quo vocatur, significari tradit; id enim ejus nominis, quod ab ostentatione ducitur, proprium esse. Addit vero idem etiam Theophrastum, præceptorem secutum, fecisse, cum contra Romanus mos negotiis etiam hoc munus inseruerit, ut ille accurate docet. Ipse tamen hujus opinionis sum, ut admisceri etiam ipsum sæpe in veris causis existimasse Aristotelem putem; idque infra quoque eum indicasse, cum inquit μετὰ σπουδῆς: neque enim arbitrari possum aliud illis verbis intelligere voluisse, joco an serio, nisi animi causa aliquando hoc fieri, quandoque autem contra, causa majore aliqua hoc negotioque postulante, id adhiberi: secundum enim hoc tempus pertinet, nisi fallor, ad negotium transigendum, cum primum necessitatem nullam in se habeat; quis enim ullius judicii homo crederet eum intellexisse fieri id nunc fortuito temereque, nunc vero diligentia in ea re posita, meditatisque dictionibus? VICTOR.

9, 2. ἐπεὶ δὲ συμβαίνει.] Decrevit in demonstrativo genere locos aperire, quibus et ad laudandum, et ad vituperandum propositiones sumantur eo modo, quo jam in deliberativo docuit. Videndum est, inquit, etiam in hoc genere, sicut in superiore fecimus, unde sumendæ sint propositiones, quo-

niam sæpe fit, ut hoc genus laudandi tractemus, vel tantum oblectationis, atque exercitationis gratia, vel etiam serio, atque studiose, cum vel hominem laudamus, vel Deum, vel inanimatum aliquid, vel animal: sed hæc non exquisite sunt a nobis tractanda, ut in scientiis fieri solet, verum apertius, et pinguiori, quod aiunt, Minerva. Quatuor igitur ponit Aristoteles, quæ laudari solent: hominem, Deum, res inanimatas, animalia. Quod et Quintilianus III. 7, 6. sic ostendit: *Sed proprium laudis est amplificare, et ornare, quæ materia præcipue in Deos et homines cadit: est tamen et aliorum animalium, etiam carentium anima.* MAJORAG.

9, 2. ἄψυχα] His lusibus sese exercebant Sophistæ veteres: Menander Rhetor p. 611. ed. Ald. Ἀμέλει ὅταν χύτρας ἐγκωμιάζωμεν, ἢ ψήφους, ὡς Πολυκράτης, οὐ πάντως καὶ τεθαυμακότες τὴν χύτραν, ἢ τὰς ψήφους ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ γυμνάζοντες ἑαυτοὺς πιθανοῖς τισι λόγοις. Plato Sympos. p. 177. B. τινὶ ἐντύχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἄλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν. Isocrates Laud. Helen. p. 210. B. C. ed. H. St. τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλίους καὶ τοὺς ἄλας, καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν, οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν. Vide Cresollii Theatrum Rhetorum III. 9.

9, 2. περὶ τούτων.] Nimirum de vitio, virtute, honesto, turpi. τὸν αὐτὸν τρόπον. Eodem modo, quo in genere deliberativo de felicitate, utili, pernicioso, agebatur. SCHRADER.

9, 3. Ὃ ἂν δι' αὐτὸ αἱρετὸν ὂν ἐπαινετὸν ᾖ] Desiderantur hæc in Ald. et Bas. 1. 2. et Frob. Isingr. pro ἐπαινετὸν ᾖ habet ἐπαινετόν ἐστιν. BUHLE.

9, 3. καλὸν.] Quod cur expetatur nihil in se habet, nullo modo est honestum: quod expetitur, at propter aliud, in utilium refertur censum: quod porro propter se quidem expetitur, attamen laudabile non est, ne illud quidem honestum aut pulchrum censeri debet. Ethic. Eudem. VII. 15. *Honesta sunt, quæ cum per se sint eligibilia, laudabilia sunt:— Sanitas inter laudabilia non est, nec robur. Bona hæc quidem sunt, non tamen laudabilia.* Ratio petenda e laudis definitione: quam affert infra §. 33. Honesti definitio altera talis est: *Quod bonum cum sit, jucundum est, eo ipso quod bonum.* Prior definitio considerat honestum, quatenus in se habet unde expeti et eligi mereatur: hæc posterior honestum describit, respectu nostri aut eorum quos delectat, quatenus sua bonitate delectat. Malum enim etiam delectat, nec tamen per se, cum simpliciter consideratum detestabile sit, si quem tamen oblectat, vitio fit corruptæ illius mentis. SCHRADER.

9, 4. Definitiones, quæ sequuntur, non esse accuratas facile liquebit, cum iis, quas in acroamatico ad Nicom. opere perscripsit has conferenti: sunt tamen opinioni hominum

omnes consentaneæ, itaque usui orationum non sufficientes tantum, sed et accommodatiores. Vide infra c. X. SCHRADER.

9, 4. *Φυλακτική· καὶ δύναμις.*] Edd. Ald. Bas. Cam. *καὶ* omittunt et voces has jungunt. Contra Cam. §. 6. *ἡ ἀρετὴ καὶ δύναμις*, addito *καὶ*. VATER.

9, 4. *καὶ πάντων περὶ πάντα.*] Proverbium redolent verba hæc: eadem autem, aut paulum immutata, usurpavit Cicero in Ep. ad Cassium XV. 17. *Sed expecta πάντα περὶ πάντων.* Vim autem hanc habent, ut ostendant, qui virtutis compotes sunt, omnia melius quam expertes ipsius facere; et optimum illum animi habitum ad omnes res peragendas adjuvare. VICTOR.

9, 6. *Εἶτα ἡ ἐλευθεριότης*] Abest articulus ab Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Ricc. Majorag. Isingr. *εἶτα ἐλευθερίους.* Non male. BUHLE.

9, 6. *Γὰρ ἐν πολέμῳ.*] Edd. Ald. Bas. Cam. *ἐν* non habent, contra paullo post *ἐστὶ* interjiciunt: *χρήσιμός ἐστι αὐτοῖς.* VATER.

9, 8. *Καὶ ὑπηρετικοὶ τῷ νόμῳ.*] Edd. Ald. Bas. *ὑπηρετική.* Eædem §. 9. in verbis *ἡδονὰς τοῦ σώματος* omittunt articulum *τοῦ.* VATER.

9, 9. *Σωφροσύνη δὲ ἀρετὴ*] Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. *σωφροσύνη δέ ἐστιν ἀρετή.* Magis concinne. BUHLE.

9, 9. *Δι' ἣν*] Eæd. edd. *καθ' ἣν.* Verum *δι' ἣν*, solemnius Aristoteli, legitur etiam in Codd. melioribus Victorii. BUHLE.

9, 12. *Μικροψυχία δὲ τοὐναντίον* puto scholion esse, assentiens Mureto, qui hæc non vertit. *Μικροψυχία* enim paullo post iterum notatur. Schol. Gr. et Victorius repetitionis hanc volunt esse caussam, quod *μικροπρεπεία* duo vitia opposita sint. Tunc vero etiam *ἀνελευθερία* opponi debebat, ut tertium, et forsan plura. VATER.

9, 13. *Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν*] Vetus interpres Latinus legit *περὶ ἀγαθῶν καὶ καλῶν*, teste Morelio. Minus bene. BUHLE.

9, 14. *τὰ ἀπ' ἀρετῆς γιγνόμενα.*] Libellus de Virtute et Vitio, Aristoteli tributus, sub initium: *Ἐπαινετὰ μέν ἐστι τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν καλῶν ἡγοῦνται αἱ ἀρεταὶ, τῶν δ' αἰσχρῶν αἱ κακίαι. Ἐπαινετὰ δέ ἐστι καὶ τὰ αἴτια τῶν ἀρετῶν, καὶ τὰ παρεπόμενα ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν.* SCHRADER.

9, 14. *σημεῖα τῆς ἀρετῆς.*] Virtutis notas appellat, quorum indicio intelligitur virtutem in aliquo esse: quæ enim virtutem significant a virtute profecta esse videntur; neque enim eam indicarent, nisi plerumque inde oriri solerent. Notas vero has, ut cetera signa, consequentes res esse, manareque ex aliquibus rebus perspicuum est: neque enim signa esse possunt, nisi res, quarum signa sunt, existant. VICTOR.

9, 14. Τά τε σημεῖα.] Edd. Ald. Bas. τε omittunt. VATER.

9, 15. Ἀνάγκη, ὅσα τε] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀνάγκη τε, ὅσα. BUHLE.

9, 15. Καλὰ εἶναι] Ven. Cam. et Majorag. addunt ταῦτα. BUHLE.

9, 15. Τὰ δικαίως ἔργα] Isingr. τὰ δικαίως εἰργασμένα. BUHLE.

9, 15. Ἐπὶ τὸ ζημιοῦσθαι.] Ed. Lips. sequitur Ald. et Isingr. Exempla cetera ἐπὶ τοῦ. VATER.

9, 16. Τῶν αἱρετῶν] Ven. et Isingr. τῶν ἀρετῶν. Melius. BUHLE.

9, 17. τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ.] Talia sunt quæ absolute, citra respectum ad hunc hominem, locum, tempusve, bona sunt. Unde τῷ ἁπλῶς, *illi quod simpliciter tale dicitur*, opponuntur τὰ αὑτῷ Rhet. I. vii. 35. et III. xiii. 4. τὰ τούτοις Rhet. III. xix. 1. τὰ τινὶ Top. III. i. τὰ ἡμῖν Magn. Ethic. I. 1. τὰ πρὸς ἄλλα De Gen. Anim. VII. τὰ πῇ, ποῦ, ποτὲ, πρός τι Elench. Soph. V. 1. SCHRADER.

9, 17. Ἐποίησε] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. Spir. Majorag. ἐποίει. Ed. Isingr. ποιεῖ. BUHLE.

9, 17. ὅσα ὑπὲρ τῆς πατρίδος.] Hæc propositio bene cohæret cum antecedenti, sub eadem enim velut exemplum quoddam continetur, ut a Mureto loco moveri non debuerit. Qui enim, ut patriam juvet, commoda sua negligit, is bonum *simpliciter* præfert illi, quod *huic* bonum foret. SCHRADER.

9, 17. τὰ τῇ φύσει ἀγαθά.] Cur hanc πρότασιν expunxerit Muretus, non liquet. Sunt profecto laudationibus minime incongruentes materiæ, genus, parentes, patria, pulchritudo, ingenii acumen, solertia, docilitas, tenax memoria, ingenita animi magnitudo, et quæ a natura proveniunt bona alia. SCHRADER.

9, 18. Τὰ ζῶντι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὰ ζῶντα. Male. BUHLE.

9, 18. Ἔχει τὰ ζῶντι.] Est emendatio, quæ Victorii ingenio debetur. Idem Schol. Gr. habet. Edd. vett. et libri scripti τὰ ζῶντα. VATER. Habent nonnulli MSS. ζῶντι, si collatoris silentio fidendum.

9, 19. Τῶν ἄλλων ἕνεκα] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. τῶν καλῶν ἕνεκα. Nostra lectio a Victorio e Codd. restituta notatur quoque in marg. Ven. BUHLE.

9, 20. Θέλω τι.] Sapphonis verba aliter constituunt viri eruditi. Vide Blomfieldium in Museo Crit. Cantab. I, p. 17. Hermannum Elem. Rei Metr. III. 16. p. 689. In tanta criticorum discordia nos melius rati sumus cum Nækio scripturam codicum pressius sectari.

9, 20. Ἡ ἐφ' οἷς] Ven. Cam. Majorag. non habent ἤ. BUHLE.

9, 20. Εἰπόντος σοῦ Ἀλκαίου] Primus versus Alcæi est; ceteris quatuor Sappho respondet Alcæo. BUHLE.

9, 20. Θέλω τί τ' εἰπῆν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. θέλω τί τ' εἰπεῖν. BUHLE.

9, 20. Αἰ δ' ἴκέ σ' ἐσθλῶν ἵμερος ἢ καλῶν] Ald. et Bas. αἱ δ' ἵκες ἐσθλὸν ἵμερον ἢ καλόν. Ven. Cam. et Majorag. αἰθ' ἵκες ἐσθλὸν ἵμερον ἢ καλόν. In marg. ed. Venetæ, et in edd. Victor. et Ricc. αἱ δ' ἵκες ἐς ἐσθλῶν ἵμερον ἢ καλῶν. Spir. αἱ δ' ἵκες ἐς ἐσθλὸν ἵμερον ἢ καλόν. Cum ed. Victoriana consentiunt quoque Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Editio Lipsiensis veram lectionem hic jam reposuit, et metrum restituit. Nam metrum Alcaicum et hendecasyllabum duobus primis versibus, et iambicum dimetrum hypercatalectum versu tertio violatum erat. Vide ejus præf. BUHLE.

9, 20. Καὶ μή τι εἰπῆν] Ald. Ven. Bas. Cam. Majorag. καὶ μήτ' εἰπεῖν. Victor. Spir. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. καὶ μήτ' εἰπῆν. BUHLE.

9, 20. Αἰδώς κε σεῦ οὐκ εἶχεν ὄμματ'] Edd. vulgatæ omnes præter Lipsiensem: αἰδὼς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα. BUHLE.

9, 20. Περὶ τῷ δικαίῳ.] Ex solo cod. Victorii restitutum est; edd. vett. et codd. ceteri perperam περὶ ᾧ δικαίῳ. VATER.

9, 20. Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω] Ald. Bas. et Ven.: ἀλλ' ἔλεγες περὶ ᾧ δικαίῳ. Vitiose. In marg. Ven.: ἀλλὰ περὶ ᾧ δικαίῳ ἔλεγες. BUHLE.

9, 21. ἀγωνιῶσι.] Valet hic manifesto *ἀγωνιῶσι anguntur, sollicitantur animo:* ἀγωνίαν autem proprio nomine voluit esse Aristoteles metum quendam, qui nos corripit, cum negotium aliquod majus paullo post incepturi sumus: cum enim non videamus qua potissimum via rationeque id aggressuri simus, ut efficere et ad exitum perducere tuto queamus, valde sollicitamur. Problem. II. 31. ipse hoc tradit, ἢ ὅτι ἀγωνία φόβος τίς ἐστι πρὸς ἀρχὴν ἔργου.—Ad h. l. accommodatum exemplum est, quod Cicero de Themistocle narrat Tusc. IV. 19: *Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset; quærentibusque respondebat, Miltiadis tropæis se e somno excitari.* VICTOR.

9, 21. Καὶ περὶ ὧν ἀγωνιῶσι] *Et ea, de quibus homines solliciti sunt.* Gallicus interpres: *Toutes les choses, qui seront pour nous donner de l'inquiétude et du soin.* Ald. Bas. Spir. καὶ περὶ ὧν ἀγωνιῶνται. BUHLE.

9, 21. Verbum ἀγωνιῶσι suspectum videri possit fuisse Mureto, quum vertat *decertant*, i. e. ἀγωνίζονται. In quo videtur erravisse. Nam sensus hic est: Honesta etiam ea putanda sunt, quæ ut nobis comparemus, inquietamur et curam animo suscipimus; nec tamen ita, ut curam metus comitetur:

ex æmulatione enim illa inquietatio oritur etc. Ἀγωνιῶσι verum esse, in primis illud docet, quod sequitur, τοῦτο πάσχουσι. WOLF.

9, 21. ἀγωνιῶσι μὴ φοβούμενοι.] Solicitudinem intelligit laudis causa susceptam, itaque addit μὴ φοβούμενοι, ut eam distingueret ab angore, qui accedit metu impendentis incommodi: hinc fit ut oratores in magno hominum conventu dicturi expallescant, sollicitique sint: cur ita? quia intelligunt agi de ingenii sui existimatione, et verentur ne labantur: at fur, adulter, metuit, ne, si deprehensus fuerit, det pœnas: qui certat, ne victoriam amittat. PORTUS.

9, 21. Καὶ αἱ τῶν φύσει.] Ed. Cam. αἱ non habet. VATER.

9, 24. Καὶ ἀνδρεῖου τὸ μὴ ἡττᾶσθαι] Sic omnes Codd. Victor. Georg. Trapezuntius vertit: *et fortis est invictum esse.* Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ ἀνδρεῖον τὸ μὴ ἡττᾶσθαι. Ita quoque vetus interpres Latinus. BUHLE.

9, 25. μνημονεύματα, nisi fallor, appellat *elogia*, et *quæ memoriam alicujus ornant.* Plutarchus An Seni p. 786. E. μνημόνευμα videtur appellasse rem, *quæ memoria repetitur*, quod Cicero sæpe *recordationem* vocat. Θέαμα δὲ, καὶ μνημόνευμα, καὶ διανόημα τῶν ὄντων, et quæ sequuntur. Non tamen me fugit legi in excusis quibusdam μνημονευτὰ, cum tamen in reliquis et impressis formis et scriptis libris invenerim μνημονεύματα: quare tantum consensum eorum damnare consilium non fuit; qui ita emendarunt, videntur hoc verbum sic cepisse quasi valeat, *quæ feruntur, quæ prædicantur.* Ubi tamen res efficientes voluptatis hoc ipso in libro infra indicat, μνημονευτὰ vocat, *quæ memoria adhuc retinemus:* vetera facta dictave quæ recordamur. τὰ μὲν οὖν μνημονευτὰ ἡδέα ἐστιν. VICTOR. Membranæ Balliolenses reddunt, *et memorialia, et magis quæ magis, et quæ non viventi assequuntur sicut honor assequetur.*

9, 25. Καὶ τὰ μνημονεύματα] Ven. Cam. Isingr. Ricc. Spir. Majorag. καὶ τὰ μνημονευτά. Minus bene. Μνημονεύματα sunt ea, *quæ memoriam alicujus ornant*, et de his Aristoteli sermo est. Μνημονευτὰ sunt ea, ut ipse Aristoteles infra interpretatur, *quæ memoria adhuc retinemus.* Cf. Victorii Comment. p. 161. Vetus interpres Latinus expressit τὰ μνημονευτά· at Georgius Trapezuntius μνημονεύματα. BUHLE.

9, 25. Καὶ τὰ μᾶλλον μᾶλλον. Καὶ ἃ μὴ ζῶντι ἕπεται] Dedit hanc lectionem Victorius ex antiquissimo Codice, et cum hoc facit quoque vetus interpres Latinus. Incipit tum a καὶ novus locus. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. legunt: καὶ τὰ μᾶλλον μᾶλλον· μᾶλλον δὲ καὶ, ἃ μὴ ζῶντι ἕπεται, hoc sensu: *Monumenta magis honorifica sunt præstantiora: magis autem honorifica sunt, quæ mortuum etiam sequuntur.* Equidem hanc lectionem prætulerim. Tuetur eandem Georgius

Trapezuntius. Textum tamen mutare nolui. Codd. quidam Victorii habent: καὶ μᾶλλον τὰ μᾶλλον, ordine verborum aptiori. BUHLE.

9, 25. Καὶ οἷς τιμὴ ἀκολουθεῖ] Cod. quidam Victorii et vetus interpres Latinus: καὶ ᾗ τιμὴ ἀκολουθεῖ. BUHLE.

9, 25. περιττὰ.] Quæ aliis sui generis præstant. Gellius I. xiii. *P. Crassus Mucianus traditur quinque habuisse rerum bonarum maxima et præcipua, quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod juris consultissimus, quod Pontifex Maximus.* Velleius de Pompeio II. 53. *Vir in id evectus, super quod ascendi non potest.* SCHRADER.

9, 25. τὰ μόνῳ.] In Bibliotheca, quæ prima in urbe ab Asinio Pollione publicata est, unius M. Varrónis viventis posita imago est, Plin. VII. 30. *L. Metello tribuit populus R. quod nunquam ulli alii ab condito ævo, ut quoties in senatum iret, curru veheretur ad curiam.* Plin. VII. 43. SCHRADER.

9, 25. Εὐμνημονευτότερα γὰρ] Sic dedit Victorius e Codd. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. εὐμνημόνευτα γάρ. BUHLE.

9, 26. οἷον ἐν Λακεδαίμονι.] Xenophon de Rep. Lac. XI. 3. Ἐφῆκε δὲ (Lycurgus sc.) καὶ κομᾶν τοῖς ὑπὲρ τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν, νομίζων οὕτω καὶ μείζους ἂν καὶ ἐλευθεριωτέρους καὶ γοργοτέρους φαίνεσθαι.

9, 26. Ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον] Cod. Victorii et vetus interpres Latinus: ἐλευθέρου γὰρ σημεῖον. BUHLE.

9, 27. βάναυσον.] Ælian. V. H. VI. 6. Βάναυσον δὲ εἶδέναι τέχνην ἄνδρα Λακεδαιμόνιον οὐκ ἐξῆν. Ad quem locum consulatur Perizonius. Xenophon Œcon. IV. 2. καὶ γὰρ αἵ γε βαναυσικαὶ καλούμεναι καὶ ἐπίῤῥητοί εἰσι, καὶ εἰκότως μέντοι πάνυ ἀδοξοῦνται πρὸς τῶν πόλεων. et quæ sequuntur. Lacedæmoniorum institutis multum tribuebat Xenophon, quem igitur h. l. puto ad ea respicere. De v. βάναυσος multa congessit Valckenær. ad Ammon. p. 215. Aristoteles Eth. Eudem. I. 4. p. 80, 24. βαναύσους δὲ λέγω τὰς ἐδραίας, καὶ μισθαρνικάς.

9, 27. Ἐλευθέρου γὰρ] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐλευθέριον γάρ. BUHLE.

9, 27. Ἐλευθέρου γὰρ, τό.] Vera hæc lectio cod. Victorii et prisco Intpr. debetur. Edd. vett. ἐλευθερίου. VATER.

9, 28. ἐλευθέρου γὰρ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν.] Aristoteles Metaph. I. 2. p. 5, 25. Ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπός φαμεν ἐλεύθερος ὁ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου, οὕτως καὶ αὐτὴ μόνη ἐλευθέρα οὖσα τῶν ἐπιστημῶν· μόνη γὰρ αὕτη αὐτῆς ἕνεκέν ἐστι. Ethic. Nic. IV. 3. ὁ μεγαλόψυχος dicitur πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν, ἀλλ' ἢ πρὸς φίλον· δουλικὸν γάρ. Ut vero his locis πρὸς ἄλλον ζῆν inquit, cum in omni vita quempiam commoda alterius spectare, atque illis toto animo servire, significare vellet, ita etiam Demosthenes pro

Ctesiphonte p. 411. Τοῖς δὲ πρὸς ὑμᾶς ζῶσι, καὶ τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς ἐλεχομένοις. VICTOR.

9, 28. Ληπτέον δὲ καὶ τὰ σύνεγγυς.] Quintil. III. 7. 25. *Quia sit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, utendum proxima derivatione verborum; ut pro* temerario, fortem, *pro* prodigo, liberalem, *pro* avaro, parcum *vocemus: quæ eadem etiam contra valent.*

9, 28. Ὡς ταὐτὰ ὄντα καὶ πρὸς ἔπαινον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὡς καὶ ταῦτα ὄντα καὶ πρὸς ἔπαινον. BUHLE.

9, 28. Nempe si rei aut personæ, corpori aut animo, dictis aut factis, labes quædam insit, quam tu a reprehensione vindicare et potius laudare cupias, circumspiciendum est, quod labi illi sit propinquum, et non tantum a vituperatione immune, sed et laudis compos sit. Ita Ovidius instruit amatorem A. A. II. 657. *Nominibus mollire licet mala; fusca vocetur Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit. Si pæta est, Veneri similis; si flava, Minervæ: Sit gracilis, macie quæ male viva sua est. Dic habilem quæcunque brevis; quæ turgida, plenam; Et lateat vitium proximitate boni.* Atque istiusmodi verborum permutationes amantibus usu venire Plato quoque Rep. V. p. 474. D. et Lucretius IV. sub finem annotarunt. Contra si bonum quoddam rei aut personæ insit, quod ob certas causas extenuare ac potius culpare velis, pariter ea quæ bono illi finitima, nec bona sunt, advertes, et ex iis vituperandi materiam depromes. Fecerunt id inimici Dionis Syracusani, dum ut in vita ejus narrat Plutarchus p. 961. B. πιθανὰ κακιῶν πρόσρήματα ταῖς ἀρεταῖς ἐπιφέροντες αὐτοῦ διέβαλλον, ὑπερηφάνειαν τὴν σεμνότητα, καὶ τὴν παρρησίαν αὐθάδειαν ἀποκαλοῦντες, καὶ νουθετῶν, κατηγορεῖν ἐδόκει, καὶ μὴ συνεξαμαρτάνων, καταφρονεῖν. Potest autem utraque hæc rerum et verborum sive in melius sive in deterius commutatio ideo verisimilius fieri, quia inter extrema, virtuti opposita, unum extremum altero semper est medio propinquius, ut docetur Magn. Ethic. I. 9. Tacitus Germ. c. 30. *Velocitas juxta formidinem, cunctatio propior constantiæ est.* SCHRADER.

9, 28. ψυχρόν.] *Et in rebus gerendis frigidus.* Ita vertit Muretus, plane recedens a recepta lectione, τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον, nec advertens frigus in rebus gerendis non esse laudis materiam, cum tamen laudabile quiddam insidiatori hic apponi debeat. Interim, ut verum fatear, recepta lectio haud immerito est suspecta, quod non appareat, quomodo animosus possit videri insidiator: itaque vix dubitaverim in textum recipere quod in antiquissimo codice Victorius hic reperit, οἷον τὸν εὐλαβῆ ψυχρὸν καὶ ἐπίβουλον. Cautus enim verisimiliter potest et frigidus et insidiator videri. Et sane olim hic non εὔψυχον sed ψυχρὸν fuisse lectum arguit altera

vetus Latina versio quæ est in membranis Academiæ nostræ, ut et illa quam Ægidius Romanus suo in hanc Rhetorica commentario inseruit. Quod si tamen stet sententia Græca verba ut e Florentina P. Victorii ed. in nostra sunt expressa, retinere, tueri illam hoc modo poterimus, ut cautus et animosus junctim sumtus, dicatur timidus et insidiator, quoniam cautus circumspecte, cunctanter, et occulte: animosus, ubi res tandem poscit, fortiter rem aggreditur: occultus autem et fortis aggressor ipsissimus est insidiator. SCHRADER. Locum Ciceronis in Partit. c. 23. bene advocat Schraderus: *Cernenda sunt diligenter, ne fallant nos vitia quæ virtutem videntur imitari. Nam et prudentiam malitia, et temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, et magnitudinem animi superbia in animis extollendis, et despicientia in contemnendis honoribus, et liberalitatem effusio, et fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duritia immanis, et justitiam acerbitas, et religionem superstitio, et lenitatem mollitia animi, et verecundiam timiditas, et illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum, et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. Studiis autem bonis similia videntur ea, quæ sunt in eodem genere nimia.*

9, 28. Τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον] Reperit in antiquissimo Cod. MS. Victorius ψυχρὸν pro εὔψυχον. Idem habet vetus interpres Latinus, et versio antiqua MSta Helmstadiensis. Melius forsitan. Vide Schraderi Comment. p. 114. BUHLE.

9, 28. Τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον.] Muretus vertit: *in rebus agendis frigidus.* Expressit igitur ψυχρὸν, quod poscente sententia ex cod. Victorii et vetere versione Latina Schraderi reducendum est. Schraderus dicit, etiam Ægidium Romanum in versione, Commentario suo subjecta, ψυχρὸν expressisse, quamvis Victorius et Morell. ex suis Intpr. prisci exemplaribus nihil notent diversitatis. Εὔψυχος sensum idoneum non fundit. Nam cum explicetur vel *bene moratus*, vel *prudens*; hæc significatio vocabulo, illa loco non convenit. Si enim verteris: *ut cautum et bene moratum* (dicere oportet) *timidum et insidiatorem*: ἐπίβουλος is est, qui solam bonorum morum speciem præ se fert, qua captet animos hominum, iisque insidietur: idque sane longius petitum est. Huc accedit, quod ψυχρὸν profecto non explicationis caussa margini adscriptum inde in orationem irrepsit; contra a librario, qui hujus vocabuli in hoc loco sensum non attingeret, facile mutari potuit. VATER.

9, 29. Παρακολουθούντων.] Παρακολουθοῦντα sunt, quæ scilicet alicui adjuncta sint, positoque illo et ipsa consequantur. Novam autem rationem tradit purgandi aliquas res aut homines, et eorum vitia in laudes convertendi: cum enim naturas quasdam atque habitus animi plura consequantur, præ-

cipit, ut e consequentibus ipsis, selectu eorum habito, repudiatisque pravis ac reprehensione dignis consequentibus, sumantur, quæ commendare personas illas, aut res possint, quas ornare volumus. VICTOR.

9, 29. *οἷον τὸν ὀργίλον—ἁπλοῦν.*] De his, qui vitia in melius trahunt, agit. Horatius S. I, 3, 31: *at est truculentior, atque Plus æquo liber: simplex fortisque habeatur.* Nam facile irasci probi homines, simplicisque ingenii solent. Cicero de Legg. I. c. 7. *Solent enim, id quod virorum bonorum est, admodum irasci.* Truculentiorem igitur appellarat Horatius, qui admodum irascatur, ac pæne insaniat, qui tamen a bono, quod ita ejus consequens est, simplex potest vocari. VICTOR.

9, 29. *παραλογιστικὸν ἐκ τῆς αἰτίας.*] Suberit fallacia manans ex causa. PORTUS.

9, 29. *Προετικὸς τοῖς πολλοῖς.*] Edd. Ald. Bas. *προαιρετικός.* Paullo post §. 30. Muretus verba *ἢ φιλοσόφοις* omittit. VATER.

9, 30. *Σκοπεῖν δὲ καὶ*] Vertit vetus interpres Latinus: *intendere autem oportet.* Hinc suspicatur Morelius, eum legisse, *σκοπεῖν δὲ δεῖ.* Vix puto. BUHLE.

9, 30. *ὥσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης.*] Apud Platonem Menexeno p. 235. D. *Εἰ μὲν γὰρ δέοι Ἀθηναίους ἐν Πελοποννησίοις εὖ λέγειν, ἢ Πελοποννησίους ἐν Ἀθηναίοις, ἀγαθοῦ ἂν ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος καὶ εὐδοκιμήσοντος· ὅταν δέ τις ἐν τούτοις ἀγωνίζηται οὕσπερ καὶ ἐπαινεῖ, οὐδὲν μέγα δοκεῖ εὖ λέγειν.* Vide Quintil. III. 7, 23.

9, 30. *Τίμιον ὄν*] Deest ὄν in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. quare uncinis illud compescui. BUHLE.

9, 30. *Ὡς ὑπάρχον*] Ald. Bas. Ricc. Spir. *ὡς ὑπάρχει.* Ed. Venet. *ὡς ὑπάρχων.* BUHLE.

9, 30. *ἢ φιλοσόφοις.*] Hæc verba cur Muretus expunxerit, non video, nullum enim usquam deprehendo vestigium a priscis libris id abfuisse. Et habent Philosophi quoque quod magni faciant, et ab aliis magni fieri lubenter audiant, ut non solum quid, sed quare quid, speculari, Eudem. I. 6. Caussas rerum etiam vilium rimari, Part. Anim. I. 5. Verum et falsum contemplari, Metaph. II. 2. De omnibus posse speculari, Metaph. III. 2. SCHRADER.

9, 31. *προϋπηργμένων.*] Προϋπηργμένα vocat, res antea virtute alicujus studioque possessas, laudes, quas sibi quispiam labore suo comparaverit. VICTOR.

9, 31. *Εἰ ὁ εὐτυχῶν μὲν μέτριος· ὁ δ' ἀτυχῶν μεγαλόψυχος*] Cod. quidam Victorii et vetus interpres Latinus: *εἰ εὐτυχῶν μὲν μέτριος· ἀτυχῶν δὲ μεγαλόψυχος.* BUHLE.

9, 31. *Ἢ μείζων γιγνόμενος.*] Edd. Ald. Bas. Cam. *γενόμενος*, idque, ni fallor, melius. VATER.

9, 31. *Καὶ καταλλακτικώτερος.*] Teste Morellio priscus Intpr. vertit: *et in aliis operosior*, ut legerit, *καὶ ἄλλα πρακτικώτερος.*

Schol. Gr. utramque lectionem notat, πρακτικώτερος vero in codice suo habuit. VATER.

9, 31. Τοιοῦτον δὲ] Vide supra ad cap. VII. §. 32. BUHLE.

9, 31. Σιμωνίδου.] Locus, nisi totum carmen inveniretur, obscurissimus, qui tamen nunc scrupulum nullum habet. Est autem apud Thucydidem VI. 59. Ἀνδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις. Ἣ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων Παίδων τ', οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην. VICTOR.

9, 32. Διὸ καὶ τὰ συμπτώματα.] Quomodo imponere possimus iis, qui audiunt, docet: omnia enim temptare conceditur oratori, ut faciat fidem. Colligere igitur debemus, si quid etiam casu forteque recte ab eo umquam factum est. Ea autem de causa cupiebat C. Cassius veteres quasdam suas cogitationes, dignitatis plenas, quarum conscius erat M. Cicero, ab ipso divulgari, ut, quæ postea honeste fecisset, consilio ac ratione facta viderentur. Hæc verba Cassii ipsius sunt in epistola, quam scripsit ad Ciceronem. *Ut hæc novissima nostra facta, non subita nec inconvenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse judices.* Quæ autem συμπτώματα vocat, et quæ ἀπὸ τύχης extare dicit, ita inter se discrepant. Σύμπτωμα est, cum quopiam aliquid agente, et quod nihil ad rem, quæ intervenit, faciat, extrinsecus quippiam excitatum contingit; e. g. deambulante illo solem deficere: ἀπὸ τύχης vero, cum quopiam aliquid agente, alicujus rei gratia, aliquid ex eo actu præter propositum evenerit: ut scrobem facientem, ut arborem serat, thesaurum defossum invenire. VICTOR.

9, 33. Ἔπαινος.] Menander Rhet. Ald. p. 610. Τινὲς μὲν οὖν οἴονται ἀδιάφορον εἶναι ἔπαινον ἢ ἐγκώμιον εἰπεῖν, ὡς ταὐτὸ δηλούντων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων· τινὲς δὲ διαφέρειν φασί· τὸν μὲν ἔπαινον εἶναι μαρτυρίαν τινὸς ἀπ' ἀρετῆς, ἐὰν ἀπὸ μιᾶς ἀρετῆς ἐπαινοῖτο, ὥσπερ τοῦ Ἀριστείδου καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔπαινον εἶναι, δίκαιον γὰρ αὐτὸν ἐπονομασθῆναι, καὶ ἄλλον χρηστὸν, καὶ ἄλλον παῤῥησιαστήν· τὸ δὲ ἐγκώμιον σεσωματοποιημένον εἶναι· ἐγκωμιάζεσθαι γὰρ οὐ μόνον τὸν δίκαιον λέγομεν, ἀλλὰ καὶ τὸν πολλαῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον. Ἕκαστα κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἐγκωμίοις λέγεται, οἷον γένος, παιδεία, τροφὴ, πρᾶξις, ἀπόγονοι, εὐκλεὴς θάνατος. Τοῦ γὰρ παντὸς τὸ σῶμα ἐγκώμιον εἶναί φασι. Καὶ διαστέλλουσί τε τὸ κλέος, καὶ τὴν δόξαν, καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι, καὶ εὐκλεῆ, καὶ ἐπίδοξον. Κλέος γὰρ εἶναί φασι τὴν ἀπὸ ἀρετῆς ἐπιφάνειαν, καὶ εἰ παῤ ὀλίγοις τισὶ μαρτυρεῖται· δόξαν δὲ τὴν παρὰ πολλοῖς ἐπιφάνειαν· καὶ ἡ μὲν πάντως ἀπ' ἀρετῆς γίνεται· ἐπίσημον δ' εἶναι μὴ πάντως τὸ ἀπ' ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τέχνης τινος καὶ ἐπιτηδεύματος· ὅθεν καὶ κιθαρῳδὸν ἐπίσημον λέγομεν, καὶ αὐλητήν. Ἕτεροι δὲ ἔπαινον διαφέρειν ἐγκωμίου ἡγοῦνται τῷ μεγέθει καὶ τῷ πλήθει· τὸν μὲν γὰρ σύντομόν τινα καὶ ἁπλοῦν εἶναι, τὸ δὲ ἐγκώμιον πολὺ καὶ μέγα ἐν κατασκευαῖς γινό-

μενον. Οἱ δ' ὀρθοτέραν εἰπόντες διαφορὰν ἐκείνην φασὶν, ὡς διαφέρει ἔπαινος ἐγκωμίου, ἢ τὸ ἀληθὲς τοῦ πιθανοῦ· οἱ γὰρ ὡς φρονοῦσιν, οὕτως ἀποφαινόμενοι ἐπί τινων μετ' εὐφημίας, οὗτοι ἔπαινον λέγουσι, τὸ κεκτῆσθαι τὴν ἀρετὴν, οὐ τὴν διὰ τοῦ λόγου μαρτυρίαν μόνον παρεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς γνώμης συγκατάθεσιν· ἀμέλει οἱ παλαιοὶ καὶ τὸ συγκατατίθεσθαι μόνον ἔπαινον ἐκάλουν, ὡς παρ' Ὁμήρῳ οἳ δ' ἀπήνευον· (forte οἱ δ' ἄρα πάντες ἀπῆνεον ex Il. Ψ. 539. et al.) τὸ δ' ἐγκώμιον μιμεῖται μὲν τοῦ ἐπαίνου τὴν εὐφημίαν, οὐ μὴν ἔχει γε τὴν συγκατάθεσιν ἀληθῆ παρὰ τῆς ψυχῆς τοῦ τὸ ἐγκώμιον διεξιόντος. Ἀμέλει ὅταν χύτρας ἐγκωμιάζωμεν, ἢ ψήφους, ὡς Πολυκράτης, οὐ πάντως καὶ τεθαυμακότες τὴν χύτραν ἢ τὰς ψήφους ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ γυμνάζοντες ἑαυτοὺς πιθανοῖς τισι λόγοις. Οἰκεῖαι δὲ τῷ μὲν ἐγκωμίῳ δόξαι· καὶ εὐδοξίαι, τῷ δ' ἐπαίνῳ κλέος καὶ εὔκλεια. Δόξα μὲν γάρ ἐστι τὸ προειρημένον· (οἱ οὖν ἐγκωμιάζοντες εἰκότως ταῖς δόξαις τῶν πολλῶν ἀποχρῶνται, πιθανοτήτων ἐπιμελούμενοι·) κλέος δέ ἐστιν ἔπαινος κεκριμένος παρὰ σπουδαίων γιγνόμενος· καὶ ἡ εὔκλεια ἐπίτασις πάλιν τοῦ προειρημένου. Οἱ γοῦν ἐπαινοῦντες οὐ τὸ πιθανὸν ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν σπουδαίων κρίσεσιν συγκατατίθενται. Ἀντικεῖται δὲ πάλιν τῷ μὲν ἐγκωμίῳ ψόγος, τῇ δὲ δόξῃ ἀδοξία. Ψόγος μὲν οὖν ἐστιν ὁ τῷ ἐγκωμίῳ ἀντικείμενος λόγος κατηγορίαν ἔχων, ἀδοξία δέ ἐστιν ἐπίτασις τοῦ προειρημένου. Διὸ πάλιν οἱ τὸν ψόγον μεταχειριζόμενοι ταῖς ἀδοξίαις καὶ ταῖς κακοδοξίαις προσχρῶνται. Τῷ δ' ἐπαίνῳ ἀντίκειται ψόγος, ὁμωνύμως μὲν ἐκείνῳ τῷ ψόγῳ ὃς ἀντέκειτό μοι τῷ ἐγκωμίῳ, ὡς δηλοῦσιν οἱ ὅροι· ψόγος γάρ ἐστιν ὁ τῷ ἐπαίνῳ ἀντικείμενος λόγος, κατηγορίαν τὴν ἀπὸ κακίας ἔχων· δυσκλεὴς δὲ ὁ τῷ κλέει ἀντικείμενος λόγος παρὰ σπουδαίοις γιγνόμενος ἐπίτασιν προσειληφώς· διὸ πάλιν οἱ μεταχειριζόμενοι τὸν ψόγον τὸν ἀντικείμενον τῷ ἐπαίνῳ ταῖς κρίσεσιν τῶν σπουδαίων συγκατατίθενται, πανταχοῦ τὸ ἀληθὲς, οὐ τὸ πιθανὸν, ζητοῦντες. Ἔνιοι δὲ οὕτως ὁρίζονται· ἔπαινος μέν ἐστι λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς, ἐγκώμιον δὲ λόγος ἐμφανίζων πράξεις καλάς· καὶ ὅτι τοὺς μὲν θεοὺς ἐπαινοῦντες τὴν παροῦσαν ἀρετὴν πειρώμεθα σεμνύνειν, ἐγκωμιάζοντες δὲ ἀνθρώπους, οἷον τοὺς ἐν Μαραθῶνι μαχεσαμένους, ἢ ἐν Σαλαμῖνι, πράξεις ἀποφαίνομεν καλάς· καὶ τὴν εὐλογίαν δέ φασιν εἶδος ἐπαίνου, δυνάμενον καὶ ἐν ποιήμασι καὶ ἐν μέλεσι λέγεσθαι, καὶ μὴ πάντως ἐν λόγοις. κ. τ. λ. Hunc locum in paucis e MSS. emendavimus.

9, 33. Ἔστι δ' ἔπαινος λόγος κ. τ. λ.] Difficilior est hujus loci sententia, et constructio interpunctione prava laborat. Declarari discrimen, quod inter ἔπαινον, ἐγκώμιον et μακαρισμὸν sive εὐδαιμονισμὸν intercedit, interpretum consensu constat. Distingui præterea πράξεις et ἔργα, Sturmius putat, secutus speciem (cf. §. 32.). Sed pervertitur loci sententia, si harum vocum diversitas ultra quam huc extenditur. Πράξις est *actio*, quatenus agitur, ἔργον *res gesta*, facinus perpetratum, adjuncta effectus significatione (cf. etiam Plat. Menon. c. 40. init.). Πράξεως igitur consensus cum præceptis virtutis demonstrandus est, et hæc est *laus*. Itaque cum dicatur δεῖ τὰς πράξεις ἐπιδεικνύναι ὡς τοιαῦται: in verbis ultimis est vis oratio-

nis. Hæc verba cum antecedentibus artius cohærent; quare ante δεῖ colo, et post τοιαῦται maxima interpunctione utendum est. In *laudatione* (ἐγκωμίῳ) vero res gestæ enumerantur et describuntur, et orator laudatione fungens operam non in eo ponit, ut ostendat, hanc partem propositi huic virtuti, illi illam convenire. Hoc sumit et amplificando magnitudinem rei exprimit. Potius res istas revera gestas esse, confirmat ex rebus externis, unde simul novus fons laudis manat in hominem, cujus est laudatio; (τὰ δὲ κύκλῳ εἰς πίστιν). Post εἶναι maxima interpunctione, post πράξαντας colo interpungendum est. Nam propositio διὸ—πράξαντας cum antecedentibus non ita conjuncta est, ut ejus caussa in istis insit, quam tamen inesse propter voculam διὸ oporteret, si constructione necterentur. Contra enuntiatum τὰ δ' ἔργα—εἶναι arte cohæret cum vocabulo πράξαντας. Verba πράξαντας et μὴ πεπραχότα sibi respondent, et propositio, διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας, ideo ex ante dictis repetita est, ut adjungeretur, etiam alium quemdam laudari, τὸν μὴ πεπραχότα, id quod duplici particula καὶ quoque significatur. Itaque *utrique laudantur, et qui res gesserunt, et qui nondum gesserunt, sed si occasio data fuisset, gessisse existimandi sunt.* Utrorumque vero inter commendationem hoc differt, quod illorum ἐγκώμιον est, res gestæ enumerari et extolli possunt; his nonnisi ἔπαινος quadrat, quod modo demonstrari potest, eos esse tales, a quibus præclarum facinus exspectari possit. Posterius pronuntiatum, *laudari etiam* μὴ πεπραχότα, ab Aristotele confirmatur his: τὰ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεώς ἐστι; quo tamen inciso junctura verborum interrumpitur. Aristoteles parumper ex instituta constructione excidit. Planius scripsisset: διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας καὶ ἐπαινοῦμεν καὶ μὴ πεπραχότα, εἰ πιστεύομεν εἶναι τοιοῦτον, ἐπείπερ τὰ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεώς ἐστι. *Siquidem quo quis sit habitu animi, ex operibus judicatur; contra ex animi habitu de operibus existimari potest.* Hoc argumentum conjunctum est cum iis, quæ ante dicta sunt, *ex virtute majorum et institutionis genere colligi posse, ex hac gente natum et ita educatum esse talem; h. e. esse tali animi habitu præditum.* Atque hunc nexum spectat particula διό. Ne cogites de expellendo enuntiato, διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας, ut ex superioribus huc translato. Eo enim expulso antecedentia non satis cohærent cum sequentibus. Alii hoc ipso in loco premunt discrimen inter πράξεις et ἔργα. Nullo sententiæ commodo. In τοῖς πράξασι vel actio et propositum considerari potest, vel effectus et eventum. Posterius hoc loco spectatur.

Ex Schol. Gr. intelligitur in nonnullis codd. olim lectum fuisse εὐγένεια καὶ εὐήθεια pro καὶ παιδεία. Præfert tamen vulgatum, ut ad ea, quæ sequuntur, magis appositum. VATER.

9, 33. Ἐγκώμιον.] Aphthonius p. 19. Ἐγκώμιόν ἐστι λόγος ἐκθετικὸς τῶν προσόντων τινὶ καλῶν· εἴρηται δὲ οὕτως ἐκ τοῦ ἐν ταῖς κώμαις ᾄδειν τὸ παλαιόν. Κώμας δὲ ἐκάλουν τοὺς στενωπούς. Διαφέρει δὲ τοῦ ἐπαίνου, τῷ τὸν μὲν ἔπαινον γίνεσθαι ἐν βραχεῖ, τὸ δ' ἐγκώμιον ἐκφέρεσθαι κατὰ τέχνην.

9, 33. τὰ δὲ κύκλῳ.] Scholiastes: τὰ δὲ κύκλῳ καὶ ἐκτὸς εἰς πίστιν παραλαμβάνειν. Eandem locutionem usurpat Aristoteles Ethic. Nic. III. 9. Οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τέλος ἡδύ· ὑπὸ τῶν κύκλῳ δὲ ἀφανίζεσθαι—ubi τέλος est corona et honores, τὰ κύκλῳ δὲ plagæ et verbera. In hoc loco τὰ κύκλῳ sunt εὐγένεια καὶ παιδεία et hujusmodi alia, quæ quasi orbem conficientia et rem cingentia, ad comprobandam illam assumuntur. Maxime ex VICTOR.

9, 33. Ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθὸν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθούς. BUHLE.

9, 33. διὸ καὶ ἐγκ. πρ.] Aristoteles Ethic. Nic. I. c. 12. Ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς, πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων, ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν. Eudem. II. 1. Ἔτι δὲ οἱ ἔπαινοι τῆς ἀρετῆς διὰ τὰ ἔργα· καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν ἔργων· καὶ στεφανοῦνται οἱ νικῶντες, ἀλλ' οὐχ οἱ δυνάμενοι νικᾶν, μὴ νικῶντες δέ.

9, 33. Ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν καὶ μὴ πεπραγότα, εἰ πιστεύοιμεν, εἶναι τοιοῦτον] Æd. edd. et Victor. ἐπεὶ ἐπαινοῖμεν, optative. Vetus interpres Latinus et Hermolaus Barbarus legisse videntur: ἐπεὶ ἐπαινοῖμεν ἂν καὶ μὴ πεπραγότα, εἰ πιστεύοιμεν, εἶναι τοιούτους. Georg. Trapezuntius vertit: *etiam eum, qui non fecit*, laudaremus, *si talem esse crederemus*. Nostram lectionem dedit Morelius. Mihi ἐπαινοῖμεν magis arridet. In antecedentibus pro τῆς ἕξεως marg. ed. Venetæ habet τῆς πράξεως. BUHLE.

9, 33. Optime optimus Reizius monuit de solœcismo vulgati ἐπαινοῦμεν, et vel πιστεύομεν, vel ἐπαινοῖμεν ἂν scribendum esse. Mihi quidem posterius hoc prope necessarium videtur. Nam si in hypothesi, per conjunctionem εἰ expressa, verbum optativi modi est, idem modus verbi etiam in thesi est retinendus. Et manifesta est usus hujus ratio. Non enim (barbare loquar, quo sim brevior,) sola hypotheseos possibilitate effici potest theseos actualitas. Hæc tamen lex hactenus tantum vera est, si thesis eam unam rationem habet, quam hypothesis enunciat. Sin thesis habet duas vel etiam plures rationes, tum si hypothesis modo unam earum rationum enunciat, ejus hypotheseos dubitativa negatio nihil obstat, quo minus thesis, ob alteram rationem posita, certo affirmetur. Ut supra 6, 16. Εἰ τῷ ζῆν μηδὲν ἄλλο ἕποιτο ἀγαθὸν, καθ' αὑτὸ αἱρετόν ἐστιν. Germ. *Wenn auch kein weiterer Vortheil mit dem Leben verbunden* seyn sollte, *so ist* (bleibt) *es doch wünschenswerth.* Sed et illud potest fieri, ut hypothesin actualem thesis sequatur modo possibilis. Ergo si

verbum in hypothesi, per conjunct. *εἰ* expressa, indicativo modo positum est, non ideo est idem verbi modus in thesi retinendus; verum in isto, quem proposui, casu locum habet optativus cum particula potentiali. Ut Plato Apol. Socr. princ. *Εἰ γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε εἶναι ῥήτωρ.* Idem Cratyl. pr. *Εἰ οὖν πῃ ἔχεις συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. Wenn du es errathen* kannst, *so* möchte *ich es wohl hören.* Huic autem generi locus, de quo agimus, subjiciendus non est, sed tertio, quod primum proposui, et quod vulgatissimi usus regulam facit. Tamen ne hanc quidem regulam tenere videntur editores nostri, nec explicant Grammatici. Nos: *Wenn wir* glaubten, *dass er ein solcher wäre—so* würden *wir ihn loben.* Quo modo Latini has tres formas extulerint, atque an Muretus accurate verterit, *Laudaremus, si crederemus,* hujus loci non est inquirere. Et restant alia quoque in hypotheticis dicendi modis suo loco illustranda. WOLF.

9, 33. *ἔργα σ. τ. ε.*] Similiter in Probl. XIX. 27. *αἱ δὲ πράξεις, ἤθους σημασία ἐστι.*

9, 34. *Μακαρισμὸς δὲ καὶ εὐδαιμονισμός.*] Quid discriminis sit inter *εὐδαιμονισμὸν, ἔπαινον,* et *ἐγκώμιον* docet, affirmatque superiorem esse dignitate *εὐδαιμονισμὸν,* complectique eum *ἔπαινον* atque *ἐγκώμιον*: non secus atque *εὐδαιμονία* ipsa beatitudoque virtutem complectatur. Animadvertendum autem est ipsum statim, quod supra exposuerat, servare; tradiderat enim *μακαρισμὸν* et *εὐδαιμονισμὸν* unum idemque esse: quare, altero relicto, dicit *εὐδαιμονισμὸν* in se clausam, et laudem et laudationem habere. *Μακαρίζειν* vel *εὐδαιμονίζειν* est *beatum aliquem ac felicem appellare.* Terentius Heaut. II. 4, 1. cum induxit Bacchidem meretricem ita Antiphilam alloquentem, *Equidem te mea Antiphila laudo et fortunatam judico,* vim horum verborum, nisi fallor, expressit. Sententia, ut opinor, hæc est: cum vere quempiam felicem dicimus, necessario laudes ipsius in eo complectimur, et quasi de rebus ab ipso recte factis integram orationem habemus, quod *ἐγκώμιον* dicitur: quæ enim persona capax est, ut ita dicam, *εὐδαιμονισμοῦ,* illa eodem tempore *ἐπαίνῳ* ornatur, et, quod majus etiam est, *ἐγκωμίῳ.* Verba igitur illa, *καὶ ὁ εὐδαιμονισμὸς περιέχει ταῦτα,* hoc significant: *ταῦτα* enim *ἔπαινον* et *ἐγκώμιον* vocat, de quibus supra disseruerat. Argumento autem ab analogia ducto, hoc probavit: ut enim, inquit, beatitudo necessario virtutes in se continet, ita et *εὐδαιμονισμὸς* necessario et laudem in *ἐγκώμιον* includit. Majus autem quid præstantiusque esse *εὐδαιμονισμὸν* laude declarat ipse Ethic. Nic. I. 12. *τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν· οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ, καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει.* VICTOR. Archytas

Stobæi I. p. 13. Γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπ' ἀρετῇ, ὁ δὲ μακαρισμὸς ἐπ' εὐτυχίᾳ. Hippodamus ibid. CI. p. 554. Ἐκ δύο τούτων ἡ ἀνθρωπίνη εὐδαιμονία συγκεφαλαιοῦται, ἐπαίνῳ τε καὶ μακαρισμῷ· ἐπαίνῳ μὲν τῷ ἐξ ἀρετῆς, μακαρισμῷ δὲ τῷ ἐξ εὐτυχίας. Sequentia excerpta sunt e MS. nuper in Bibliothecam Bodleianam invecto, Canoniciano scil. 41. f. 98. Διαστέλλουσι μέντοι τὸν μακαρισμὸν καὶ τὸν ἔπαινον οἱ ἔξω σοφοὶ, ἐπαινεῖσθαι λέγοντες τοὺς κατορθοῦντας τὰ ἐφ' ἡμῖν, ἤγουν ἀρετὴν, σοφίαν, καὶ ὅσα σπουδῇ καὶ πόνῳ κτᾶσθαι πεφύκασι· μακαρίζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἐπὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν εὐτυχοῦντας, ἤγουν ἐν ὥρᾳ σώματος, ἐν ἀνδρείᾳ, ἐν συνέσει τῇ φυσικῇ, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Ἡ γοῦν ἁγία θεοτόκος ὑμνεῖται μὲν, ἤγουν ἐπαινεῖται καὶ δοξάζεται, παρὰ τῶν πιστῶν διὰ τὴν ἄκραν ἁγνείαν καὶ καθαρότητα, ἃς κατώρθωσεν οἰκείᾳ σπουδῇ· μακαρίζεται δὲ, ὅτι τοιούτου εὐτύχησεν ἀγαθοῦ, καὶ τοιούτου ἠξιώθη χαρίσματος τοῦ δέξασθαι ἐν αὐτῇ δηλονότι τὸν θεόν:—

9, 34. τούτοις δὲ οὐ ταὐτὰ.] Scilicet ἐπαίνῳ et ἐγκωμίῳ.

9, 34. Αὐτοῖς μὲν ταὐτὰ—οὐ ταὐτὰ] Isingr. utrobique ταὐτὸ, singulariter. BUHLE.

9, 35. Ἔχει δὲ κοινὸν] Isingr. ἔχει δέ τι κοινόν. BUHLE.

9, 35. Ἃ γὰρ ἐν τῷ συμβουλεύειν ὑπόθοιο ἂν] Ita dedit Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἃ γὰρ ἂν ἐν τῷ συμβουλεύειν ὑποθοῖο. BUHLE.

9, 36. Καὶ ποῖόν τινα εἶναι] Vetus interpres Latinus ita vertit, ac si legerit: καὶ ὃν καὶ ποῖόν τινα εἶναι. BUHLE.

9, 36. μέγα φρονῶν.] Exemplum ab Isocrate sumtum Evag. p. 197. E. Μέγα φρονῶν οὐκ ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δι' αὐτὸν γινομένοις ἀγαθοῖς. VICTOR. Similiter Panathen. p. 239. C. καὶ μὴ μᾶλλον χαίροντας τοῖς διὰ τύχην ὑπάρξασιν ἀγαθοῖς, ἢ τοῖς διὰ τὴν αὑτῶν φύσιν καὶ φρόνησιν ἐξ ἀρχῆς γιγνομένοις.

9, 37. ἡ δὲ λέξις.] Elocutio vero ipsa erit necessario opposita, cum id, quod immutatur, ex vetante in non vetans transit. PORTUS.

9, 38. τῶν αὐξητικῶν πολλοῖς.] Hanc etiam partem accurate pertractat auctor Rhetorices ad Alexandrum. Quintilianus quoque manifesto hinc sententias illas expressit: *Dum sciamus gratiora esse audientibus, quæ solus quis, aut primus, aut certe cum paucis, fecisse dicetur. Si quid præterea supra spem, aut supra expectationem.* Cum igitur res præstabiles sua vi magnitudineque non habebunt oratores, hoc pacto extollere eas amplificareque poterunt: hæc enim omnia vim habent augendi, unde αὐξητικὰ vocata sunt. VICTOR.

9, 38. Ἢ καὶ ὃ μάλιστα] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Inest aliqua durities in his verbis, si ad antecedentia spectes. Equidem legi malim: ἢ εἰ μάλιστα πεποίηκεν. BUHLE.

9, 38. Ἢ καὶ ὃ μάλιστα πεποίηκεν.] Nemo adhuc explicavit illud ὅ. Natum id videtur ex perperam intellecta structura, et plane delendum. Momenta sunt augendæ laudis, si quis

quid *solus*, vel *primus*, vel *cum paucis*, vel *inter paucos maxime*, i. e. intentius ceteris, fecit. Eodem fere modo loquitur 2, 7, 2. ubi gaudeo certam correctionem mihi a Te præreptam esse, δεομένῳ. WOLF.

9, 38. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα καλά] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἅπαντα γὰρ ταῦτα καλόν. BUHLE.

9, 38. Παρὰ τὸ προσῆκον] Isingr. εἰ παρὰ τὸ προσῆκον. Non male. BUHLE.

9, 38. Παρὰ τὸ προσῆκον.] Schol. Gr. εἰ παρὰ τὸ προσῆκον.

9, 38. Καὶ εἰς ὃν πρῶτον.] Edd. Ald. Bas. εἰς ὅ. VATER.

9, 38. Εἰ τὰ προτρέποντα καὶ τιμῶντα διὰ τοῦτον] Ald. Ven. Bas. Cam. Majorag. διὰ τούτων. Vetus interpres legisse videtur: εἰ τὰ δέοντα καὶ τιμῶντα τὰ διὰ τοῦτον. Georgius Trapezuntius vertit: *si quibus ad virtutem inflammamur, et quibus honoramur, hæc* ab eo *inventa sunt.* In marg. ed. Venetæ διὰ τοῦτον, quod et Victorius in Codd. invenit. BUHLE.

9, 38. Εἰς Ἱππόλοχον, καὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι] Quis Hippolochus ille fuerit, nescio. Monuit Victorius ex Hieronymi Magii Miscell. lib. IV. Cyriacum Stroxium pro Ἱππόλοχον legere maluisse Ἀντίλοχον, ita ut ad Nestoris filium respexerit Aristoteles. Recte tamen hanc conjecturam Victorius reprobavit. De Hippolocho Thessalo, quem Lais Corinthia amavit, a Plutarcho memorato, sermo hic esse nequit.—Harmodius et Aristogiton, Hipparcho, Pisistrati filio, Athenarum tyranno, cæso, honorem consecuti sunt, ut statuæ eorum in foro ponerentur. Thucyd. VI. p. 446. ed. Steph. Aristot. Polit. V. 12. Pausan. I. p. 29. Plin. XXXIV. 4. Conf. Cludius *von den Skolien der Griechen.* Biblioth. d. alten Lit. u. Kunst. P. I. p. 59. BUHLE.

9, 38. Καὶ Ἁρμόδιον—τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι.] Constructio verborum est paullo implicatior. Nam in antecedentibus nihil est, cui subaudito casus quartus necti possit. Εἰς ex vocc. εἰς Ἱππόλοχον repeti nequit. Quare Victorius post Ἱππόλοχον maximam interpunctionem collocat. At articulus impedit, quo minus jungi possit Ἁρμόδιον σταθῆναι. Conjicio post ΚΑΙ excidisse voculam ΔΙ'. Tunc ex antecedentibus intelligitur εὕρηται δι' Ἁρμόδιον. Maxime lætor, spectatissimo Wolfii judicio conjecturam meam probari. VATER.

9, 38. Κἂν μὴ καθ' αὑτὸν] Vetus interpres Latinus vertit: *si non ad eundem.* Forsitan legit κἂν μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν. BUHLE.

9, 38. ἀντιπαραβάλλειν· ὅπερ Ἰσοκράτης.] Panathen. p. 240. Ἡγοῦμαι δὲ χρῆναι τοὺς βουλομένους ἐγκωμιάσαι τινὰ τῶν πόλεων ἀκριβῶς καὶ δικαίως, μὴ μόνον ποιεῖσθαι περὶ αὐτῆς τοὺς λόγους ἧς προειρημένοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωροῦμεν καὶ δοκιμάζομεν ἕτερα παραδεικνύοντες, τῶν καὶ τὴν ὄψιν ὁμοίαν ἐχόντων, καὶ τῆς τιμῆς τῆς αὐτῆς ἀξιουμένων, οὕτω καὶ ταῖς πόλεσι παριστάναι, μὴ τὰς μικρὰς ταῖς μεγάλαις, μηδὲ ταῖς πάντα τὸν χρόνον

ὑφ' ἑτέραις οὔσαις, τὰς πάντα τὸν χρόνον ἄρχειν εἰθισμένας· μηδὲ τὰς σώζεσθαι δεομένας πρὸς τὰς σώζειν δυναμένας· ἀλλὰ τὰς παραπλησίαν καὶ τὴν δύναμιν ἐχούσας, καὶ περὶ τὰς αὐτὰς πράξεις γεγενημένας, καὶ ταῖς ἐξουσίαις ὁμοίαις κεχρημένας, οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τῆς ἀληθείας τύχοιεν. Et quæ sequuntur.

9, 38. Ὅπερ Ἰσοκράτης ἐποίει διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ δικολογεῖν] Magna est in hoc loco lectionis varietas, accurate et acute congesta et dijudicata a Victorio Comment. pag. 175. Ald. Bas. Ricc. et Majorag. διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ δικαιολογεῖν. Ven. Cam. διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τοῦ δικαιολογεῖν. Vetus interpres Latinus et Hermolaus legerunt διὰ τὴν συνήθειαν καὶ ἀσυνήθειαν τοῦ δικαιολογεῖν. Nostram lectionem, quam Georgius Trapezuntius quoque expressit, dedit Victorius plurimorum Codd. MStorum auctoritate fretus. Isocrates nunquam orationes in foro habuit, scripsit autem orationes in genere judiciali; quare probabile est, Aristotelem, maxime illi infensum, hoc loco eum carpere voluisse. Jam vero patet, primum pro δικαιολογεῖν utique legendum esse δικολογεῖν, i. e. *causas in foro dicere;* deinde pro συνήθειαν reponendum esse ἀσυνήθειαν· alias enim totum hoc additamentum jejunum et sensu idoneo destitutum est. Prius in textum jam Victorius recepit; alterum non itidem, et nolui post eruditissimum virum equidem mihi tantum sumere, ut in re incerta meo periculo aliquid mutarem. Lectio veteris interpretis et Hermolai haud dubie inde orta est, quod uterque lectionem utramque in Codd. inveniret, et in unam confunderet. Buhle.

9, 38. Διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ δικολογεῖν.] Edd. vett. δικαιολογεῖν (cf. c. I. 11.). In cod. Victorii et ed. Ven. est ἀσυνήθειαν, quod ne putes esse ideo præferendum, quod verisimile fuerit, Isocrati invidisse Aristotelem. Si carpitur Isocrates, convicium non rusticum esse oportet. Hic autem de scribendis orationibus sermo est, non de recitandis. Nullo igitur modo ἀσυνήθεια eo referri posset, quod Isocrates nullas in foro orationes habuit. Isocratem vero artis, quæ scribendis orationibus continetur, rudem esse, Aristoteles dicere non potuit; ne acerrimus quidem hostis potuisset. Reprehensio, si qua esset, in eo esset posita, quod Isocrates modo judiciales orationes scripserit, earumque indolem ad cetera genera transtulerit. Quod si alibi datur vitio (cf. c. I. 10.), hic non datur. Aristoteles enim præcipit, ut, quos velis laudare, cum aliis contendas, id quod caussarum patroni soleant facere. Idem l. III. 17, 10. commendatur. Itaque συνήθειαν recte habet. Isocrates non carpitur, neque Aristoteles, ubi in aliis hujus operis locis eum nominatim citat, in eum acerbus est. Vater.

9, 38. πρὸς ἐνδόξους συγκρίνειν.] Eruditissimus poeta Catullus ubi laudes Achillis Parcas explicantes inducit, hoc, quod nunc præcipit philosophus, custodivit: Epith. Pel. et Thet.

Non illi quisquam bello se conferet heros, et quæ sequuntur. Cicero De Or. II. *Est etiam cum ceteris præstantibus viris comparatio in laude præclara.* VICTOR.

9, 39. Πρὸς τοὺς πολλοὺς] Ita reposui e Cod. antiquissimo Victorii. Idem habet vetus interpres Latinus. Vulgo: πρὸς τοὺς ἄλλους. BUHLE.

9, 40. Ἐπιτηδειοτάτη] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐπιτηδειοτέρα. Nostrum dedit Victorius e Cod. MSto. BUHLE.

9, 40. Μάλιστα δέχεται τὸ γεγονὸς] In Cam. excidit μάλιστα. Pro γεγονὸς Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. habent γένος. Correxit Victorius, secutus Codicum fidem. Vid. Comment. p. 177. BUHLE.

9, 40. ἐνθυμήματα—ἀσαφές.] Quamvis etiam in deliberativo genere sæpe argumentatione utamur, tamen longe magis necessariæ sunt in judiciali, quoniam in eo semper est aliquid, quod incertum est, et de quo est controversia vel facti, vel nominis, vel juris: quæ vero dubia sunt et incerta, probanda sunt argumentis. Licet igitur in judiciali genere et exempla et amplificationes adhibeantur, tamen tota fere judicii vis ab argumentis pendet. MAJORAG.

9, 40. Διὰ τὸ σαφὲς] Ita dedi ex vetere versione Latina et Isingr. Vulgo: διὰ τὸ ἀσαφές. Verum absurdum est assertum, Aristoteli non tribuendum, *ea, quæ facta sunt, melius et facilius* demonstrari *posse, quoniam* obscura *sint.* BUHLE.

9, 40. Διὰ τὸ ἀσαφές.] Edd. Isingr. et Bipont. et Intpr. priscus διὰ τὸ σαφὲς, quod ita vertitur: *demonstrationem maxime recipit id, quod factum est, cum clarum sit.* At cum res perspicua sit, demonstratione non indiget. Δέχεται ἀπόδειξιν μάλιστα non significat, *facilius adhibetur demonstratio*, sed, *locus demonstrationis maxime in judiciali genere est.* Ibi enim disputatur, utrum aliquid factum sit, nec ne. Atque hoc est τὸ ἀσαφὲς τοῦ γεγονότος. Quod vero δέχεται hac significatione pronuntiatum sit, intelligitur ex locis similibus, qui antecedunt: αὔξησις ἐπιτηδειοτάτη ἐστὶ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς potuit etiam hunc ad modum exprimi: τὴν αὔξησιν μάλιστα δέχεται τὸ καλὸν, utpote ὁμολογούμενον et σαφές. Quare ἀσαφὲς est vera lectio. VATER.

9, 41. Ἐχομένων γὰρ τούτων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. ἐχομένως γὰρ τούτων. Vitiose. BUHLE.

CAP. X.

10, 1. Ald. Ven. Bas. Cam. Majorag. huic capiti et sequentibus inscripserunt: περὶ τοῦ δικανικοῦ εἴδους. BUHLE.

10, 1. συλλογισμούς.] Est enim c. præced. jam præmonitum inter formas argumentationum enthymemata judiciali

generi esse accommodatissima, quibus nempe id, quod in quæstione est, probetur: quatuor autem sunt quæstiones sive status: ut docet Aristot. Rhet. III. xvii. Ad primum, *an sit*, pertinent capita x. xi. et xii. Ad quæstiones *quid et quale sit*, spectat c. xiii. Ad *quantitatis* statum c. xiv. SCHRADER.

10, 2. Νόμος—ἴδιος—κοινὸς—ἄγραφα. Vide infra 13, 2.

10, 3. Ὅσα ἄγραφα] Ald. Bas. 1. 2. Frob. ὅσα ἔγγραφα. Male. Isingr. ὅσα μὴ ἔγγραφα. BUHLE.

10, 3. ὅσα μὲν οὖν ἑκόντες. Vide Ethic. Nic. III. 2.

10, 3. Εἰδότες ἅπαντα] Ven. Cam. Isingr. Ricc. Spir. Majorag. ἑκόντες καὶ εἰδότες ἅπαντα. BUHLE.

10, 3. Οὐδεὶς γὰρ, ὃ προαιρεῖται, ἀγνοεῖ] Vetus interpres Latinus et Hermolaus Barbarus legerunt: οὐδεὶς γὰρ προαιρεῖται, ὃ ἀγνοεῖ. Sic etiam Georgius Trapezuntius vertit: *nemo enim quæ ignorat eligit*. BUHLE.

10, 4. Περὶ δὲ τοῦτο, ὃ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες] Isingr. περὶ τοῦτο, περὶ ὃ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες. Vetus interpres Latinus: περὶ δὲ τοῦτο, περὶ ὃ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες. Schol. Gr. περὶ δὲ τοῦτο, εἰς ὃ μ. τ. ὀ. BUHLE.

10, 4. Περὶ δὲ τοῦτο, ὃ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες.] Particulam δὲ vel in γε mutabis, vel, quod malim, abjicies. Ante ὃ autem Isingr. repetit περί. Non bene. Dissensus Scholiastæ, scribentis εἰς ὃ, vulgatum quodammodo tuetur: nisi scriptoris consuetudini aptius putes περὶ ὃ μ. τ. ὄντες, ceteraque ad Scholasticos remittenda. WOLF.

10, 4. Ὁ δὲ φιλόνικος] Vetus interpres et Hermolaus: ὁ δὲ φιλόνεικος. BUHLE.

10, 4. πικρὸς.] Translato a tristi sapore nomine, πικροὺς Græci appellant, qui accepta injuria non facile placantur, sed diu simultatem gerunt, de quibus accuratius egit Noster Ethic. Nicom. IV. 5. οἱ δὲ πικροὶ, δυσδιάλυτοι, καὶ πόλυν χρόνον ὀργίζονται· κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν· παῦλα δὲ γίνεται ὅταν ἀνταποδιδῷ· ἡ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. Demosthenes hujuscemodi indolem habuisse traditur: et amarus acerbusque natura fuisse in pœnis capiendis ab inimicis. Quare verisimile non fit Plutarcho, eum placari potuisse Midiæ, accepta pecunia, quæ fertur, si viam evertendi eum vidisset, sed destitisse putat accusatione illa, quia diffiderit se posse condemnare virum et eloquentia, et divitiis, et copia amicorum munitum: ait enim, Αἱ δὲ τριςχίλιαι καθ' ἑαυτὰς, οὐκ ἄν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλύναι πικρίαν, ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου περιγενέσθαι. VICTOR. apud quem vide plura.

10, 4. ἀπατᾶσθαι.] Perverse de aliqua re sentire significat, ac pravam opinionem de ea habere: nec non falsam disciplinam accepisse. Topic. VI. 4. p. 381. Sylb. τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐπιστήμην, οὐ δοκεῖ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ διηπατημένον. VICTOR.

10, 4. Περὶ τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον] Ita emendavit Victorius ex optimo Cod. MS. Idem expressit vetus interpres Latinus. Ald. Venet. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. περὶ τὸ δίκαιον καὶ ἀγαθόν. Georg. Trapezuntius vertit: *circa bonum et justum.* Hermolaus: *quia justi et recti rationem ignorant.* BUHLE.

10, 4. Desunt in edd. Ald. Bas. ὁ δ' ἀναίσχυντος δι' ὀλιγωρίαν δόξης. VATER.

10, 4. ὑποκειμένων.] Ὑποκείμενον hic vocat, quod aliquis sibi propositum habet ac spectat, quo mentem cogitationesque suas omnes intendit, ut avaro, pecunia: ambitioso, honor: voluptuario, corporis voluptas. Recentiores *objectum* id appellasse notum est. VICTOR.

10, 5. Πῶς ἔχοντες ἀδικοῦσι] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πῶς ἔχουσιν ἀδικοῦντες. BUHLE.

10, 6. δῆλον γὰρ ὡς.] Hunc locum copiose persecutus est Cicero pro Milone et in criminando Clodio, et in Milone purgando: cuncta enim in Clodio fuisse ostendit, quæ persuadere ipsi potuerint, ut insidias faceret Miloni: eademque a persona Milonis afuisse. VICTOR.

10, 7. Πάντες δὴ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πάντες δέ. BUHLE.

10, 7. Πάντες δή.] Intpr. priscus et edd. vett. πάντες δέ. Edd. Ald. Bas. Cam. paullo post in verbis: δ' αὐτοὺς καὶ ὧν omittunt *καί*. Ibid. pro τὰ δὲ δι' ἀλόγιστον, cod. Victorii δι' ἄλογον. VATER.

10, 8. βούλησις.] Cicero Tusc. IV. 6. *Quamobrem, simul objecta species est cujuspiam, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: id cum constanter prudenterque fit, ejusmodi appetitionem Stoici* βούλησιν *appellant, nos appellamus* voluntatem: *eam illi putant in solo esse sapiente: quam sic definiunt; Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Quæ autem, ratione aversa, incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stultis invenitur.* Ubi v. Davisium.

10, 8. Ἔστι δὲ ἡ μὲν βούλησις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἔστι δὲ ἡ βούλησις. Verba sequentia in textu μετὰ λόγου absunt ab antiquissimo Cod. MSto Victorii. BUHLE.

10, 8. ἀλλ' ἢ ὅ, τ' ἄν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀλλ' ἢ ὅταν. Argutatur Morelius, hariolans, veterem interpretem Latinum legisse: ἀλλ' ἢ ὅταν οἰηθῇ (pro vulgato οἰηθείη) λέγειν. BUHLE.

10, 8. Ὥστε πάντα, ὅσα πράττουσιν, ἀνάγκη πράττειν δι' αἰτίας ἑπτὰ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὥστ' ἀνάγκη πάντα, ὅσα πράττουσι, δι' αἰτίας ἑπτά. Nostram lectionem dedit Victorius e Codd. BUHLE.

10, 9. Οὐδὲ διὰ πλοῦτον καὶ πενίαν] Post οὐδὲ leguntur in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. verba: οἱ πλούσιοι καὶ πένητες, quæ textu expunxit Victorius; nam in omnibus Codd. MStis ab ipso collatis ea desunt. Debentur haud dubie interpolationi. BUHLE.

10, 9. Ἀλλὰ πράξουσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀλλὰ πράττουσι. BUHLE.

10, 9. Δι' ἤθη καὶ πάθη χρηστὰ] Ald. Bas. 1. 2. Frob. δι' ἤθη καὶ πάθη καὶ χρηστά. Isingr. δι' ἔθη, nescio an melius; et mox cum articulo, τὰ χρήστα. BUHLE.

10, 9. Δι' ἤθη καὶ πάθη.] In ed. Isingr. scriptum est, δι' ἔθη, quod ferri nequit. Nam de consuetudine non disputatur, sed de iis, qui κατὰ τὰς ἕξεις καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν agunt. Ἤθη intellexerim de *proposito et consilio*. Quod enim sequitur §. 10. δόξαι καὶ ἐπιθυμίαι, videtur his verbis respondere. VATER.

10, 10. Ταῖς μὲν τοιαύταις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ταῖς μὲν τοιαισδί. BUHLE.

10, 10. Τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖν] Ven. Cam. Majorag. τὰ τοιαῦτα παρακολουθεῖν. BUHLE.

10, 10. Ταῖς δὲ τοιαῖσδε τὰ τοιάδε] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ταῖς δὴ τοιαῖσδε τὰ τοιάδε. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. Spir. Majorag. ταῖς δὲ τοιαισδὶ τὰ τοιάδε. Isingr. post τὰ τοιάδε addit οὐ. Equidem secutus sum Victorium. BUHLE.

10, 10. εὐθὺς γάρ.] Recte interpretatur Portus, *Nam ne longius abeam*. Vide Ruhnkenium ad Timæum p. 56.

10, 10. Εὐθὺς γὰρ ἴσως τῷ μὲν σώφρονι.] Ἴσως verterim, *forte* vel *verbi caussa*, non *fortasse*. Nam non dicitur, *fortasse sequuntur* etc. Sed ἴσως pertinet ad id, quod Aristoteles ex toto virtutum genere forte unam sumit, ut exemplum. Etiam alibi vocabulum sic legitur. VATER.

10, 10. Διὰ τὸ σῶφρον—περὶ τῶν ἡδονῶν] Antiquissimus Victorii liber MStus legit: διὰ τὸ σώφρονα εἶναι, et περὶ τῶν ἡδέων. Posterius confirmat vetus interpres Latinus. Sensus eodem redit. BUHLE.

10, 10. Περὶ τῶν ἡδονῶν.] Teste Morellio in prisco Intpr. legitur *circa delectabilia*, ut περὶ τὰ ἥδεα expresserit. Victorius dicit eum expressisse περὶ τῶν ἡδέων, quod cod. antiquiss. habet. VATER.

10, 10. Περὶ τῶν αὐτῶν τούτων] Notante Morelio, vetus interpres Latinus legit: περὶ τὰ αὐτά. BUHLE.

10, 11. Τῶν τοιούτων ἀκολουθεῖν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τῶν τοιούτων ἀκόλουθον. BUHLE.

10, 11. Πλουτεῖν δοκείτω] Codd. quidam Victoriani δοκεῖ ἑαυτῷ· alii δοκῶν ἑαυτῷ, quam scripturam sequuntur vetus interpres Latinus, et Georgius Trapezuntius. Victorius putat, legendum esse δοκεῖ τῷ, pro δοκεῖ τινι. Verum lectio vulgata

bene se habet, nec mutanda est. Sensum in versione Latina exprimere studui. BUHLE.

10, 11. Πλουτεῖν δοκείτω.] Idem cod. antiquiss. Πλουτεῖν δοκῶν ἑαυτῷ. Teste Morellio in nonnullis libris scriptis est δοκεῖ τῳ, quod Victorius ante conjecerat. VATER.

10, 12. τύχης.] Ethic. Eudem. VIII. 14. p. 215. ed. Sylb. διὸ καὶ ὁριζόμενοι τὴν τύχην τιθέασιν αἰτίαν ἀνάλογον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ὡς οὔσης τινὸς φύσεως. ubi pro ἀνάλογον Victorius mavult ἄλογον. Simile mendum idem sustulit Ethic. M. p. 2, 14. ubi legendum συμβαίνει οὖν αὐτῷ ἐπιστήμας ποιοῦντι τὰς ἀρετὰς ἀναιρεῖν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς. Definitionem τῆς τύχης vide Physic. Ausc. II. 5.

10, 12. αἰτία ἀόριστος.] Illos eventus qui a caussa, quam nemo facile definiat, oriuntur, ad fortunam referimus. Aristot. Phys. II. iv. αἰτία ἄδηλος ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ, ὡς θεῖόν τι οὖσα καὶ δαιμονιώτερον. SCHRADER.

10, 12. Μήτε τεταγμένως] Isingr. μήτε τεταγμένη. BUHLE.

10, 13. Ἐν αὐτοῖς καὶ τεταγμένη.] Edd. Ald. Bas. Cam. τεταγμένως. Illud est ex cod. Victorii et prisco Intpr. VATER.

10, 13. παρὰ φύσιν.] Ut monstra, quæ fortunæ, tanquam caussæ, assignari possunt. Accuratius autem de monstris agit Phys. II. 6. Gen. Anim. IV. 3. Vide et Problem. X. 60. SCHRADER.

10, 13. Οὐδὲν δεῖ—πότερον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. οὐ δεῖ—πότερον. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. Lips. οὐδὲν δεῖ—πότερα. Equidem οὐδὲν δεῖ retinui, at πότερον, ut melius, recepi. BUHLE.

10, 14. Παρ' ἐπιθυμίαν—δι' αὐτῶν] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. Spir. περὶ ἐπιθυμίαν. Minus bene. Ed. Isingr. omisit præpositionem διὰ ante αὐτῶν. BUHLE.

10, 16. Τὰ δοκοῦντα συμφέρειν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν] Isingr. τὰ δοκοῦντα συμφέρειν πρός τι τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν· quæ lectio mihi magis arridet. Consentiunt tamen in vulgata vetustæ versiones Latinæ, edd. reliquæ, et Codd. MSti adhuc collati omnes. BUHLE.

10, 17. θυμὸν καὶ ὀργήν posita ἐκ παραλλήλου videntur, quamvis alia sit vis *iræ*, alia *excandescentiæ*: sic enim Cicero θυμὸν reddidit, si quis minute hæc nunc, exquisiteque persequi velit. VICTOR.

10, 17. κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκα.] Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 895. Θεὸς δὲ οὐ τιμωρεῖται· ἔστι γὰρ ἡ τιμωρία, κακοῦ ἀνταπόδοσις· κολάζει μέντοι πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς κολαζομένοις. A. Gellius N. A. VI. 14. *Pœniendis peccatis tres esse debere causas existimatum est. Una est, quæ νουθεσία, vel κόλασις, vel παραίνεσις dicitur; quum pœna adhibetur castigandi atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque: altera est, quam ii, qui vocabula*

ista curiosius diviserunt, τιμωρίαν appellant. Ea causa animadvertendi est, quum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, tuenda est, ne prætermissa animadversio contemtum ejus pariat et honorem levet: idcircoque id ei vocabulum a conservatione honoris factum putant. Tertia ratio vindicandi est, quæ παράδειγμα a Græcis nominatur, quum pœnitio propter exemplum est necessaria, ut ceteri similibus a peccatis, qua prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri exempla pro maximis gravissimisque pœnis dicebant. Quando igitur aut spes magna est, ut is, qui peccavit, citra pœnam ipse sese ultro corrigat: aut spes contra nulla est emendari eum posse et corrigi: aut jacturam dignitatis, in quam peccatum est, metui non necessum est; aut non id peccatum est, cujus exemplo necessario metu succurrendum sit: tum, quicquid ita delictum est, non sane dignum esse imponendæ pœnæ studium visum est. Has tres ulciscendi rationes et philosophi alii plurifariam, et noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit, scriptas reliquit. Plato autem ipse verbis apertis duas solas esse pœniendi causas dicit: unam, quam primo in loco propter corrigendum; alteram, quam in tertio propter exempli metum posuimus. Verba sunt hæc Platonis in Gorgia: προσήκει δὲ παντὶ, τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι γίνεσθαι, καὶ ὀνίνασθαι, ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχῃ, φοβούμενοι βελτίους γίνωνται. *In hisce verbis, facile intelligas* τιμωρίαν *Platonem dixisse, non ut supra scripsi quosdam dicere, sed ita ut promiscue dici solet, pro omni pœnitione. Anne autem quasi omnino parvam et contemtu dignam prætulerit pœnæ sumendæ causam propter tuendam læsi hominis auctoritatem, an magis, quasi ei, quam dicebat, rei non necessariam prætermiserit, quum de pœnis, non in vita, neque inter homines, sed post vitæ tempus capiendis scriberet, ego in medium relinquo.* Aristotelis loco utitur J. Lipsius De Constantia II. 10.

10, 17. Ἵνα ἀποπληρωθῇ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἵνα πληρωθῇ. Melius. BUHLE.

10, 17. Περὶ μὲν οὖν τίνα ἐστὶν ἡ ὀργὴ] Cod. antiquissimus Victorii: τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ ὀργή. BUHLE.

10, 17. Ἐν τοῖς περὶ παθῶν] Non innuuntur singulares et diversi Aristotelis libri, sed respexit philosophus ad Rhet. II. 2. Aliæ edd. περὶ τῶν παθῶν. BUHLE.

10, 18. συνηθὲς καὶ τὸ ἐθιστὸν.] An hæc ἐκ παραλλήλου hic posita sunt, nullumque discrimen inter ipsa, nisi verborum, versatur? Vel potius συνηθὲς valet, *quod familiare est alicui, in quo diu vixit, quod in more et consuetudine est omnium;* ἐθιστὸν vero, *quo aliquis assuetus est, quod longo usu partum?* In posteriore hoc verbo, nisi fallor, apparet studium, operaque

ejus, qui accommodatum illud sibi esse ducens, ut id acquireret, laboravit, aut imposita sibi necessitate aliqua diu illud tractavit. In Ethic. Nic. III. 12. de ingenio intemperantis loquens, ait, καὶ γὰρ ἐθισθῆναι ῥᾷον πρὸς αὐτά· πολλὰ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τὰ τοιαῦτα, καὶ οἱ ἐθισμοὶ, ἀκίνδυνοι. In priore vero nulla industria, aut cura, sed potius una cum ætate crevisse, eo verbo intelligitur; ut cum a puero quispiam in illis vixerit, inde factum sit, ut ea ipsi jucunda videantur. Sic videtur hanc vocem cepisse in minore ā τῶν μετὰ φυσικὰ c. 3. ἡλικὴν δὲ ἰσχὺν ἔχει τὸ σύνηθες οἱ νόμοι δηλοῦσιν. Quantam vim habet consuetudo, et mos patrius, ut etiam quod aiunt συνήθη ποιεῖν, id est, justa mortuis facere, quia mos omnium est extremo illo munere fungi erga ipsos. Verum autem ac vitæ nostræ mirifice utile Pythagoræ præceptum declarat quanta vis sit consuetudinis: ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. Sed Cicero quoque Tusc. II. c. 17. vim consuetudinis extulit, exemploque venatorum usus est. *Qui*, ut ipse inquit, *pernoctant in nive, in montibus uri se patiuntur*. VICTOR.

10, 18. φύσει μὴ ἡδέων—ποιοῦσιν.] Perelegans est locus Agatharchidæ p. 61. fragment. ed. H. Steph. Οὕτως ἔχει τι φίλτρον μέγα πᾶσα συνήθεια· καὶ νικᾷ τὴν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος δυσχέρειαν ὁ χρόνος, ὁ τὴν πρώτην δεξάμενος εἰς τὸν βίον ἡλικίαν.

10, 18. Ὅταν ἐθισθῶσιν, ἡδέως ποιοῦσιν] Unus Cod. MStus Victorii: ὅταν συνεθίσωσιν. Alii plures: ὅταν συνεθισθῶσιν, ἡδέα ποιοῦσιν, ita ut ποιοῦσιν sit participium dativo casu. Aristot. Problem. Sect. XVIII: τὶ δ' ἂν τινες ἐξ ἀρχῆς ἕλωνται, καὶ οἷς ἂν συνεθισθῶσιν. Vulgatum defendunt vetustæ versiones Latinæ et edd. omnes. BUHLE ex Victorio.

10, 18. Ἡ ἀγαθὰ] Ald. Bas. Cam. omittunt disjunctivam ἢ, sicut etiam in sequentibus. BUHLE.

10, 18. οὐχ ἑκόντες.] Non sine causa οὐχ ἑκόντες potius quam ἄκοντες inquit: videtur enim discrimen, quod Ethic. Nic. III. admonuit inter has res esse, servare: neque enim omnes, qui sponte aliquid non agunt, faciunt etiam inviti; qui namque rem prius nescientes, imprudenter eam admiserunt, si nullus animi dolor postea ipsos cepit, sponte fecisse nullo modo dici possunt: neque etiam inviti, quippe cum facto illo delectati sint. Oportet autem ægre tulisse suscepta aliqua culpa, qui judicari volunt se invitos peccasse: quare ita putat vocandos, ac mediam hanc viam in facto eorum existimando tenendam. VICTOR.

10, 18. Κακῶν ἀπαλλαγὴν] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. κακῶν ἢ ἀπαλλαγήν· nec aliter in sequentibus, ubi et ed. Lips. disjunctivam agnoscit, quam tamen equidem uncinis seclusi. BUHLE.

10, 19. Δεῖ δὲ νομίζειν—ἀκριβεῖς.] Hujuscemodi loci accurate attendendi sunt, qui consilium auctoris detegunt, do-

centque ipsum ad sensus opinionesque multorum in his libris totum se accommodasse. Neque enim debuit hic exquisite omnia pertractare: subtiles enim quæstiones et minute singula pertractantes non pertinent ad oratorem expoliendum. Existimandæ igitur, inquit, sunt huic scriptioni satis definitiones, nec rejici ullo modo, ut imminutæ, debent, quæ de singulis rebus prolatæ fuerint, neque obscuræ, neque exquisitæ: obscuræ namque nullo modo probari possent, non exquisitis commode locus hic erit, et non solum ferri poterunt, sed magis huic tempori fortasse quam subtiles quadrabunt. Causa autem tam accurate viam sibi muniendi fuit, quod voluptatis naturam evolvere debebat, de qua diversæ diversorum sententiæ erant. Unde statim, infirmitatem ipsius definitionis indicans, inquit, *ὑποκείσθω δ' ἡμῖν*, ut qui tempori huic serviebat. VICTOR.

10, 19. *Μήτε ἀσαφεῖς, μήτε ἀκριβεῖς*] Ven. Isingr. Cam. Ricc. Spir. Majorag. mutato ordine: *μήτε ἀκριβεῖς, μήτε ἀσαφεῖς*. BUHLE.

CAP. XI.

11, 1. *Κίνησίν τινα ψυχῆς*] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. *κίνησίν τινα τῆς ψυχῆς*. BUHLE.

11, 1. Vulgarem quandam voluptatis definitionem præmittit, de cujus veritate hoc loco se non laboraturum, sed ut hypothesin accepturum, innuit verbo *ὑποκείσθω δ' ἡμῖν· Positum sit nobis.* Accuratius Voluptatis naturam indagat Ethic. VII. 11. sqq. Inprimis vero X. 4. ubi et hic allatam definitionem ex parte refellit. SCHRADER. Ad hanc definitionem spectare videtur Muretus Or. IV. Opp. T. I. p. 38. ed. Ruhnken. *Is demum motus efficit voluptatem, qui perducit id, quod movetur, ad statum naturæ ipsius accommodatum et congruentem. Itaque corpora cum aut exinanita sunt, aut redundant, tum perceptione cibi ac potionis, tum depulsione et ejectione superfluentium rerum, lætantur.*

11, 1. *κίνησιν τινα.*] Alexander in II. lib. Topicorum p. 88. plures definitiones attulit voluptatis: *τοῦτο μὲν, ὅτι λεῖα κίνησις, τοῦτο δὲ, ὅτι γένεσις εἰς φύσιν αἰσθητὴ, τοῦτο δὲ, ὅτι ἄλογος διάχυσις, τοῦτο δὲ, ὅτι ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνεμπόδιστος, ἤτοι τὸ παρακολουθοῦν τέλος ταῖς τελευταίαις ἐνεργείαις.* Hic igitur Aristoteles motionem quandam cum dixit, *levem* intellexit. Motionem autem, quia immutatio quædam sit, ut ex eo statu, in quo animus, sive animans sit, ad alium transeat. Esse autem hanc non sinceræ liquidæque, sed imperfectæ voluptatis definitionem, patet. VICTOR.

11, 1. *κατάστασιν.*] Locum hunc egregie illustrat Plato Phileb. p. 42. C. D. *Εἴρηταί που πολλάκις ὅτι τῆς φύσεως ἑκάστων διαφθειρομένης μὲν συγκρίσεσι καὶ διακρίσεσι, καὶ πληρώσεσι καὶ κενώ-*

σεσι, καί τισιν αὔξαις (ita MS.) καὶ φθίσεσι, λύπαι τε καὶ ἀλγηδόνες καὶ ὀδύναι καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ὀνόματ' ἔχει, ξυμβαίνει γιγνόμενα. ΠΡ. Ναὶ ταῦτα εἴρηται πολλάκις. ΣΩ. Εἰς δέ γε τὴν αὐτῶν φύσιν ὅταν καθίστηται, ταύτην αὖ τὴν κατάστασιν ἡδονὴν ἀπεδεξάμεθα παρ' ἡμῶν αὐτῶν. Dixerat supra p. 31. D. Λέγω τοίνυν τῆς ἁρμονίας μὲν λυομένης ἡμῖν ἐν τοῖς ζώοις, ἅμα λύσιν τῆς φύσεως καὶ γένεσιν ἀλγηδόναν ἐν τῷ τότε γίγνεσθαι χρόνῳ.—πάλιν δὲ ἁρμοττομένης τε καὶ εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης, ἡδονὴν γίγνεσθαι λεκτέον. Metopus Pythag. apud Stobæum I. p. 8, 1. τὸ ἐπιθυματικὸν μέρος ψυχᾶς vocat, οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθατικὸν τᾶς οἰκείας τῶ σώματος συστάσιος.

11, 2. Ἡ ἡδονὴ] Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. non habent articulum ἡ. BUHLE.

11, 2. Δῆλον, ὅτι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. δηλονότι. BUHLE.

11, 3. E voluptatis allata definitione tanquam ex hypothesi incipit deducere conclusiones varias, quæ syllogismorum oratoriorum προτάσεις seu principia esse, et id, de quo forte quæritur, jucundum esse demonstrare possunt. Prima πρότασις, quæ hoc §. continetur, geminum quiddam complectitur, nempe et tendere ad id, quod naturæ convenit, et eo jam potiri: ambo enim jucunda sunt, omnium maxime vero postremum. Ex. gr. Omni homini *discere* jucundum est, multo maxime vero jucundum est *didicisse*. Ita sitienti et *bibere* suave est, et suavius *sitim restinxisse*. SCHRADER.

11, 3. Τὸ κατὰ φύσιν ἰέναι] Vetus interpres Latinus legit ἴέναι. Sic etiam in ed. Victorii impressum est. BUHLE.

11, 3. ἀπειληφότα.] Plutarch. de Sanit. Tuenda II. p. 130. D. E. Ὁ γὰρ οὕτω καταστήσας τὴν ἐν τῷ βάθει ταραχὴν καὶ διάτασιν τοῦ πνεύματος, ἀλύπῳ τε χρῆται τῷ περιττώματι, κἂν ἀκαιρία τις ἢ χρεία κωλύσῃ τὸ περίπατον, οὐδέν ἐστι πρᾶγμα· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἡ φύσις ἀπειληφεν.

11, 3. ἕθη.] Plutarchus Præc. Sanit. T. p. 132. A. Τὸ ἔθος τρόπον τινα φύσις τοῦ παρὰ φύσιν γέγονεν. Cujus dicti acumen aperuit Wyttenbachius.

11, 3. Ὅμοιον γάρ τι] Abest τι ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

11, 3. Ἐγγὺς γὰρ καὶ τὸ πολλάκις τῷ αἰεί] Eædem edd. ἐγγὺς γὰρ τὸ πολλάκις τοῦ αἰεί ἐστιν. BUHLE.

11, 4. βίαιον.] Metaphys. IV. 5. τὸ γὰρ βίαιον, ἀναγκαῖον λέγεται, διὸ καὶ λυπηρὸν, ὥσπερ καὶ Εὐηνός φησι· Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ· καὶ ἡ βία ἀνάγκη τις, ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς λέγει· Ἀλλ' ἡ βία με ταῦτ' ἀναγκάζει ποιεῖν.

11, 4. Καὶ ὀρθῶς εἴρηται] Pentameter statim subsequens laudatur quoque ab Aristotele in Metaphys. IV. 5. et in Ethic. ad Eudemum II. 7; nec non a Plutarcho in libro *quod non suaviter vivi possit secundum Epicurum*, p. 1102. C. Tribuitur utrobique Eueno Pario, poëtæ elegiaco, Philisti

historici præceptori. Legitur tamen idem versus unica voce immutata apud Theognidem vs. 470:

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιαρὸν ἔφυ.

Pro διὸ αἱ ἀνάγκαι in antecedentibus Cod. antiquissimus Victorii habet διὸ τὸ ἀναγκαῖον. Melius. Cf. Victorii Comment. p. 194. et Schrader. ad h. l. p. 142. BUHLE.

11, 5. ὅσας μὴ ἐκ τοῦ ὑπολαμβάνειν.] Quas non judicio suscepimus, neque quod eas res nobis accommodatas opinemur. VICTOR.

11, 5. Σώματος ὑπάρχουσαι] Ed. Cam. ὑπάρχουσιν. Paullo post pro τροφῆς ἐπιθυμία cod. Victorii habet, τροφῆς εἶδος ἐπιθυμίας. VATER.

11, 5. Καθ' ἕκαστον εἶδος τροφῆς ἐπιθυμία] Cod. Victorii: καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπιθυμίας. BUHLE.

11, 5. Ὅσα ἐκ τοῦ πεισθῆναι] Vetus interpres Latinus et Ricc. ὅσας, genere feminino. Melius. Nam supra quoque dicitur: ὅσας μὴ ἐκ τοῦ ὑπολαμβάνειν τι ἐπιθυμοῦσιν. BUHLE.

11, 6. φαντασία.] Phantasiam non esse sensum docet Aristot. De Anima III. iii. Eandem tamen imbecillum quendam sensum hic appellat, quoniam illa sensile objectum, non ipsum quidem, sed illius absentis imaginem solummodo quandam, percipit. Cujusmodi imaginem, ex gr. memoria rei dudum præteritæ, ut et spes futuræ objicere phantasiæ et hæc recipere ac fovere valet. Latinis philosophis hanc facultatem *sensum internum* appellari, notum est. SCHRADER. Notandum est, quod Aristoteles ait hoc loco, Phantasiam esse quendam sensum, sed infirmum, cum ipsemet 3. de Anima probare contendat phantasiam non esse sensum, ergo sibi contrarius videtur. Verum hic ex opinione communi loquitur, non exquisite, ut jam sæpius ipse prædixit; itaque sensum appellat, sed ut sententiam suam sequatur, addit esse infirmum, ac debilem sensum. Non est igitur sensus integer, ut ait 3. de Anima, sed est sensus infirmus, ut h. l. affirmat. Licet autem non sit sensus Phantasia, tamen habet magnam cum sensibus similitudinem, quia etiam ipsa res sensiles percipit: sed quia certiora sunt, et evidentiora, quæ sensibus percipimus, quam quæ phantasia comprehendimus, ideo sensus infirmus, imbecillisque vocatur ipsa Phantasia. Cicero in Academicis ita inquit: *De sensibus ipsis quædam dixit nova: quos junctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille* phantasiam, *nos* visum *appellamus.* Cum autem recordamur, aut speramus, statim e memoria ad cogitationem, et ad phantasiam revocantur species earum rerum, quarum recordatione aut spe ducimur, quæ res plerumque solet esse jucunda. MAJORAG.

11, 6. Κἂν τῷ μεμνημένῳ καὶ τῷ ἐλπίζοντι ἀκολουθείη φαντασία τις] Cod. Victorii: ἀεὶ ἐν τῷ μεμνημένῳ καὶ τῷ ἐλπίζοντι ἀκολου-

θοῖ ἂν φαντασία τις. Eandem lectionem sequitur Hermolaus Barbarus. BUHLE.

11, 6. Μάλα μεμνημένοις] Cod. Victorii ἅμα μεμν. Minus bene. BUHLE.

11, 6. Δῆλον ὅτι.] Hinc incipit apodosis, non a verbis, κἂν τῷ. Nam propositio, κἂν τῷ—ἐλπίζει, necessario pertinet ad protasin: alioquin id, quod primo enuntiato, ἐπεὶ δ' ἔστι—πάθους, ponebatur, apodosi non exhauriretur. Sententia loci hæc est: *quum sensu percipiatur id, quod jucundum est, cumque etiam in spe et recordatione sensum aliquem rei optatæ vel perceptæ inesse dixeris, quoniam, quæ in spe et recordatione inest φαντασία τις, vicina est αἰσθήσει: perspicuum est, ex recordatione rei (jucundæ) voluptatem percipi.* Ei δὲ τοῦτο insertum est, ut argumenta antecedentia cogitatione repetantur. L. II. 2, 3. prope eædem sunt periodi compages. VATER.

11, 8. Ὅθεν καὶ τοῦτο εἴρηται] Prior versus ab Aristotele excitatus est senarius Euripidis. Cic. de fin. B. et M. II. 32: *Vulgo dicitur*, jucundi acti labores; *nec male Euripides; concludam, si potero, Latine; Græcum enim hunc versum nostis omnes; Suavis laborum est præteritorum memoria.*—Allusit ad eundem Plutarchus Sympos. cap. 1. In verbis Ἀλλ' ἡδύ τοι, pro Ἀλλ' Isingr. habet Ὡς, quod etiam Plutarchus agnoscit, et pro ἡδύ τοι Ald. Ven. Bas. 1. 2. Cam. Frob. Majorag. ἡδύ τι· Ricc. ἡδύ τε. Sequentes duo versus sunt Homeri Odyss. XV. 399, 400, ubi ita leguntur:

Μνωομένῳ· μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,
Ὅστις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ, καὶ πόλλ' ἐπαληθῇ.

Cod. Victorii pro Μνωομένῳ· μετὰ habet Μνησαμένῳ, ὅτε. BUHLE.

11, 8. Τὸ μὴ ἔχειν κακὸν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. τὸ μὴ ἔχειν τὸ κακόν. BUHLE.

11, 9. Ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε] Vid. Il. XVIII. 109. Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

11, 9. τιμωρίας τυχεῖν.] Is τυγχάνει τιμωρίας, cum dat pœnas suæ improbitatis, atque in ipsum ultio cadit. Demosthenes pro Ctesiph. p. 254.: καὶ μὴν ὅταν ᾖ νέα καὶ γνώριμα πᾶσι τὰ πράγματα, ἐάν τε καλῶς ἔχῃ, χάριτος τυγχάνει· ἐάν θ' ὡς ἑτέρως τιμωρίας. φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτος τετυχηκὼς τότε, καὶ οὐ μέμψεως, οὐδὲ τιμωρίας. VICTOR.

11, 10. Ἂν ἐχόμενοι ἐν τοῖς πυρετοῖς inquit, ut Plato in Philebo ἐχόμενοι ἐν νοσήμασιν? Verba vero ipsius hæc sunt p. 45. B. p. 226. Ald. ἀλλ' οὐχ ὅτι πυρέττοντες καὶ ἐν τοιούτοις νοσήμασιν ἐχόμενοι μᾶλλον διψῶσι καὶ ῥιγοῦσι, et quæ sequuntur: vel potius ita interpungi debet oratio, ut ἐχόμενοι sequenti nomini cohæreat, et qui tenentur siti accipiendi sunt? Nam, nisi fallor, οἱ ἐν τοῖς πυρετοῖς, qui febri vexantur, quamvis nihil aliud addatur, per se commode significare potest. VICTOR.

II, 10. Ἐχόμενοι ταῖς δίψαις] Ven. Cam. Spir. Majorag. ἐχόμενοι καὶ δίψαις. BUHLE.

II, 10. Πιεῖσθαι, χαίρουσι] Cod. Victorii: πιεῖσθαι· χαίρουσι γάρ. BUHLE.

II, 11. Ἐρῶντες, καὶ διαλεγόμενοι] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. quare uncinos adhibui. BUHLE.

II, 11. ποιοῦντες.] Ποιεῖν hic, nisi fallor, *pangere* sive *canere* significat. Paullo supra, ὥσπερ Ὅμηρος ἐποίησε. VICTOR.

II, 11. Καὶ ποιοῦντες] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. καὶ ὑποῦντες. Non male. Isingr. καὶ ὑπονοοῦντες. BUHLE.

II, 11. Ποιοῦντες αἰεί τι περὶ τοῦ ἐρωμένου.] Ex idiomate linguæ Gr. αἰεὶ pertinet ad voc. χαίρουσι. Hæc enim sententia est: *quotiescunque colloquuntur, scribunt, versusve faciunt de amoribus suis, semper lætantur.* Non dicuntur isti *perpetuo colloqui* etc. VATER.

II, 11. ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος.] Ethic. Nic. IX. 5. Ἔοικε δὴ (εὔνοια) ἀρχὴ φιλίας εἶναι· ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ, οὐθεὶς ἐρᾷ· ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ.

II, 11. Καὶ ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος] Non habent δὲ τοῦ Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

II, 11. Καὶ ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος γίνεται—τῷ μὴ παρεῖναι.] In his paucis tres offensiones sunt, quarum unam Tu bene sustulisti ex grammatica lege, tollendam etiam alibi, ut 2, 7. in v. ὑπερέχει. Alteram sustulisses haud dubie, si Schol. Græcum hic eadem sollertia inspectasses atque tot aliis locis. In illo enim plane legitur, ὅταν λύπη προσγένηται, quod et facillime potuit in vulgatum abire, et optime convenit dativo, τῷ μὴ παρεῖναι. Sed memini de Te audire, idem a Victorio notatum ex optimo cod. suo, apud Te autem typographi errore obscuratum esse. Sic ergo in posterum edendum erit. Denique valde me vexavit inculcatum inepto loco ἐρῶσιν. Homines incipiunt amare, quum eos amasii non tantum præsentis adspectus delectat, sed etiam absentis memoria. Χαίρουσιν vides repetendum esse ad part. μεμνημένοι, structura optimo cuique usitatissima, sed scribarum inscitiæ sæpe obnoxia. Ac ne intelligo quidem, quo modo illud ἐρῶσιν ferat sententia. De *incipientis amoris* signis agitur. Hujusmodi signum quum notamus in aliquo, qui dicere possumus eum jam *amore flagrare?* Importunum verbum esse, arguit etiam membrum postremum, si in eo post διὸ καὶ cogitandum est χαίρουσιν, non ἀρχὴ τοῦ ἔρωτος γίνεται. Ita autem est. Attingit illud γλυκύπικρον, χαρὰν λύπῃ μεμιγμένην: quare statim addit, καὶ ἐν τοῖς πένθεσιν ἐγγίνεταί τις ἡδονή. WOLF.

II, 11. Ὅταν—χαίρουσιν.] Ed. Cam. χαίρωσιν, idque melius. VATER.

11, 11. Ὅταν λυπηρὸς γένηται.] Cod. Victorii λύπη προσγένηται. Schol. Gr. hoc vocabulum etiam in sermone suo habet, quid vero in ejus codice lectum fuerit, non dixerim. VATER.

11, 11. Ὅταν λυπηρὸς γένηται] Isingr. ὅταν λύπη προσγένηται. Melius. Adstipulatur quoque huic lectioni Scholiastes Græcus, teste Morelio. BUHLE.

11, 12. Καὶ ἐν τοῖς πένθεσι καὶ θρήνοις ἐγγίγνεταί τις ἡδονὴ] Cod. Victorii: καὶ ἐν πένθεσι καὶ θρήνοις ὡσαύτως ἐπιγίνεταί τις ἡδονή. BUHLE.

11, 12. Ἐπὶ τῷ μὴ ὑπάρχειν] Sic dedit Victorius e Codd. Ald. Bas. 1 et 2: ἐπὶ τὸ μὴ ὑπάρχειν. Isingr. ἐν τῷ μὴ ὑπάρχειν. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. περὶ τὸ μὴ ὑπάρχειν. Nostram lectionem tuetur quoque margo Ven. BUHLE.

11, 12. Ἐπὶ τῷ μὴ ὑπάρχειν.] Teste Morellio priscus Intpr. legit περὶ τοῦ μὴ ὑπάρχειν. VATER.

11, 12. Διὸ καὶ τοῦτ' εἴρηται] Cod. Victorii: ὅθεν καὶ τοῦτ' εἰκότως εἴρηται. Cf. Homer. Il. XXIII, 108. In Homeri edd. legitur ὑφ' ἵμερον, pro ἐφ' ἵμερον. Repetitur fere idem versus Odyss. IV, 113, 183. BUHLE.

11, 13. Τὸ μὴ τυγχάνειν λυπηρόν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. λυπηρόν ἐστι. BUHLE.

11, 13. Οἱ δ' ὀργιζόμενοι] Vetus interpres Latinus: οἱ γὰρ ὀργ. BUHLE.

11, 14. Τοῖς φιλονίκοις] Cam. et Majorag. τοῖς φιλονείκοις. BUHLE.

11, 14. Ἀλλὰ πᾶσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀλλὰ καὶ πᾶσι. Magis concinne. BUHLE.

11, 14. ἢ ῥέμα ἢ μᾶλλον.] Occupavit hæc cupiditas animos universorum hominum, aut remissius, aut vehementius. VICTOR.

11, 15. Μαχητικὰς, ut opinor, appellat, in quibus simulachrum pugnæ exercetur: acriter enim aliquando inter se præliantur adolescentes animi causa, atque omnia, quæ in vero prælio fiunt, in simulato adumbratoque illo custodiunt. VICTOR.

11, 15. Αὐλητικὰς vero παιδιὰς intellexit, quas sæpe pastores exercent, et qui arte musica delectantur; necesse enim est in illis aliqui superiores sint, ut in bucolico carmine. *An mihi cantando victus?* et paulo post, *Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera Juncta fuit?* et alia in Ecloga, *Post-hahui tamen illorum mea seria ludo.* VICTOR.

11, 15. Ἐριστικὰς lusus quosdam vocare videtur, qui totî in contentione quadam positi forent: nam sophistarum lites concertationesque ludos inter ipsum posuisse, mihi verisimile non est: sunt tamen plures scripti libri, in quibus ἐρωτικὰς legatur: quamvis mihi probatissimus, vetus tralatio, aliique nonnulli, cum excusis faciant: esse enim quoque lusus quosdam ama-

torios planum est. Athenæus X. p. 427. D. ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ μὲν στένδειν ἀποδεδομένον τοῖς θεοῖς· ὁ δὲ κότταβος, τοῖς ἐρωμένοις· ἐχρῶντο γὰρ ἐπιμελῶς τῷ κοτταβίζειν, ὄντος τοῦ παιγνίου Σικελικοῦ· καθάπερ Ἀνακρέων ὁ Τήϊος πεποίηκε, Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ παίζων. Hic igitur κότταβος lusus erat, testimonio veteris scriptoris, atque optimi suo in genere poetæ. Ἐρωτικὴ autem vocari potuit παιδιὰ, quia nomine appellare consuerant amores, ac delicias suas: cum quod reliquum erat vini, e poculo sic ejiciebant, ut id resonaret: nam apud Terentium Chæreá μεταφορικῶς, ut opinor, furtum Veneris, *lusum* appellavit. Eun. III. 5, 38. *Et quia consimilem luserat jam olim ille lusum.* VICTOR.

11, 15. καὶ ἀστραγαλίσεις καὶ σφαιρίσεις.] Astragalis veteres ludere consuesse notum est, quos *talos* Latini appellarunt. Nam de altero pilæ ludo, quem σφαίρισιν vocat, multi quoque vett. scriptores tradiderunt. Cicero de Senect. *Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi narrationes et cursus, nobis senibus, ex lusionibus multis, talos relinquant et tesseras.* De Orat. III. 15. *Ut homines labore assiduo et cotidiano assueti, cum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt.* VICTOR.

11, 15. κυβείας καὶ πεττείας.] Plutarchus in comm. de S. N. V. p. has et ipse lusiones conjunxit. Κυβείαν aleæ lusum, infamem etiam Romanis hominibus, severisque legibus coercitum. Πεττείαν autem tesserarum, multo honestiorem significare apertum est: nam veteres etiam Græci scriptores discrimen hoc esse inter has lusiones tradunt, quod in alea cubos jaciunt: in tesseris calculos ipsos commovent, et ex alia in aliam sedem transferunt. VICTOR.

11, 15. Καὶ τὰς αὐλητικὰς καὶ ἐριστικὰς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ αὐλητικὰς, omisso articulo. Codd. q. Victorii, margo Ven. et edd. Cam. et Majorag. pro καὶ ἐριστικὰς habent quoque καὶ ἐρωτικὰς, quod mihi quidem non placet. BUHLE.

11, 15. Καὶ ἐριστικάς.] Ita habent cod. Victorii, priscus Intpr. edd. Ald. Ven. Altera lectio est ἐρωτικάς. Neutrum aptum. Felicissima emendatione Toupius (Cur. in Suid. P. III. p. 461. T. II. p. 227. ed. Oxon.) scripsit, καὶ κιθαριστικάς. Ut enim taceam αὐλητικὸς et κιθαριστικὸς sæpissime jungi, ut in Aristot. Poët. et certamina, quæ in amicorum circulis disputando inirentur, (παιδιὰς ἐριστικὰς) illi ætati sine auctoritate tribui, ad confirmandam emendationem maxime pertinere videtur, quod, si hoc vocabulo novum ludorum genus notatum fuisset, articulus necessario repeti debuisset, ut in antecedentibus. Cum vero idem vir ingeniosissimus cum his verbis statim nectat καὶ ἀστραγαλίσεις, expulsis aut loco motis iis, quæ interjecta sunt, hæc verborum translatio minus

placet. Παιδιαὶ μαχητικαὶ, αὐλητικαὶ, κιθαριστικαὶ, sunt ludi aliquanto seriores: leviores, ἀστραγαλίσεις κ. τ. λ. quæ sequuntur, interjecto pronuntiato aliquo et interrupto constructionis vinculo jungi, a ratione dicendi Aristotelea plane non abhorret. VATER.

11, 15. ἐσπουδασμένας παιδιὰς i. e. *graves seriosque*; indigent enim studio ac cura: ideoque jucundi esse non possunt, nisi assuetis. Αἱ δ' εὐθύς. Hi vero continuo suaves ludi sunt. Significat autem joculares, et non serios: qui statim, ac incipiunt tractari, jucundi sunt. VICTOR.

11, 15. ἐριστικὴ.] Problem. XVIII. 2. Διὰ τὶ οἱ ἐριστικοὶ λόγοι γυμναστικοί εἰσιν; ἢ ὅτι ἔχουσι τὸ νικᾶν, ἢ ἡττᾶσθαι πυκνόν; φιλονείκους οὖν εὐθὺς ποιοῦσι· καὶ γὰρ νικῶντες, διὰ τὸ χαίρειν προάγονται μᾶλλον ἐρίζειν· καὶ ἡττώμενοι, ὡς ἀναμαχούμενοι, καὶ οἱ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσι ταὐτό. Διὸ καὶ μαχόμενοι καὶ ἥττους ὄντες, πολλάκις οὐ βούλονται διαλύεσθαι.

11, 16. Ὅτι τοιοῦτος καὶ σπουδαῖος] Cod. Victorii: ὅτι τοιοῦτος, οἷος ὁ σπουδαῖος. BUHLE.

11, 16. Τῶν ἄποθεν] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἄποθεν habent per ω. Rectius, ut mihi videtur. Vetus interpres Latinus legit ἄλλοθεν. Hinc forte ἄποθεν cum ο enatum est. BUHLE.

11, 16. παιδίων ἢ θηρίων.] Adnotandum sæpe conjungere Aristotelem παιδία et θηρία, ut qui pueros ob infirmitatem consilii, vel vacuitatem potius, non magnopere discrepare a beluis putet. Ethic. Eudem. VI. 11. ἔτι τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς. conf. ib. c. 12. necnon VII. 2. οὐχ ἃ τοῖς παιδίοις καὶ τοῖς θηρίοις, ἀλλὰ τοῖς καθεστῶσιν. VICTOR.

11, 16. Ὧν τις πολὺ καταφρονεῖ.] Ita omnes libri scripti Victorii. Ed. Ald. καταφρονεῖν, Cam. καταφρονῶν. VATER.

11, 17. Τό, τε γὰρ φιλεῖν] Morel. Sylb. Casaubon. Duvall. Londin. omittunt γάρ. BUHLE.

11, 20. μεταβάλλειν.] Commutari namque est in naturam reverti, unde jam dejectus sis. Senex etiam apud Terentium ex hac re, ut ipse narrat, magnam utilitatem capiebat: ideoque propinquum rus amabat, quod eo commode se ex urbe conferre posset: ait enim, *Ubi satias cœpit fieri, commuto locum.* VICTOR.

11, 20. Ὅθεν εἴρηται] Euripid. Orest. vs. 234. Cf. Ethic. ad Nicom. VII. sub fin. BUHLE.

11, 20. Διὰ τοῦτο γὰρ] Cod. Victorii et Isingr. non habent γάρ. BUHLE.

11, 21. Τὸ ἐπιθυμεῖν μαθεῖν] Suspectum mihi est μαθεῖν, neque legitur in Isingr. Quare uncinos applicavi. BUHLE.

11, 21. Τὸ ἐπιθυμεῖν μαθεῖν.] In ed. Ald. deest μαθεῖν, quod maxime eam ob caussam suspectum est, quod τὸ θαυμάζειν jucundum esse, ex eo probatur, quod cum τῷ μαθεῖν con-

junctum est; ipsum vero discere in jucundis esse, postea demum ostenditur. VATER.

11, 21. Ἐν δὲ τῷ μανθάνειν εἰς τὸ] Isingr. ἐν δὲ τῷ μανθάνειν τὸ εἰς τὸ, ita ut prius τὸ ad infinitivum καθίστασθαι referatur. BUHLE.

11, 22. Ὧν ἀμφοτέρων ἐφίενται] In marg. ed. Ven. ἂν ἀμφότερα ἐφίενται. Male. BUHLE.

11, 22. Ἐστὶ τοὺς πλησίον] Ibidem: ἐστὶ τοῖς πλησίον. BUHLE.

11, 23. Καὶ τὰ τοιαῦτα] Cod. Victorii: καὶ τὰ τοιάδε. BUHLE.

11, 23. Ἡδέα εἶναι τό, τε] Idem Cod. ἡδέα εἶναι οἷον τό, τε. BUHLE.

11, 23. Οὗ τὸ μίμημα] Idem Cod. οὗ τὸ μεμιμημένον. BUHLE.

11, 23. Sequentem locum Aristotelis Part. Animal. I. 5. indicavit Schraderus: Λοιπὸν περὶ τῆς ζωϊκῆς φύσεως εἰπεῖν, μηδὲν παραλιπόντας εἰς δύναμιν, μήτε ἀτιμότερον μήτε τιμιώτερον. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ κεχαρισμένοις αὐτῶν πρὸς τὴν αἴσθησιν, κατὰ τὴν θεωρίαν ὅμως ἡ δημιουργήσασα φύσις ἀμηχάνους ἡδονὰς παρέχει τοῖς δυναμένοις τὰς αἰτίας γνωρίζειν, καὶ φύσει καὶ φιλοσόφοις. Καὶ γὰρ ἂν εἴη παράλογον καὶ ἄτοπον, εἰ τὰς μὲν εἰκόνας αὐτῶν θεωροῦντες χαίρομεν, ὅτι τὴν δημιουργήσασαν συνθεωροῦμεν, οἷον τὴν γραφικὴν, ἢ τὴν πλαστικήν· αὐτῶν δὲ τῶν φύσει συνεστώτων μὴ μᾶλλον ἀγαπῶμεν τὴν θεωρίαν κ. τ. λ.

11, 23. Ἀνάγκη ἡδέα εἶναι.] Nonnulli libri scripti, ἀνάγκη δέ.

11, 23. Μεμιμημένον, ὥσπερ γραφικὴ κ. τ. λ.] Γραφικὴ et ἀνδριαντοποιΐα et ποιητικὴ non sunt res imitatione expressæ (μεμιμημένα). Quare Victorius vult artibus significari opera iis perfecta, quod durius est. Twiningius (*Aristotle's Treatise on Poetry translated with Notes and Dissertations, Lond.* 1789.) ut μιμεῖσθαι significatu activo dicatur, μιμούμενον scribit. Hoc quadrat ad *admirandum*. Equidem hic, ut in proximis, ad *discendum* respici debere ratus, conjeci legendum esse, μεμιμημένον, ὥσπερ γραφικῇ καὶ ἀνδριαντοποιΐᾳ καὶ ποιητικῇ. VATER.

11, 23. Ὃ ἂν εὖ μεμιμημένον.] Εὖ abest ab edd. Ald. Bas. Cam. Ex cod. Victorii recte restitutum est. Idem cod. paullo post, αὐτὸ τὸ μεμιμημένον pro οὗ τὸ μίμημα. VATER.

11, 24. Καὶ αἱ περιπέτειαι] Περιπέτεια est ingens et subita eorum, quæ in fabula aguntur, mutatio in contrarium, (*die Katastrophe.*) Confer Aristot. de Poët. cap. XI; Voss. Institutt. poët. I, 4, 17. BUHLE.

11, 24. περιπέτειαι.] Latine non reperitur unum verbum, quod illi Græco respondeat. Cicero Epist. V. ad Lucceium scribens vim Græci illius verbi sic expressit; *At viri sæpe excellentis ancipites variique casus habent admirationem.* MAJORAG. ex VICTOR.

11, 24. παρὰ μικρὸν.] Physic. Acroam. II. διὸ καὶ τὸ παρὰ

μικρὸν κακὸν ἢ ἀγαθὸν λαβεῖν μέγα ἢ δυστυχεῖν ἢ εὐτυχεῖν ἐστιν· ὅτι ὡς ὑπάρχον λέγει ἡ διάνοια· τὸ γὰρ παρὰ μικρὸν, ὥσπερ οὐδὲν ἀπέχειν δοκεῖ.

11, 25. Τὰ συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἐστίν.] Muretus hæc in versione non expressit. VATER.

11, 25. συγγενῆ καὶ ὅμοια.] Epicharmus apud Diogenem Laërt. III. 16. Θαυμαστὸν οὐδέν ἐστί με ταῦθ' οὕτω λέγειν, Οὔθ' ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς, καὶ δοκεῖν Καλῶς γενέσθαι· καὶ γὰρ ἃ κύων κυνὶ Κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ, Ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστόν ἐστιν, ὗς δ' ὑΐ. In secundo v. οὔθ' dedi pro καὶ, in tertio γενέσθαι pro πεφυκέναι, in ultimo ἐστιν cum Casaubono inserui. De proverbiis quæ sequuntur vide Astium ad Platonis Phædr. p. 264. Rep. p. 329.

11, 25. Καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται] Conf. Ethic. ad Nicom. IX, 7. BUHLE.

11, 25. Αἰεὶ τὸν ὁμοῖον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ ὡς ἀεὶ τῷ ὁμοίῳ φίλον τὸ ὅμοιον. BUHLE.

11, 25. Καὶ αἰεὶ τὸν ὁμοῖον est ex Victorii libris scriptis fidelioribus et ex prisco Intpr. Edd. vett. et alii libri scripti, καὶ ὡς αἰεὶ τῷ ὁμοίῳ φίλον τὸ ὁμοῖον. Eædem edd. paullo post ἐγνώκει, ubi ἔγνω ex cod. Victorii bene scriptum est. VATER.

11, 25. ἔγνω] In primum proverbium nusquam alibi incidi. Par vero huic proverbium legitur in Ethic. Eudem. VII. 1. ubi pæne hunc ipsum locum persequitur: ὅθεν εἴρηται, ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον· καὶ γὰρ κολοιὸς πετὶ κολοιόν· ἔγνω δὲ φῶρ τε φῶρα καὶ λύκος λύκον. VICTOR.

11, 25. Ἔγνω δὲ θῆρ θῆρα] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Ricc Cam. Spir. Majorag. ἐγνώκει. Isingr. ἔγνωκε. BUHLE.

11, 25. Παρὰ κολοιὸν] In Ethic. ad Nicom. ad Eudem. (l. l.) legitur dialecto Dorica: πετὶ κολοιόν. BUHLE.

11, 26. Ὅμοιον καὶ τὸ συγγενές.] Edd. Ald. Bas. Cam. articulum omittunt. Postea pro ἔργα τὰ τέκνα in cod. Victorii ἔργον legitur, idemque §. 29. in verbis ἀνάγκη δὲ voculam δὲ non habet. VATER.

11, 26. Amat suum quisque opus vehementius, quam ab opere suo amaretur, si ex inanimo fieret animatum, ait Noster Ethic. IX. 7. quod caput Ethicorum, cum hoc Rhetoricorum collatum, lucem afferet et accipiet. SCHRADER.

11, 26. οἷον ἔργα.] Plato Rep. I. p. 330. C. Οἱ δὲ κτησάμενοι διπλῆ ἢ οἱ ἄλλοι ἀσπάζονται αὐτά. Ὥσπερ γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ αὑτῶν ποιήματα καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι, ταύτῃ τε δὴ καὶ οἱ χρηματισάμενοι περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν, ὡς ἔργον ἑαυτῶν, καὶ οὐ κατὰ τὴν χρείαν ὥσπερ οἱ ἄλλοι.

11, 26. Καὶ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ τὸ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν. BUHLE.

11, 27. Ἔτι ἐπεὶ] Eædem edd. ὅτι δ' ἐπεί. BUHLE.

11, 27. Ἀνάγκη, καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν] Cod. Victorii: ἀνάγκη, καὶ

τὸ ἄρχειν καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν. Eandem lectionem secuti sunt vetus interpres Latinus et Hermolaus Barbarus. BUHLE. Victorium male intellexit cl. Buhlius; ejus verba sunt, " In antiquissimo libro post superiora verba (τοῖς πέλας ἡδὺ εἶναι) legitur καὶ τὸ ἄρχειν: vetus enim tralatio, si non hoc, aliud certe verbum exprimit, quod ab excusis nunc abest, sic enim illa habet, *Et subjicere.* Ac fortasse hoc ipsum, ut quod aliud, diversumque nunc appareat, culpa librariorum commissum sit, qui pro *subigere* perperam scripserint *subjicere.* Sive, quod melius, ut opinor, est, auctor veteris tralationis cepit id verbum, ut inferior ætas usurpare consuevit, ut valeat, *subjicere, in potestatem suam aliquos redigere.*"

11, 28. βέλτιστος—διατρίβειν.] Problem. XVIII. 6. Διὰ τί ἅπερ ἂν τινες προέλωνται, ἐνδιατρίβουσι τούτοις ἐνιότε φαύλοις οὖσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς σπουδαιοτέροις; οἷον θαυματοποιὸς, ἢ μίμος, ἢ συρικτὴς μᾶλλον, ἢ ἀστρονόμος, ἢ ῥήτωρ εἶναι ἂν βούλοιτο ὁ ταῦτα ἑλόμενος. Ἢ ὅτι βούλονται μὲν ἔνιοι τὰ σπουδαιότατα μεταχειρίζεσθαι, διὰ δὲ τὸ μὴ πιστεύειν ἑαυτοῖς ὡς δυνησομένοις, διὰ τοῦτο οὐ πράττουσιν; Ἢ ὅτι ἐν οἷς οἴεται ἕκαστος κρατιστεύειν, ταῦτα προαιρεῖται, ὃ δὲ αἱρεῖται, καὶ ἐπὶ τοῦτ' ἐπείξεται, Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας αὐτῷ μέρος Ἵν' αὐτὸς αὐτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν. Ὅ τι δ' ἂν τινες ἐξ ἀρχῆς ἔλωνται, καὶ οἷς ἂν συνεθισθῶσιν, οὐδὲ κρίνειν δύνανται τὰ βελτίω· διέφθαρται γὰρ ἡ διάνοια διὰ φαύλας προαιρέσεις.

11, 28. Καὶ τὸ, ἐν ᾧ] Abest τὸ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

11, 28. Εὐριπίδης.] Citantur hi versus cum alibi tum apud Platonem in Gorg. p. 484. E. Vide Gatakerum ad Marc. Antonin. p. 140. Valckenær. Diatr. Euripid. p. 76. De phrasi βέλτιστος αὐτὸς αὑτοῦ vide Matthiæ Gramm. Gr. §. 460. et quos ille in margine commemoravit.

11, 28. Ὥσπερ καὶ Εὐριπίδης φησὶ] Eædem edd. omittunt καί. BUHLE.

11, 29. Διώρισται δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς] In libro de Poetica, quem nunc habemus, locus de ridiculo non exstat; unde conjicere licet, opus Aristotelis de arte poëtica non integrum ad nos pervenisse. BUHLE.

11, 29. ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς.] Vide infra III. 18, 7. Tota illa pars librorum de poetica periit, non sine gravi jactura studiosorum. In primo tantum libro, qui unus e tribus reliquus est, ridiculi definitionem attulit. VICTOR.

CAP. XII.

12, 1. Πῶς δὲ ἔχοντες.] Edd. Ald. Bas. πῶς δὲ ἔχουσι. VATER.

12, 1. μὴ δοῦναι δίκην.] Ita magnam vim hujus rei Cicero existimavit, ut audaciæ caput appellare ipsam non dubitarit,

pro Milone dicens, c. 16. *Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem?* VICTOR.

12, 1. Τοῦ κέρδους αὐτοῖς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τοῦ κέρδους ἑαυτοῖς. BUHLE.

12, 1. Κοινὰ γὰρ τῶν μερῶν τῆς Ῥητορικῆς ταῦτα πάντων] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. Spir. ταῦτα πάντα. Isingr. κοινὰ γὰρ πάντων τῶν μερῶν τῆς Ῥητορικῆς ταῦτα πάντα. Cam. et Majorag. κοινὰ μὲν pro κοινὰ γάρ· in reliquis cum nostra lectione conspirant, quam etiam ed. Veneta habet. Cod. Victorii: κοινὰ γὰρ ταῦτα πάντων τῶν λόγων. BUHLE.

12, 2. ὕστερον.] Nimirum Rhet. II. 19. SCHRADER.

12, 2. εἰπεῖν δυνάμενοι.] Geta Terentianus Phorm. IV. 3. 34. *An legibus daturum pœnas dices? Sudabis satis Si cum illo inceptas homine, ea eloquentia est.* SCHRADER.

12, 2. ἀγώνων.] *concertationum forensium.* Quo sensu vox ἀγὼν frequentissime ab Atticis usurpatur. Lysias p. Eratosth. p. 48. οἱ δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθεστήκασι, ἢ τοῖς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. Pro Callia p. 196. φέρε γὰρ ἂν νυνὶ Ἀνδοκίδης ἀθῶος ἀπαλλαγῇ ἡμῶν ἐκ τοῦδε τοῦ ἀγῶνος. VICTOR.

12, 2. Καὶ ἐὰν πολύφιλοι ὦσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ ἐὰν πολλοὶ φίλοι ὦσι. BUHLE.

12, 2. πολύφιλοι.] Sic emendavit Victorius e MSS. citans Lysiam p. 303. οὐ μὴν οὐδὲ πολυφίλους ὑμᾶς, ἐμαυτὸν δ' ἔρημον φίλων.

12, 4. Καὶ ἐὰν φίλοι ὦσι] Vide de hoc loco Mureti Var. Lectt. II. 11. BUHLE.

12, 4. καὶ πρὸς.] *Et præterea.* Nec male unus Codex προκαταλλάττονται. Sed melius videtur quod edidi. Pessime vulgo προσκαταλλάττονται.

12, 4. Ἐπεξελθεῖν significat *litem persequi.* Demosthenes adv. Lept. p. 501, 12. Καίτοι καὶ τοῦτ' ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα τρεῖς σέ τινες γραψάμενοι πρότεροι τοῦδε, οὐκ ἐπεξῆλθον. Lysias c. Pancleon. p. 736. ἐπισκηψάμενος δὲ τῷ μάρτυρι, οὐκ ἐπεξῆλθεν.

12, 4. Οἷς ἂν φίλοι ὦσι] Cod. Victorii: οἷς ἂν φιλῶσι. BUHLE.

12, 4. Καὶ ἢ ὅλως ἀφιᾶσιν] Abest disjunctiva ἢ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

12, 5. οἷον ἀσθενής.] Quintilianus V. 10, 26. iisdem exemplis usus est. *Ducitur enim frequenter in argumentum, species, libidinis; robur, petulantiæ; iis contraria in diversum.* Hujuscemodi quippiam significare voluit M. Cœlius in Ep. ad Ciceronem, cum jocans inquit, VIII. 7. *Ser. Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset:* et, ut puto, corporis turpitudinem notavit. VICTOR.

12, 5. Διὰ τὸ ὅλως μηδένα] Eædem edd. omittunt ὅλως· quod cum parum apte sit insertum, equidem illud uncis seclusi. BUHLE.

12, 5. Μηδένα ἂν οἴεσθαι.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἂν non habent. Eædem §. 7. vel ὅτι οὐκ ἂν ἐπεχείρησε, vel ἐπεχείρησαν. Vulgatum ἐνεχείρησαν repositum est ex cod. Victorii. VATER.

12, 6. Καὶ τοιαῦτα] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. καὶ τὰ τοιαῦτα, cum articulo. BUHLE.

12, 6. Ἃ μηδὲ εἷς] Cod. Victorii: οἷα μηδ' ἂν εἷς. BUHLE.

12, 6. Καὶ τὰ ἀδικήματα] Vetus interpres Latinus legit οὕτω καὶ τὰ ἀδικήματα, teste Morelio. BUHLE.

12, 7. Ὅτι οὐκ ἂν ἐνεχείρησαν] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. ἐπεχείρησε. Ven. Cam. Isingr. Spir. Majorag. ἐπεχείρησαν. BUHLE.

12, 8. διάθεσις.] διάθεσιν hic *alienationem* valere arbitror, quo sensu cepit Plutarchus Solone p. 91. E. τῶν δὲ γενομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου μόνον ἔδωκεν· ἄλλα δὲ ἐξάγειν ἐκώλυσεν. Demosth. Olynth. II. p. 22. οὔθ' ὅσ' ἂν πορίσωσιν, οὕτως ὅπως ἂν δύνωνται, ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι. Isocrat. Paneg. p. 49. A. καὶ πολλῆς ἀπορίας οὔσης, τὰ μὲν, ὅπου χρὴ διαθέσθαι· τὰ δὲ, ὁπόθεν εἰσαγαγέσθαι. Valet vero hic, opinor, τρόπος, quibus modus viaque facilis est illa immutandi, quod aut figuram, aut colorem variare possint, aut artificio denique suo aliquo modo facere, ne ipsa cognoscantur. VICTOR.

12, 8. Διάθεσις εὔπορος.] Bene ita scriptum est ex edd. vett. Plurimi libri scripti, διάθεσις εὔποροι, codex antiquiss. διαθέσεις εὔποροι. Idem ἀναβολὴ χρόνου ἢ διαφθοραὶ, pro vulgato, ἀναβολὴ χρόνιος. VATER.

12, 8. ὅσοις μὴ λαθοῦσιν.] Cicero Partit. c. 32. *Si cum opinione celandi, aut si patefactum esset, depellendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differendi.* Δίωσις δίκης est, cum quispiam a se removet periculum judicii, et aliquo modo facit, ne causam dicat. VICTOR.

12, 8. Ἀναβολὴ χρόνιος] Isingr. ἀναβολὴ χρόνου. In antecedentibus ὅσοις μὴ λαθοῦσιν pro λαθοῦσιν Cod. Victorii habet λανθάνουσιν. BUHLE.

12, 8. ἐκτίσεως.] Ἔκτισιν multæ pœnæque legibus impositæ dissolutionem significare planum est: inf. §. 25. ἐπιτηροῦσιν ἢ δίκην ἢ ἔκτισιν. Plutarch. Solon. p. 91. E. καὶ κατὰ τῶν ἐξαγαγόντων ἀρὰς τὸν ἄρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξε, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. Lysias pro Milite p. 325: ἀδικῶς δὲ ζημιωθεὶς, οὔτ' ὀφείλω, οὔτε ἐκτίσαι δίκαιός εἰμι. VICTOR.

12, 8. Δίωσις τῆς ἐκτίσεως] Notante Morelio, vetus interpres Latinus vertit, *depulsio possessionis;* videtur itaque legisse δίωσις τῆς κτήσεως. BUHLE.

12, 8. Δίωσις τῆς ἐκτίσεως] Edd. Ald. Bas. κτήσεως. Paullo post §. 9. in verbis, δοκεῖ ἔχειν cod. Victorii ἔχειν omittit. VATER.

12, 9. ζημίας ἀφανεῖς manifesto vocat pœnas, quæ non apparent injuriam facienti, ut metu illarum a scelere abstinere

se debeat, quæ obscuræ admodum et cæcæ sunt, ut perspici nequeant. VICTOR.

12, 9. Δοκεῖν ἔχειν] Isingr. omisit ἔχειν. BUHLE.

12, 10. λήμματα.] *lucrum.* Demosthen. Olynth. ii. p. 26. τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ τῶν στρατιωτῶν. VICTOR.

12, 10. Αἱ δὲ ζημίαι εἰς χρήματα] Ald. Bas. Ricc. Spir. *αἱ δὲ ζημίαι ὡς χρήματα.* Sylb. Casaub. Duvall. Londin. *αἱ δὲ ζημίαι εἰ χρήματα.* Quemnam intelligat Aristoteles Zenonem, pœnas simul pro parentibus luentem, non compertum habeo. BUHLE.

12, 10. Ἢ τοιοῦτόν τι] Spir. ἢ τοιούτων τι. BUHLE.

12, 11. πολλάκις λεληθότες.] Phormio Terentianus II. 2. 13. *Quot me censes homines jam diverberasse usque ad necem, Hospites, tum cives? Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?* VICTOR.

12, 11. ἀναμάχεσθαι.] Qui tamquam fortunam belli rursus temptare cupiunt, a Græcis ἀναμάχεσθαι dicuntur. Cleomenis, Spartanorum regis, elegantissima vox celebratur a Plutarcho in Laconicis p. 223. E.: cum enim Argivi magna clade accepta, dicerent se velle ἀναμάχεσθαι· Θαυμάζω, ἔφη, εἰ δὶς συλλαβῶν προσθήκῃ νῦν κρείττονες ἐγένεσθε ἢ πρόσθεν ἦτε. Vim hujus verbi intellexit Virgilius, cum a Latino rege hæc dici facit Æn. XI. 306. de Trojanis: *quos nulla fatigant Prælia, nec victi possunt absistere bello.* Rem ipsam feliciter expertus est M. Marcellus, cum priore die victus ab Hannibale fuisset, quod cum audisset parari dux hostium, exclamavit, (Livii XXVII. 14.) *Cum eo nimirum hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis, seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.* Græco veteres scriptores passim utuntur, et sæpe etiam ad alia transferunt: ut hic noster in Probl. XVIII. 2. de Sophistis agens: Καὶ γὰρ νικῶντες, διὰ τὸ χαίρειν, προάγονται μᾶλλον ἐρίζειν· καὶ ἡττώμενοι, ὡς ἀναμαχούμενοι. VICTOR. Alia studiosis suppeditabunt Spanhem. ad Julian. p. 178. Abresch. Dilucid. Thucydid. p. 710. Valckenær. et Wesseling. Herodot. VIII. 109. Wyttenbach. Bib. Crit. X. p. 23. Ceterum editores recentiores fefellisse videntur hæc Victorii verba in Addendis p. ult. "Emenda locum hunc in verbis auctoris οἷον ἀναμά-" χεσθαι. Videtur enim pro οἷον legi debere οἵοι, ut dixerit " οἵοι ἀναμάχεσθαι, ut alibi idem οἷος διώκειν, οἷος εὖ ποιεῖν, οἷος " κεκτῆσθαι, et infinita alia hujuscemodi." Et frustra hanc lectionem e cod. MS. suspicatus sum hausisse virum doctum, qui eam in marg. ed. Morel. in Bibl. Bodl. reposuit. Debetur enim ea unice Victorio.

12, 11. Ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οἷον ἀναμάχεσθαι] Vetus interpres Latinus vertit: *sicut et in bellicis, qui victi penitus volunt vincere.* Conveniunt cum hac versione, quæ habet

Græcus Scholiastes: ὡς γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ὁρμήσαντές τινες κατ' ἐχθρῶν καὶ ἡττηθέντες οὐ στέργουσιν, ἀλλ' ἀναμάχονται. Acute conjecit hinc Morelius, lectum olim fuisse: οἱ ἀποτετυχηκότες ἀναμάχονται, adeoque οἱ in οἷον depravatum esse, et ἀποτετυχηκότες excidisse, id quod facillime fieri potuit, cum idem verbum paulo antea positum sit. Vide tamen Victorii Comment. p. 221. BUHLE.

12, 11. Εἰσὶ γὰρ τινες—οἷον ἀναμάχεσθαι.] Priscus Intpr. *Sicut et in bellicis, qui victi penitus, volunt vincere.* Unde Morellius vix recte conjecit, lectum olim fuisse, οἱ ἀποτετυχηκότες ἀναμάχονται. Potius, οἱ καταμαχόμενοι ἀναμάχονται lectum esse dixerim. Nam cum priscus Intpr. verba Aristotelea premat; illa conjectura ejus sententiam non explet. Idem vult, cum prisco Intpr. consentire Schol. Gr. Qui tamen quid in codice suo habuerit, pronunciari vix liceat. Speciminis caussa Scholiastæ verba describo. Καὶ οἱ πολλάκις ἀποτετυχηκότες, ἤτοι πολλάκις ὁρμήσαντες ἀδικῆσαι καὶ μὴ δυνηθέντες ἀδικοῦσιν. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ὁρμήσαντές τινες κατ' ἐχθρῶν καὶ ἡττηθέντες, οὐ στέργουσιν, ἀλλ' ἀναμάχονται· καὶ ἐπὶ τῶν παλαιόντων πίπτοντές τινες προσκαλοῦνται πάλιν εἰς πάλην τὸν ἀντίπαλον, ἵνα ἀναπαλαίσωσιν· οὕτω καὶ οὗτοι πολλάκις ἀποτυχόντες, ὁρμῶσιν εἰς τὸ ἀδικεῖν, ὡς ἂν ὀψέ ποτε τούτου ἐπιτύχωσι. Itaque voc. ἀναμάχεσθαι tentandum non est. Sed an possit Græce dici, εἰσί τινες, οἷον ἀναμάχεσθαι, equidem valde dubito. Contra, ut ad normam linguæ Græcæ conformetur oratio, conjeci mutatione facillima legendum esse, οἷοι ἀναμάχεσθαι, *eo ingenio, ut denuo pugnent*, quod Wolfio, præceptori meo eximie colendo, et Chrph. Rufo (Antex. l. l. p. 607.) placere intelligo. VATER.

12, 12. οἱ γὰρ ἀκρατεῖς.] Impotentes cupiditatum homines hujuscemodi sunt, id est, anteponunt præsentem voluptatem futuræ ægritudini. Lucilii versus apud Nonium e lib. xxvi. ipsos perstringit, *Qui sex menses vitam ducunt, orco spondent septimum.* VICTOR.

12, 12. Οἱ γὰρ ἀκρατεῖς τοιοῦτοι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. οἱ δ' ἀκρατεῖς. BUHLE.

12, 13. ἐγκρατεῖς καὶ φρονιμώτεροι.] Prudentiores eo nomine sunt, quod minora mala præsentia æquo animo ferunt, ut majorum inde bonorum diuturniorumque compotes fiant. Apud Terentium Phormione, Antipho adolescens, quem pœnitebat facinoris, quod fecerat, exponens se tunc meliore in statu futurum fuisse, si sibi temperare potuisset, inquit, *Potitus non essem; fuisset tum illos mihi ægre aliquot dies, At non cotidiana cura hæc angeret animum.* Quibus verbis se ἀκρατῆ fuisse declaravit, ac merito tunc plecti. VICTOR.

12, 13. Καὶ φρονιμώτεροι τὰ τοιαῦτα.] Edd. Ald. Bas. Cam. τὰ omittunt. VATER.

12. 16. Ὡς οὐδὲν μᾶλλον ἀδοξοῦντες] Sic recte emendavit

Victorius e Codd. Legebatur in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. ὡς οὐδὲν μᾶλλον δόξοντες. Idem expresserunt vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, et Hermolaus Barbarus. At Scholiastes Græcus Victorii emendationem confirmat, quam etiam sensus exigere videtur. BUHLE.

12, 18. συλῶντες τοὺς Καρχηδονίους.] Historia ignota est. Suspicatus sum aliquando legendum esse Χαλκηδονίους. Voces Καρχηδὼν et Χαλχηδὼν in scriptis veterum perpetuo commutantur, quod discere licet ex Aristoph. Equit. 174. et alibi. Fidem huic conjecturæ facit Grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 303, 27. Σῦλα δοῦναι κατὰ τῆς Χαλκηδονίων πόλεως· ἐπεγράψαι τὴν πόλιν ληστεῦσαι. Non aliam videtur historiam spectare Grammaticus quam hic Aristoteles.

12, 18. Οἷον, οἱ συλῶντες τοὺς Καρχηδονίους] Commemoravit Aristoteles *Carthaginienses*, quoniam a Græcis remotissimi erat. BUHLE.

12, 19. Καὶ τοὺς ῥαθυμοῦντας] Cod. Victorii, margo Isingr. et vetus interpres Latinus: καὶ τοὺς ῥαθύμους. BUHLE.

12, 19. αἰσχυντηλούς.] Hujuscemodi hominibus facinorosum ac turbulentum virum Cleonem insidias tendere solitum, exprobrat illi chorus apud Aristophanem in Equitibus v. 264.: ait enim ipsum summo studio solitum attendere, qui mitis placidive ingenii e numero civium foret, dives ac probus vir, et qui valde negotia molestiasque omnes perhorresceret: atque illi subito calamitatis aliquid moliri ac struere. Καὶ σκοπεῖς γε τῶν πολιτῶν ὅστις ἐστὶν ἀμνοκῶν, Πλούσιος, καὶ μὴ πονηρὸς, καὶ τρέμων τὰ πράγματα. VICTOR.

12, 20. Μυσῶν λείαν.] Demosthen. de Corona p. 248, 23. Reisk. εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐχρῆν, ἀλλὰ τὴν ΜΥΣΩΝ ΛΕΙΑΝ καλουμένην τὴν Ἑλλάδα οὖσαν ὀφθῆναι, ζώντων Ἀθηναίων κ. τ. λ. Harpocration in v. παροιμία τίς ἐστιν οὕτω λεγομένη, ἣν φησι Δήμων ἐν τεσσαρακόστῃ περὶ παροιμιῶν, τὴν ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τῶν καταδραμόντων ἀστυγειτόνων τε καὶ ληστῶν τὴν Μυσίαν, κατὰ τὴν τοῦ Τηλέφου τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν· κέχρηνται δὲ τῇ παροιμίᾳ ἄλλοί τε καὶ Στράττις ἐν Μηδείᾳ, καὶ Σιμωνίδης ἐν Ἰάμβοις.

12, 20. Μυσῶν λείαν] Mysi, Asiæ minoris provinciam inhabitantes, imbelles atque inertes habebantur, ut vilis animi eum esse oporteret, qui a Myso spoliaretur. Cic. orat. pro Flacco c. XXVII: *Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur.* Vide Erasmi Adag. Chil. I. cent. 6. et Victorii Comment. p. 224. BUHLE ex SCHRADER.

12, 21. Καὶ οὓς μηδεπώποτε, καὶ οὓς πολλάκις] Ald. Bas. I. 2. Frob. Ricc. Spir. καὶ οὓς μηδέποτε. Isingr. καὶ τοὺς μηδέποτε, καὶ τοὺς πολλάκις. Hoc quidem melius. BUHLE.

12, 22. Ὧν οἱ μισούμενοι καὶ φθονούμενοί εἰσι] Vetus interpres Latinus vertit: *tanquam odium et invidiam sustinentes*

Putat itaque Morelius, eum legisse: ὡς μισούμενοι καὶ φθονούμενοι. BUHLE.

12, 23. προγόνων.] Satis accommodatum exemplum est hujus, quod tradit auctor vafri consilii ostendendi: proditum enim litteris est, nisi memoria me fugit, Agathoclem, Siculorum tyrannum, cum classe Ithacenses diripuisset, illique cum eo questi fuissent de tanta injuria, dixissentque non se meritos esse, ut tam male tractarentur, respondisse eum lepide ulcisci se voluisse veterem injuriam, cum rex ipsorum pastori suo oculum effodisset. VICTOR. Vide Plutarch. De S. N. V. p. 557. B. Apopth. p. 176. E.

12, 23. Ἢ ποιησάντων κακῶς] Isingr. ἢ π. φίλως. BUHLE.

12, 23. Ἢ μελλησάντων] Sic restituit Victorius e Codd. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Majorag. ἢ μελησάντων. BUHLE.

12, 23. Προφάσεως.] Hoc proverbium ita extulit Menander apud Stobæum Flor. Grot. p. 33. Μικρά γε πρόφασίς ἐστι τοῦ πράξαι κακῶς. Alia loca quærenti indicabit Lennepius ad Phalarid. Ep. LXV. p. 195.

12, 24. Προφάσεως δέεται μοῦνον] Isingr. pro δέεται habet δεῖται. Idem legitur in Codd. melioribus MStis. Μοῦνον pro vulgato μόνον legi oportere, ut metrum constet, vidit jam Sylburgius. BUHLE.

12, 24. ῥᾴδιον.] Theognis 1219. Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι Κύρνε· φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν. Cum sinistrum hominis ingenium pessimumque declarare vellet Lysias in Or. pro Callia, dixit Andocidem consuesse nihil detrimenti afferre inimicis, amicis vero quantum posset incommodi p. 202. ὃς τέχνην ταύτην ἔχει, τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν κακόν· τοὺς δὲ φίλους ὅ τι ἂν δύνηται κακόν. VICTOR.

12, 24. Δεινοὺς εἰπεῖν ἢ πράξαι.] Proprie locutus est: qui enim multum dicendo valent, aut in rebus gerendis navi et industrii sunt, a Græcis δεινοὶ appellantur. Ductor quoque exercitus recte ita laudatur. Consuetudo tamen sermonis non ferebat, ut tibicen aut histrio δεινὸς vocaretur, quamvis multum artificiis suis valerent, ut subtiliter ipse in Problematibus docuit. VICTOR.

12, 24. Ἐγχειροῦσιν ἐπεξιέναι] Ven. Isingr. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐγχειροῦσιν ἐπιέναι. Male. Habet tamen ἐπεξιέναι Isingr. jam in margine. BUHLE.

12, 25. Ἐπιτηροῦσιν ἢ δίκην, ἢ ἔκτισιν] Vetus interpres Latinus vertit: *quibus non carum morari, ut* obtineant *judicium, aut* obtineant *vindictam*. Hariolatur hinc Morelius, interpretem pro ἐπιτηροῦσι legisse ἐπιτυχοῦσι. Parum feliciter. Refellit conjecturam jam Sylburgius. BUHLE.

12, 25. ξένοι καὶ αὐτουργοί.] Per se res sane plana, verumtamen si quis cupiat ipsam exemplis illustrari, Terentianus

Syrus Adelphis, cum Sannione lenone loquens, inquit, *Præterea autem te aiunt proficisci Cyprum.* Quo audito statim Sannio, consilium illorum intelligens, ingemuit, nec multo post inquit; *Nusquam pedem: perii hercle: hac illi spe hoc incœperunt*, et quæ sequuntur. Præterea Andria Crito, *Nunc me hospitem lites sequi, quam mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent.* Cum autem *αὐτουργοὺς agricolas* reddiderim, non me fallit ita etiam alios, *qui manu victum sibi quærerent*, appellatos: ut Aristot. infra II. 4, 9. *καὶ τούτων οἱ ἀπὸ γεωργίας, καὶ τῶν ἄλλων οἱ αὐτουργοὶ μάλιστα.* Plerumque tamen ita, qui glebas subigunt, vocabantur: unde in Electra Euripidis agricola, cui nuptam poëta fingit Electram, natione Mycenensis, *αὐτουργὸς Μυκηναῖος* appellatus: et idem poeta in Oreste eodem nomine ejusdem studii hominem significavit v. 917.: *Ὀλιγάκις ἔστιν κἀγορᾶς χραίνων κύκλον, Αὐτουργός, οἵπερ καὶ μόνοι σώζουσι γῆν.* Cum rusticis autem præcipue hominibus male agi si diutius in urbe retineantur, in primisque ipsos a foro litibusque abhorrere, et eodem Euripidis testimonio, et Theophylacti, confirmatur, qui id eleganter in epistola quadam expressit. *Εἰ γεωργὸς εἶναι βεβούληται, τῶν πολιτικῶν θορύβων ἀφίστασο· εἰ δὲ ῥήτορες παρὰ σοὶ καὶ δικαστήρια καὶ βήματα περισπούδαστα, τὴν δίκελλαν ἀφεὶς* etc. VICTOR.

12, 25. *Ἐπὶ μικρῶν*] Victor. Spir. Morel. Sylb. Casaub. Londin. *ἐπὶ μικρῷ*. Nescio an melius. BUHLE.

12, 25. *Οἱ τοιοῦτοι κατακαύονται*] Abest *οἱ τοιοῦτοι* a Cod. Victorii, quare uncinos adhibui. BUHLE.

12, 28. *καὶ οἷς χαριοῦνται.*] Supplendum videtur *ἀδικουμένοις*, vel *ἠδικημένοις*. *Et quibus lædendis vel læsis gratum facient amicis* etc.

12, 28. *πρὸς οὓς ζῶσιν.*] *Ζῆν πρός τινα* significat, *alicui se dedisse*, cunctasque actiones suas ad eum dirigere. VICTOR.

12, 28. *Καὶ πρὸς οὓς ἐστιν ἐπιεικείας τυχεῖν.*] Hæc maxima interpunctione distinguuntur ab antecedentibus. Itaque Majoragius vertit: *Et, qui sperant fore, ut non summo jure, sed ex æquo et bono secum agatur.* Vix recte. Cum Victorio equidem hoc enuntiatum jungo cum antecedentibus: *καὶ οἷς χαριοῦνται ἢ φίλοις—ἢ ὅλως (τούτους), πρὸς οὓς ζῶσιν αὐτοὶ, καὶ πρὸς οὓς ἐστιν ἐπιεικείας τυχεῖν, quorum gratia et clementia uti volunt.* Alioquin hæc est mera repetitio paragraphi 14. VATER.

12, 29. *Ἐγκεκληκότες ὦσι*] Vetus interpres Latinus vertit, *inclinati.* Legit itaque, *ἐγκεκλικότες*. In sequentibus Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. alium habent membrorum ordinem; nam paradigmaticum, *οἷον Κάλλιππος ἐποίει τὰ περὶ Δίωνα*, in illis præponitur ætiologico, *καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα κ. τ. λ.*

Equidem Victorium secutus sum. De Callippo, ejusque in Dionem scelere, vid. Plutarch. Vita Dion. Opp. T. I. p. 982. et de sera num. vind. cap. 16. Cornelius Nepos Callippum vocat *Callicratem*. Fuit Callippus Atheniensis, Dionis, dum hic Athenis commoraretur, familiaris, ejusque in expeditione in Siciliam comes. Amicitia diremta, Callippus mercenariis militibus Dionem in suspicionem adduxit, apud cives Syracusanos diffamavit, et denique interfecit. In antecedentibus verbis in textu nostro pro προδιακεχωρηκότες marg. ed. Venet. legit προδιακεχειρηκότες. BUHLE.

12, 29. Ἐγκεκληκότες ὦσι.] Hoc Schol. Gr. tuetur, priscus Intpr. contra ἐγκεκλικότες.

12, 29. Καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐγγὺς τοῦ μὴ ἀδικεῖν φαίνεται.] Hæc modo legebantur §. 27. Hic diverso loco in exemplaribus inveniuntur. Nam in edd. vett. antecedunt exemplum, οἷον Κάλλιππος Δίωνα: contra sequuntur in ed. Victorii, qui tamen de hac discrepantia nihil notavit. Quare conjicio verba, καὶ γὰρ—φαίνεται, scholion esse ex §. 27. huc importune translatum. VATER.

12, 29. προδιακεχωρηκότες.] A quibus dissociati jam sunt: quibus inimici infensique, rupto amicitiæ fœdere, jam facti fuerint: id enim προδιακεχωρηκότες valere arbitror: διαχωρῆσαι enim *sejungere dirimereque* est: amicitia namque, quæ conjunctio est animorum, aliqua simultate orta, dirimitur. VICTOR.

12, 30. Αἰνεσίδημος.] Historia hæc, ab aliis autoribus, qui exstant, non commemorata, planam habet sententiam. Ænesidemus nempe Leontinorum tyrannus, cum finitimæ cujusdam gentis libertati immineret, Gelo, rex Syracusanus, illum in populo illo opprimendo prævenit. Ob quod factum, Ænesidemus Geloni, tanquam vigilantiori, cottabia, h. e. præmia misit. Κότταβος ludi genus erat in conviviis, a Siculis inventus, a Græcis frequentatus. Qui operam illi dabant dicebantur κοτταβίζειν, præmia victorum κοτταβίδες et κοττάβια vocabantur: erant placentæ, pocula, et hujusmodi. Adi Athenæum XI. p. 479. et XV. sub init. Pollucis Onom. VI. 19. SCHRADER.

12, 30. Hoc pacto significavit Geloni Ænesidemus victum se ab eo diligentia et festinatione, cum alioquin idem et ipse meditaretur. ἂν μὴ αὐτοὶ concise positum ab Aristotele pro ἂν μὴ αὐτοὶ φθάσωσι· vel κἂν μὴ αὐτοὶ ἀδικῶσι. Ante vocem ἀνδραποδισαμένῳ deest populi a Gelone oppressi nomen, aut scribendum τινὰς ἀνδρ. CASAUBON.

12, 30. κοττάβεια.] Ita scribendum, non κοττάβια, docet vel metrum in tribus minimum versiculis apud Athenæum XV. p. 666. E. 667. F. Et hanc scripturam defendit analogia:

nam ut a διδασκαλὸς διδασκαλεῖον, a στρατηγὸς στρατηγεῖον, sic a κότταβος κοττάβειον. De lusu hoc conviviali permulta congessit Meursius *De ludis Græcorum* in v. Κοτταβισμός.

12, 30. Πέμψαι κοττάβια ἀνδροποδισαμένῳ.] Casaubonus in Comm. ad Athenæi XV. c. 1. p. 944. conjicit nomen populi excidisse, aut τινὰς inserendum esse. Illud præferrem; sed Aristoteli licet absolute loqui. Quia hic modo de eo agitur, quod res gesta est; adversus quos gesta sit, reticetur. VATER.

12, 31. Ὥσπερ ἔφη Ἰάσων ὁ Θετταλὸς, δεῖν ἀδικεῖν] Ven. Cam. Isingr. Ricc. Majorag. δεῖ ἀδικεῖν, indicative. Traditur etiam a Plutarcho (præcept. de ger. republica p. 817. F.) Jason, cum multis vim faceret, dixisse: *Necesse est, ut in minutis rebus injuste agant, qui in magnis justitiam velint servare.* BUHLE.

12, 33. Τὰ εὐμετάβλητα] Ald. Bas. Ricc. τὰ εὐμετάβολα. BUHLE.

12, 33. Εὐμετάβλητα ἢ σχήμασιν] Ed. Ald. ἢ omittit. VATER.

12, 34. Ἃ πολλαχοῦ] Isingr. πολλαχῶς. Ed. Ricc. πολλαχοῖς, vitiose haud dubie pro πολλαχῶς. BUHLE.

12, 35. Καὶ ἐφ' οἷς συγγνώμη.] Edd. Ald. Bas. καὶ εὐθὺς συγγνώμη. VATER.

12, 35. ὅσα αἰσχύνονται.] Lysias c. Simon. p. 135. Μάλιστα δ' ἀγανακτῶ, ὦ βουλὴ, ὅτι περὶ τῶν τραυμάτων εἰπεῖν ἀναγκασθήσομαι πρὸς ὑμᾶς, ὑπὲρ ὧν ἐγὼ αἰσχυνόμενος, εἰ μέλλοιεν πολλοί μοι συνεῖσεσθαι, ἠνεσχόμην ἀδικούμενος.

12, 35. ἀδιάφορα καὶ ὅμοια] Ἀδιάφορα, quæ sunt ejusdem generis appellavit, nullaque re ab ipsis discrepant; ut nummos eodem signo percussos: Ὅμοια, quæ assimilia ipsis sunt; ut, quamvis multas partes similes habeant, tamen aliquid etiam diversi contineant: hæc enim quoque non facile distinguuntur. VICTOR.

12, 35. φιλοδικεῖν.] Lysias c. Theomnest. I. p. 344. ἀνελεύθερον γὰρ, καὶ λίαν φιλόδικον εἶναι νομίζω, κακηγορίας δικάζεσθαι. Terentianus Crito, ut hanc culpam effugeret, certam spem hereditatis obtinendæ abjecit. Sic enim secum cogitavit: *Clamitent me sycophantam, hereditatem persequi, mendicum.* VICTOR.

CAP. XIII.

13, 1. Ὥρισται δὴ] Vetus interpres Latinus: ὥρισται δέ. BUHLE.

13, 2. δικῶς.] Hanc justi, ratione duplicis legis, divisionem clarius proponit Ethic. V. 7. SCHRADER.

13, 2. ἴδιον, τὸν δὲ κοινόν.] Legem propriam appellat, quæ singulis civitatibus, nationibusque definita est, quaque inter se illi vivere pepigerunt: quæ tamen simplex non est: altera namque ipsius pars scripto continetur, altera in consuetudine institutisque manet; quæ tamen diversa est a communi, quam cunctæ gentes atque homines, quibuscunque in terris positi sunt, servant; quamvis cum ea huic propriæ conveniat, quod neutra ipsarum monimentis ullis, tabulisque mandata

est: discrepant tamen, quod propriam, non scriptam etiam legem, consensu pactoque ratam habent; communem vero naturæ vi, non pactione, aut voluntatum communione, universi mortales sectantur. VICTOR.

13, 2. Καὶ τούτων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ τοῦτον. BUHLE.

13, 2. ἄγραφον.] De legibus non scriptis hæc habet Xenophon Mem. IV. 4, 19. Ἀγράφους δέ τινας οἶσθα, ἔφη, ὦ Ἱππία, νόμους; Τούς γ' ἐν πάσῃ, ἔφη, χώρᾳ κατὰ ταυτὰ νομιζομένους. Ἔχοις ἂν οὖν εἰπεῖν, ἔφη, ὅτι οἱ ἄνθρωποι αὐτοὺς ἔθεντο; Καὶ πῶς ἄν; ἔφη· οὔτε γὰρ οὗτε συνελθεῖν ἅπαντες ἂν δυνηθεῖεν, οὔτε ὁμόφωνοί εἰσι. Τίνας οὖν, ἔφη, νομίζεις τεθεικέναι τοὺς νόμους τούτους; Ἐγὼ μὲν, ἔφη, θεοὺς οἶμαι τοὺς νόμους τούτους τοῖς ἀνθρώποις θεῖναι· καὶ γὰρ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται τοὺς θεοὺς σέβειν. κ. τ. λ. Vide Platonem Rep. VIII. p. 563. et Astium p. 591. Platon. Legg. VII. p. 793. A. Demosthenem c. Aristocrat. p. 639. ed. Reisk. Archytas Stobæi XLI. p. 267. Πονηρῶν ἀθέων νόμοι θεῶν ἄγραφοι ἀντινομιζόμενοι, πονηρὰν μοῖραν καὶ ζημίαν τῷ μὴ πειθομένῳ διδόντες, πατέρες καὶ ἡγεμόνες τῶν γεγραμμένων νόμων, καὶ δογμάτων ἀνθρώποις τεθέντων. Hierocles ibid. XXXVII. p. 230. ἔθος ἄγραφός τις εἶναι βούλεται νόμος, καλὸν ἐπιγεγραμμένος νομοθέτην, τὴν τῶν χρωμένων ἁπάντων εὐαρέστησιν, ἴσως δέ που καὶ τοῖς φύσει δικαίοις ἐγγὺς βάλλων.

13, 2. μαντεύονται.] Quod cuncti mortales divino afflatu pronuntiant; in quo omnes conveniunt, tacito instinctu commoti, μαντεύονται, ut opinor, valet. Similiter Ethic. Nic. I. c. 5. τἀγαθὸν δὲ οἰκεῖόν τι καὶ δυσαφαίρετον εἶναι μαντευόμεθα. Plato Charmide p. 169. B. τὴν γὰρ οὖν δὴ σωφροσύνην ὠφέλιμόν τι καὶ ἀγαθὸν μαντεύομαι εἶναι. Quia autem hoc certo non intelligitur, ita, ut opinor, locutus est. VICTOR.

13, 2. Ἀπειρημένον θάψαι τὸν Πολυνείκη] Isingr. ἀνῃρημένον. Aliæ edd. Πολυνείκην. Cf. Sophoclis Antigon. vs. 462. Pro ζῇ τοῦτο apud Sophoclem legitur ζῇ ταῦτα· videtur tamen Aristoteles numerum consulto commutasse, ut locutioni suæ hoc verbum responderet. BUHLE.

13, 2. Περὶ τοῦ μὴ κτείνειν.] Locos Empedoclis superstites, qui hanc sententiam complectantur, congessit Sturzius in perdocta de vita et scriptis Empedoclis commentatione Lips. 1805. 8°. p. 530. 531. ubi ex verbis τοῦτο γὰρ—δίκαιον hexametrum effinxit, qualem nec scripsit Empedocles unquam, nec scribere potuit.

13, 2. Διά τ' ἀπλέτου αὐγῆς] Isingr. habet in margine: διά τ' ἀπελέτου γῆς. Codd. quidam Victorii: ἀπλέτου αὖ γῆς, quam lectionem amplexus est Hermolaus Barbarus. In eodem versu pro τέτακται, quod Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. legunt, Victorius reposuit jam τέταται. De Empedoclis sententia vid. Stephani poes. philos. p. 24. BUHLE.

13, 2. Καὶ ὡς λέγει ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ Ἀλκιδάμας] Hic lacuna est; nam exciderunt verba ex Messeniaca Alcidamantis oratione excerpta; quare, cum ipsa oratio quoque perierit, quid de lege naturæ senserit Alcidamas, nunc quidem ignoramus. Fuit Alcidamas Eleates, philosophus et rhetor, Gorgiæ Leontini discipulus. Frigora orationum ejus reprehendit Aristoteles Rhet. III. 3, et pluribus locis. Exstant adhuc sub Alcidamantis nomine *Ulyssis Oratio de Palamedis proditione*, et *Libellus de Sophistis*. Vid. Reiskii Orat. Gr. Vol. VIII, p. 64, 77. Conjecit *Ruhnkenius*, vir summus, pro Ἀλκιδάμας hoc loco legendum esse Λεωδάμας, cujus supra I. 7, 13. Aristoteles mentionem fecit; ita ut oratio illa habita sit contra Callistrati orationem ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ· constat enim, Leodamantem et Callistratum inter se dissensisse. Confuderunt quoque sæpius librarii *Leodamantem* et *Alcidamantem*. Vid. Ruhnken. Hist. crit. Orat. Gr. ap. Reisk. l. l. p. 144. Non ausus tamen sum vulgatam lectionem mutare. BUHLE.

13, 2. Ὡς λέγει ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ Ἀλκιδάμας.] Edd. Ald. Bas. Cam. Ἀλκίδαμος. Non affirmaverim, in verbis Aristotelis inesse caussam, unde tuto colligas, Alcidamantis dictum excidisse. Nam interdum desunt pronuntiata scriptorum laudatorum, quippe tum temporis satis nota. Quæ utut sunt, in Schol. Gr. leguntur significata Alcidamantis verba hæc: Ἐλευθέρους ἀφῆκε πάντας θεός (θεοὺς est in Schol. impressum). οὐδένα δοῦλον ἡ φύσις πεποίηκεν. Ad τὸ πάντων νόμιμον hæc respiciunt. VATER.

13, 3. Πρὸς οὓς δὲ διώρισται, διχῶς διώρισται] Cod. Victor. ὥρισται. Vetus interpres Latinus legit brevius: πρὸς οὓς δὲ διχῶς. BUHLE.

13, 3. Πρὸς οὓς δὲ διώρισται, διχῶς διώρισται.] Alterutrum διώρισται ex vitio scribendi ortum videtur: nam est in libris scriptis discrepantia quædam. Eo omisso facile expeditur sensus verborum. VATER.

13, 3. πρὸς ἕνα—κοινόν.] In V. actione in Verrem Cicero, cum exprobraret ipsi corruptelam filii, quæ ipsius negligentia orta erat, docuit illum δημοσίου ἀδικήματος etiam eo nomine reum esse: *Quibus in rebus, non solum filio, verum etiam reip. fecisti injuriam: susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ.* VICTOR.

13, 4. Confer supra cap. X. BUHLE.

13, 5. Ὑπὸ ἑκόντων] Cod. optimus Victor. ὑπὸ ἑκόντος. Melius forsitan. BUHLE.

13, 6. Ἐπεὶ δ' ἀνάγκη] Ald. habet ἐπεὶ δ' ἂν κεφάλαιον. Idem tuentur Bas. 1. 2. et Frob. Isingr. ἐπεὶ δ' ἀναγκαῖον. BUHLE.

13, 6. Ἐκ τῶν πρότερον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐκ τῶν προτέρων. BUHLE.

13, 6. Τὰ κακὰ διήρηται] Teste Morelio, alii Codd. habent

διείρηται, *explicata sunt*. Unus Cod. MStus Victorii legit εἴρηται. Confer supra capp. V. et VI. BUHLE.

13, 7. ἐγκλήματα.] Ἐγκλήματα vocari cum quispiam de aliquo queritur, eumque in judicium vocat, apertum est: ἀδικήματα vero hic non dixisse, existimari potest, quia eo verbo, quæ inviti imprudentesque faciunt, complexus non esset. VICTOR.

13, 7. Ἢ πρὸς τὸ ἴδιον εἶναι· ἢ καὶ ἀγνοοῦντος, ἢ ἄκοντος] Ald. Bas. 1. 2. Frob. ἢ πρὸς ἴδιον εἶναι· ἢ ἀγνοοῦντος, ἢ ἄκοντος. Ven. Cam. Spir. Ricc. Isingr. Majorag. ἢ ἴδιον εἶναι· ἢ ἀγνοοῦντος καὶ ἄκοντος. Vulgatam lectionem prioris membri bene se habere existimo; at in posteriori membro reponendum esse, quod ex edd. Venet. et cett. attuli; nam sequitur in textu ἢ ἑκόντος καὶ εἰδότος. BUHLE.

13, 7. προελομένου.] Intelligit, quæ διὰ λογισμὸν supra fieri ab hominibus inquit: illa enim, re antea deliberata, geruntur: et tamquam potiora accommodatioraque sumuntur. Διὰ πάθος vero, quæ secuti homines appetitionem, expertem rationis, committunt; i. e. cupiditatem et iram. VICTOR.

13, 8. Ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη] Vide Rhet. II, 2. BUHLE.

13, 8. Εἴρηται πρότερον] Rhet. I. 10, 12. BUHLE.

13, 9. ἐπίγραμμα.] Reus et definitum et definitionem objecti criminis attendet. Vel enim negabit furtum esse, quod commisit, quod est negare τὸ ἐπίγραμμα, *inscriptionem*: vel negat se invito domino rem alienasse, quod est negare περὶ ᾧ τὸ ἐπίγραμμα, *de quo est inscriptio*. Eodem modo qui negat contumeliam esse id quod dixit aut fecit, is negat inscriptionem: qui vero ignominiæ caussa quiddam se dixisse aut fecisse pernegat, is negat id de quo est criminis inscriptio. SCHRADER.

13, 9. λαβεῖν μὲν ἀλλ' οὐ κλέψαι.] Vide Quintilian. III. 6. 48.

13, 9. Συγγενέσθαι μὲν] Abest μὲν ab edd. Ald. Venet. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Igitur uncinos applicavi. BUHLE.

13, 9. Ἢ κλέψαι, ἀλλ' οὐχ ἱεροσυλῆσαι] Excidit integrum hoc commation e textu edit. Lips. BUHLE.

13, 9. ἐπεργάσασθαι.] Diodorus Sic. XVI. 23. Οἱ δὲ Φωκεῖς ἐπεργασάμενοι πολλὴν τῆς ἱερᾶς χώρας τῆς ὀνομαζομένης Κυρραίας, δίκας ὕπεσχον ἐν Ἀμφικτύοσι. Ubi v. Wesselingium. Hinc patet veram esse lectionem δημοσίαν.

13, 9. Ἀλλ' οὐ δημοσίαν] Ita emendavit Victorius e Codd. Dubito, an recte. Nolui tamen a magni viri auctoritate recedere. Alii Codd. et Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. ἀλλ' οὐ δημόσια. Idem expressit Georgius Trapezuntius. Vetus interpres Latinus et ed. Riccob. ἀλλ' οὐ δημοσίᾳ· id quidem optime. Sensus tum exit: *Et commisisse quidem se facinus, sed privatim, non publice.* BUHLE.

13, 9. Ἀλλ' οὐ προδιδόναι] Vertunt vetus interpres Latinus et

Georgius Trapezuntius: *sed non prodidisse.* Legerunt fortasse: ἀλλ' οὐ προδεδωκέναι; vel προδοῦναι. Melius. BUHLE.

13, 9. Ἐμφανίζειν τὸ δίκαιον arbitror significare, aperire quid æquum sit, cum antea obscurum incertumque foret: explanare quomodo res illæ accipi debeant: proferre in medium, quod multi, qui hæc distinguere non poterant, non videbant, quid de illis sentiendum sit. VICTOR.

13, 10. περὶ οὗ ἡ ἀμφισβήτησις.] In antiquissimo libro non leguntur ea verba, περὶ οὗ. Illa quoque vetus tralatio non exprimit. Quare videndum, num lectio hæc verior, integriorque sit. Si autem, ut in excusis, legatur, antecedentia verba neutri generis erunt, ut factum aliquod tale intelligatur, quemadmodum a me supra explicata sunt: si vero hæc lectio recipiatur, virilis, hoc sensu: *in omnibus autem iis quæstionibus controversia est, utrum qui fecit injustus improbusque sit, an non injustus.* Verba sane, quæ sequuntur, testari videntur, injustum aut non injustum appellatum esse hominem, non negotium aliquod, cum de electione illic agatur, et hanc, ut opinor, lectionem confirmant. Persuasit fortasse nonnullis, ut scripturam immutarent, ac duo illa verba adderent, quia structuram horum verborum sententiamque non percipiebant: πάντα namque τὰ τοιαῦτα, quod ait, accipi debet ac si κατὰ πάντα dixisset, consuetudine Attici sermonis. Hoc tantum molestum est, quod de facti natura, non de improbitate vitiove ejus, qui fecit, in judicio quæri videtur: improbum enim quoque factum injustumque proficisci potest ab eo, qui non omnes numeros improbitatis habeat, nec omnino injustus sit. VICTOR.

13, 10. Περὶ οὗ ἡ ἀμφισβήτησις] Uncinis verba περὶ οὗ inclusi; nam suspecta sunt vel eo ipso, quod περὶ οὗ non referri possit ad antecedentia πάντα τὰ τοιαῦτα, quo tamen referri oportet. Deinde respuunt ea Cod. optimus Victorii, Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. et vetus interpres Latinus. Georgius Trapezuntius vertit: *nam de omnibus his quæstio est, utrum injustus sit et improbus, an non.* BUHLE.

13, 10. προσσημαίνει.] Aristot. π. Ἑρμηνείας c. 3. Ῥῆμα δ' ἐστὶ τὸ προσσημαῖνον χρόνον. Ubi Ammonius p. 39. b. ed. Felic. προσσημαίνειν δὲ τὸ πρὸς τῷ πρώτως δηλουμένῳ κατὰ δεύτερον λόγον καὶ ἄλλό τι συνεμφαίνειν. *Præter primum illud, quod eo verbo ostenditur, aliud etiam quippiam, secunda quadam ratione una aperire ac significare.* Quo sane sensu hic accipi debet: nam κλοπὴ non solum significat aliquid invito domino esse sublatum, sed etiam, qui surripuit, ut suum faceret, surripuisse. Eadem ratio ὕβρεως, ut ipse aperte declarat. Noster Ethic. Eudem. II. 3. Οὐ δεῖ δὲ ἀγνοεῖν ὅτι ἔνια τῶν λεγομένων οὐκ ἔστιν ἐν τῷ πῶς λαμβάνειν, ἂν πως λαμβάνηται τῷ μᾶλλον πάσχειν· οἷον, μοιχὸς, οὐ τῷ μᾶλλον ἢ δεῖ πρὸς τὰς γαμετὰς πλησιάζειν· οὐ γάρ ἐστιν·

ἀλλὰ μοχθηρία τις αὕτη δή ἐστι· συνημμένον γὰρ τό τε πάθος λέγεται, καὶ τὸ τοιόνδε εἶναι. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ὕβρις. Διὸ καὶ ἀμφισβητοῦσι, συγγενέσθαι μὲν φάσκοντες, ἀλλ' οὐ μοιχεῦσαι· ἀγνοοῦντες γὰρ ἡ ἀναγκαζόμενοι· καὶ πατάξαι μὲν, ἀλλ' οὐχ ὑβρίσαι. VICTOR.

13, 10. Τοῦ ἀτιμᾶσαι ἐκεῖνον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τοῦ ἀτιμᾶσθαι ἐκεῖνον. BUHLE.

13, 10. *Ἡ αὐτὸν ἠσθῆναι] Sic emendavi corruptam lectionem vulgatam ἢ αὐτὸς ἠσθῆναι, quæ ferri non poterat, cum ex antecedentibus supplendum esset ἕνεκα τοῦ. Isingr. habet ἢ ἵνα αὐτὸς ἡσθῇ, quæ lectio ex glossa videtur profecta esse. BUHLE.

13, 10. *Ἡ αὐτὸς ἠσθῆναι.] In edit. Bipont. ex conjectura scriptum est, ἢ αὐτὸν ἠσθῆναι. Qua mutatione opus non est. Nam verbis, quæ proxime antecedunt, εἰ ἕνεκά του, continetur vocabulum αὐτὸς, quod, ut subjectum, subauditur ad infinitivum ἀτιμᾶσαι. Apud ἠσθῆναι contra pronomen expressum est, quia hic in oppositione agentis et ejus, qui injuria afficitur, quædam vis inest. Pronomen vero sicut ipsum nomen et quidquid ejus vice fungitur, si cum infinitivo conjunctum ad eum ipsum, qui agit, respicit, apud Græcos in primo casu efferri constat. Indocte errant, qui in linguam Gr. idioma Latinæ inferunt, quo etiam his in locis accusativus cum infinitivo nectitur; ut et alii hodie multi, et sæpissime Koeppenius in Observv. ad. Hom. Il. I. v. 77. 161. 170. et alias. Sed ne interjectis quidem particulis ἕνεκα, διὰ, hanc constructionem Græcam mutari, exemplo sint vel in his libris duo alii loci: L. II. 13, 9. ζῶσιν—διὰ τὸ φίλαυτοι εἶναι. L. III. 1, 1. τῷ αὐτοί τι πεπονθέναι—πείθονται. VATER.

13, 10. Ἀλλ' εἰ ἐπὶ βλάβῃ.] Edd. Ald. Bas. ἐπὶ βλάβην. VATER.

13, 12. τὰ μὲν καθ' ὑπερβολήν.] Ex iis, quæ scriptis reip. legibus non comprehenduntur, quædam insignis cujusdam aut virtutis aut vitii sunt, quæ non pœnis aut præmiis in rep. constitutis, sed tamen hominum judicio ac sermonibus aut damnantur aut dilaudantur. Viri melioris esse et ista attendere, et quod optimum est, licet scriptum non sit, sequi, docet c. seq. Exempla hujusmodi virtutis recensentur sect. seq. et pertinent eodem quæ jus naturæ et gentium suadet. SCHRADER.

13, 12. Νόμου καὶ γεγραμμένου] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. νόμου καὶ ἐγγεγραμμένου. BUHLE.

13, 13. ἐπιεικὲς Latini *æquum et bonum* appellant: agit de illo Aristot. Ethic. V. 10. Hic loci describit æquum et bonum, quod sit *legis scriptæ supplementum*, quatenus videlicet illa peccat universalitate sua: item quod sit *jus quoddam scripta lege prætermissum*. Prætermissio autem ista, quam æquitas postea supplet, oritur partim a defectu scientiæ Legislatoris, dum nonnulla quæ definiri lege poterant, ipsum fugiunt,

partim ab ipsarum rerum et circumstantiarum maxima varietate, ita comparata, ut quædam plane nequeant, quædam non nisi difficulter possint, lege scripta definiri. Unde quod lex scripta in universum edicit ubique et semper universe valere nequit, sed ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *ut plurimum*. SCHRADER.

13, 13. Ἐπιεικές.] Ethic. Nic. V. 10. Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου, ἢ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. Sopater Stobæi XLIII. p. 314. Ἐπεὶ γὰρ πολλάκις ὁ νόμος πικροτέρας τῶν ἁμαρτημάτων ὁρίζει τὰς τιμωρίας, τὸ λεγόμενον ἐπιεικὲς δίκαιον, τὴν αὐστηρὰν τῶν νόμων φωνὴν παραμυθούμενον, ἀμεμφὴς ἐμοὶ δοκεῖ χαρίτων ἀληθινῶν καὶ ἐλευθέρων πρόφασις. Diotogenes ejusdem XLVI. p. 331, ult. Α δ' ἐπιείκεια καὶ εὐγνωμοσύνα πάρεδροί τινες ἐντὶ τᾶς δικαιοσύνας· ἃ μὲν τὸ ἀπότομον τᾶς βλάβας μαλθάνοισα, ἃ δὲ τοῖς ἐπὶ πόσον ἀμπλακίσκουσι συγγνώμας ἀπομερίζουσα.

13, 13. ἀναγκαῖον.] Aristot. Ethic. Nic. V. c. 10. Ἐν οἷς οὖν ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου, μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλέον λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμαρτανόμενον, καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧττον ὀρθός· τὸ γὰρ ἁμάρτημα οὐκ ἐν τῷ νόμῳ, οὐδ' ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν.

13, 13. Διαριθμοῦντας] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. διαριθμοῦντα. Aptius. BUHLE.

13, 14. δακτύλιον.] Anulos ferreos veteres gestare solitos, plures scriptores tradunt. Plinius XXXIII. 4. *Quanquam etiam nunc Lacedæmone ferreo utantur.* Quintilian. VII. 6, 8. eundem pæne locum, quem hic Aristoteles, tractans, inquit, *Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, alligetur. Cum anulo ferreo inventum magistratus alligavit.* VICTOR.

13, 14. Καὶ τὸ ἐπιεικὲς] Eædem edd. non habent articulum τό. BUHLE.

13, 15. Ποῖά ἐστι τὰ ἐπιεικῆ, καὶ οὐκ ἐπιεικῆ, καὶ ποῖοι οὐκ ἐπιεικεῖς ἄνθρωποι· ἐφ' οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα] Victorius ad hunc locum (Comment. p. 241) ita: *In* Aldino exemplari, *et aliis nonnullis* excusis (edd. Basileensibus) *hic locus lacer erat; plura enim verba defecerant, quæ postea* restituta sunt *diligentia eorum,* qui iterum Venetiis hoc volumen (non Rhetorum Aldi, sed librorum de Rhetorica) excuserunt; *illa quoque ipse in* fidelioribus libris *inveni; vereor tamen, ne adhuc aliquid desideretur, nec locum omnino integrum esse puto. Quod si ita legeretur:* καὶ ποῖοι ἐπιεικεῖς, καὶ οὐκ ἐπιεικεῖς ἄνθρωποι, *plena, ut arbitror, perfectaque sententia illa foret. Videtur enim Aristoteles, ut supra res in æquas et bonas, et in non æquas et bonas, ita homines dividere debuisse, nec tantum illos, qui æqui bonique non forent, demonstrasse. Verum hæc mera conjectura est, nulla vetere auctoritate fulta.* Ald. et Bas. priora verba sic legunt: ὁποῖά ἐστι καὶ τὰ ἐπιεικῆ αὐτά. Reliqua desunt usque ad verba καὶ τὸ τὰ ἀμ. Neque ea expresserunt vetus interpres Latinus, et Georgius Trape-

zuntius. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. habent quoque ὁποῖά ἐστι pro ποῖά ἐστι. BUHLE.

13, 15. Ποῖά ἐστι τὰ ἐπιεικῆ.] Edd. Ald. Bas. ὁποῖά ἐστι τὰ ἐπιεικῆ ταῦτα. Quæ sequuntur, καὶ οὐκ—ἐπιεικῆ ταῦτα, ut in libris scriptis, ita in Schol. expressa sunt. Exciderunt ex codice, unde ed. Aldina exscripta est, sine dubio propter homœoteleuton. VATER.

13, 16. Ante verba, ἐφ' οἷς τε γὰρ maxima interpunctio collocanda est, ut hæc cum iis, quæ sequuntur, καὶ τὸ τὰ ἁμαρτ. artius conjungantur. Ita demum τε et καὶ sibi respondent. Est hoc ex innumeris exemplum unum, alieno loco posita esse signa sectionum. VATER.

13, 16. De definitionibus infortuniorum, erratorum, et injuriarum, lege plenius docentem Aristotelem Ethic. V. 10. et Grotium de J. B. P. III. xi. 4. Annot. ad Evang. S. Lucæ XXIII. 34. SCHRADER. Themistius Or. I. p. 15. C. ed. Harduin. Τοῦ νόμου πολλάκις μαλθάσσει τὸν θυμὸν φιλάνθρωπος βασιλεὺς, καὶ προστάττοντος ἀποσφάττειν, εἰ τύχοι, συνέπεισε φυγῇ ζημιῶσαι· ἄλλον τε ἐκείνου φυγαδεύοντος, οὗτος ἠρκέσθη χρημάτων τι ἀφελεῖν. Ἡμέρου γὰρ ἴσως δίκης, καὶ πρὸς τὸ ὁμόφυλον συμπαθοῦς, κατόπιν ἵστασθαι τῶν ἀδικημάτων ὡς τὰ πολλὰ, καὶ διακρίνειν ἁμάρτημα, καὶ ἀδίκημα, καὶ ἀτύχημα. Ἔστι δὲ ἀδίκημα μὲν, παρανομία βουλευσαμένου, καὶ προελομένου τῷ λογισμῷ· ἁμάρτημα δὲ, πάθους, οἶμαι, κίνησις σφοδροτέρα, ἐπιθυμίας τινὸς, ἢ ὀργῆς ἄφνω προεξαλλομένης, οὐ συνενδούσης ὁλοκλήρου τῆς ψυχῆς τῷ κινήματι· τὸ δὲ ἀτύχημα, παντελὴς αὐτή τις ξυμφορὰ, καὶ πταῖσμα ἀλλαχόθεν ἄλλῳ προσαρτώμενον· οἷον, ὑποθώμεθα γὰρ ἐκ τῶν πραγμάτων τὴν σαφήνειαν τῷ λόγῳ, ἀνδροφονῆσαι ἔστι μὲν βουλευσάμενον· ἔστι δὲ καὶ ἐκ θυμοῦ ἁρπαγέντα· ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τύχης, οἷον γυμναζόμενον, ἢ θηρεύοντα, καθάπερ τις ἔχει καὶ Ἄδραστον λόγος Φρύγα τινὰ, καὶ φυγάδα, φυγόντα παρὰ βασιλέα Λυδῶν, καὶ θηρεύοντα, ἀφέντα ἐπὶ τὸ θηρίον, τούτου μὲν ἁμαρτεῖν, ἀκοντίσαι δὲ τὸν παῖδα τοῦ δεξαμένου.

13, 17. ἀνθρωπίνοις.] Ἀνθρώπινα, in quæ facile homines natura incurrunt. Terentius cum Adelphis ita induxit Hegionem loquentem III. 4, 24. *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est;* hoc, ut arbitror, verbum expressit. Aristoteles in Ethic. Nicom. idem sæpe ἀνθρωπικὸν appellavit; ut, IV. ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ μᾶλλον τιμωρεῖσθαι. VICTOR.

13, 17. μὴ πρὸς τὸν λόγον.] Non verba legis, verum sententiam ejus, qui tulit, spectare. Hinc autem quæstio illa, quæ sæpe in judiciis versabatur, existebat, de scripto et sententia. Cicero pro A. Cæcina, cum sententiam defenderet: *An tu, qui tam diligenter et tam callide verbis controversias non æquitate dijudicas; et jura, non utilitate communi, sed litteris exprimis,* et quæ sequuntur. VICTOR.

13, 18. Ποιός τις ἦν αἰεὶ] Abest ἦν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

13, 18. τὸ μνημονεύειν μᾶλλον.] Cum, pro Ligario dicens, Cicero C. Cæsarem ornaret, de admirabilique ipsius memoria loqueretur, hanc etiam laudem illi tribuit. *Qui oblivisci nihil soles præter injurias.* Declarat autem vox illa ipsum mitem fuisse, naturaque ac consuetudine factum ad ignoscendum. VICTOR.

13, 18. ἀγαθῶν ὧν ἔπαθε μ. ἢ ἐποίησε.] Hoc gratum memoremque declarat; illud, improbum atque inhumanum. Unde, infimæ conditionis homo apud Terentium, Sosias, ferre non potuit, cum audivit beneficia in se collata memorari: atque ait, *Sed hoc mihi molestum est, nam isthæc commemoratio, Quasi exprobratio est immemoris beneficii.* Quod elegantissimis verbis expressit etiam Demosthenes pro Ctesiphonte p. 316: Τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκειν μικροῦ δεῖν ὁμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν. VICTOR.

13, 18. μᾶλλον λόγῳ.] Hujuscemodi quiddam Thrasonis vox apud Terentium innuit: Eun. IV. 7, 19. *Omnia prius consilio experiri quam armis, sapientem decet.* Quam etiam protulit Jason apud Apollonium Rhod. III. 185. Μὴ δ' αὖτως ἀλκῇ, πρὶν ἔπεσσί γε πειρηθῆναι, Τόνδ' ἀπαμείρωμεν σφέτερον κτέρας· ἀλλὰ πάροιθε Λωΐτερον μύθῳ μιν ἀρέσσασθαι μετιόντας. VICTOR.

13, 19. εἰς δίαιταν.] Cicero pro Q. Roscio c. 4. *Quid est in arbitrio? mite, moderatum, quanto æquius et melius id clarius.* De omni autem hac re, ac discrimine inter judicium et arbitrium, Cicero illic accurate subtiliterque disputavit. VICTOR.

13, 19. Διαιτητὴς εὑρέθη] Codd. quidam Victorii ἠρέθη. Meliores tamen tuentur nostram lectionem. Vetus interpres Latinus ἡρέθη expressit. BUHLE.

CAP. XIV.

14, 1. ἀπὸ μείζονος ἀδικίας.] Hæc πρότασις recte sequitur ex iis quæ supra 10, 5. docuit: caussas nempe nocendi esse improbitatem, et incontinentiam. Quo major itaque aut improbitas aut incontinentia fuerit, unde injuria proficiscitur, eo major quoque erit injuria ipsa. Qualis enim est caussa, talis et esse solet effectus. SCHRADER.

14, 1. Οἷον ὁ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει] Abest ὁ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Habuit Callistratus Melanopum in republica administranda adversarium, quare eum etiam accusavit. Plutarch. Demosthen. p. 851, F. Plura vide ap. Ruhnkenium Hist. crit. Orat. Gr. p. 140, Vol. VIII. Orat. Reiskii; et Victor. Comment. p. 244. BUHLE.

14, 1. Ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναοποιούς] Retinui ἡμιωβέλια, (nam ἡμιωπέλια in textu edit. Lips. vitiose

impressum est,) cum ei et plures Victorii Codd. et Ald. Ven. Bas. Ricc. Spir. Morel. patrocinentur. Cam. et Majorag. habent ἡμιωβόλια· infra tamen Cam. legit ἡμιωβέλια, ut prius typographi errore positum videatur. Suidas v. ἡμιωβόλιον, τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ. Quis sibi persuaserit, Callistratum reum fecisse Melanopum, quod is sacelli ædificatores *tribus semiobolis* fraudaverit? Recte igitur Morelius ἡμιωβόλια hoc loco improbavit. Ἡμιωβέλιον Scholiastes Græcus ad Rhetorica interpretatur: εἶδος σταθμοῦ μικροῦ. Quare dubito, an Aristotelis sententiam juste explicuerit Victorius, viz. *Callistratum accusasse Melanopum, quod is tres dimidiatos obelos, Dea dicatos, fraude e templo sustulerit.* Puto equidem, excidisse aliquod verbum cum ἡμιωβέλια olim conjunctum; quæ suspicio adeo Georgii Trapezuntii versione firmatur. Nam hujus verba sunt: *ut Melanopum Callistratus accusabat, quod templi custodes decepisset,* triaque vascula e sacris minimi ponderis *sustulisset.* BUHLE.

14, 1. Ἐπὶ δικαιοσύνης δὲ τοὐναντίον.] Vocula δὲ non obstat, quo minus verum sit, quod antecedenti propositione dicitur, τὰ ἐλάχιστα *sæpe maxima esse.* Immo vero ista sententia nunc eo confirmatur, quod hic de justitia agatur, justitiæ autem alia ratio sit, alia magnitudinis. Itaque particula adversativa pertinet ad oppositionem, quæ in verbis ἐλάχιστα μέγιστα inest, si tantummodo ex ratione magnitudinis externæ spectantur. VATER.

14, 2. Χαλεπὸν γὰρ καὶ ἀδύνατον.] Cum vertantur hæc a Majoragio: *difficile est enim et omni potentia majus;* ἀδύνατον est prædicatum, et τοῦτο, οὗ μή ἐστιν ἴασις subjectum pronuntiati. Tunc vero subjectum intellectu facilius est, quam prædicatum, quod tamen nonnisi explicationis caussa potest adjectum esse. Quare arbitror, hoc enuntiatum separandum esse ab antecedenti, ita ut ἀδύνατον subjectum sit: *id ipsum, quod fieri nequit, molestum est.* Exspectaveris, scriptum esse τὸ ἀδύνατον; sed Aristoteles etiam alibi omisit hunc subjecti articulum, ut c. XIII, 2. δίκαιον (τὸ) ἀπειρημένον. VATER.

14, 2. Ἡ γὰρ δίκη καὶ κόλασις] Isingr. ἡ γὰρ κόλασις καὶ δίκη, mutato ordine. BUHLE.

14, 2. Ἡ γὰρ δίκη καὶ κόλασις ἴασις.] Cod. Victorii δίκη κόλασις καὶ ἴασις. Idem cod. et, teste Morellio, priscus Intpr. §. 4. confirmant lectionem vulgatam καὶ δι' ὃ ἄν. Edd. vett. δι' ὧν ἄν. VATER.

14, 3. μεγάλως ἐκόλασεν.] Ἐκόλασεν valet hic, *violavit se, maleque tractavit:* neque enim proprie, qui injuriam non fecit, sed accepit, dicitur puniri: magnitudo autem acceptæ injuriæ impulit, ut sibi non parceret. VICTOR.

14, 3. Ἔτι γὰρ μείζονι] Cam. et Majorag. ἔστι γὰρ μείζονι. Idem habet margo Ven. Minus apte. BUHLE.

14, 3. Σοφοκλῆς ὑπὲρ Εὐκτήμονος συνηγορῶν] Est Sophocles Orator, diversus a Tragico. Vide infra Rhet. III. 18, et Ruhnkenium Hist. crit. Orat. Gr. pag. 128. l. l. Confer Victorii Comment. p. 246. BUHLE.

14, 3. εἰ ὁ παθὼν καὶ ὁ ἀδ.] Sexti Tarquinii flagitium ideo majus est, quod illius fœditate inducta Lucretia, sibi ipsi vim intulit. Et Appii Claudii decemviri sceleratum de L. Virginii filia judicium eo sceleratius est, quoniam pater illo commotus filiam interfecit. Livius III. 48. SCHRADER.

14, 4. πολλάκις τὸ αὐτὸ.] Nec enim is casu aut affectu, sed habitu et pravitate animi, delinquit. SCHRADER.

14, 4. δι' ὃ ἂν ζητηθῇ.] Lysias Or. XXI. p. 36. (XXII. p. 722. Reisk.) frumentariorum mercatorum iniquitatem inde exaggerat, quod ob eam Athenis novum magistratum, σιτοφύλακες, creari necessum fuerit. SCHRADER. Verba Lysiæ sunt: Οὕτω δὲ πάλαι περὶ τῆς τούτων πανουργίας καὶ κακονοίας ἡ πόλις ἔγνωκεν, ὥστ' ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ὠνίοις ἅπασι τοὺς ἀγορανόμους φύλακας κατεστήσατε, ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς σιτοφύλακας ἀπεκληροῦτε.

14, 4. Καὶ δι' ὃ ἂν] Ald. Bas. Ven. Cam. Majorag. καὶ δι' ὧν ἄν. Nostrum dedit Victorius e Codd. BUHLE.

14, 4. Ἐν Ἄργει ζημιοῦσι] Cod. Victorii: ζημιοῦνται. BUHLE.

14, 4. Δι' ὃν ἂν] Cod. Victorii: δι' οὓς ἄν. BUHLE.

14, 5. θηριωδέστερον.] Magn. Moral. II. 5. Ἔστι δὲ ἡ θηριότης ὑπερβάλλουσά τις κακία· ὅταν γάρ τινα παντελῶς ἴδωμεν φαῦλον, οὐδ' ἄνθρωπον φαμὲν εἶναι, ἀλλὰ θηρίον.

14, 5. θηριωδέστερον.] Ferinum animi habitum, quem malignitate sua vitii naturam superare dicit, undeque facta hæc immania proficiscuntur, ipse in Ethic. Nic. VII. c. 1. persecutus est, copioseque de illo disputavit: vocat autem θηριότητα. VICTOR.

14, 5. τὸ ἐκ προνοίας.] Quo enim major præcessit consultatio, eo certius et firmius fuit animi propositum. Ex proposito autem facientis facti definitio et qualitas dependet. Contra est, si incogitanter, aut animi quodam æstu, quidquam delinquatur. Mulierem, quæ philtrum alicui, amoris illius excitandi caussa, præbuerat, unde is exstinctus est, absolverunt Areopagitæ, ὅτι οὐκ ἐκ προνοίας, amoris enim conciliandi, non mortis inferendæ caussa poculum illud dederat. Magn. Moral. I. XVII. SCHRADER.

14, 5. φοβοῦνται μᾶλλον ἢ ἐλεοῦσι.] Grande, et huic rei explicandæ mirifice idoneum exemplum adducam, de nece Gn. Magni, quod a Cicerone Quæst. Tusc. III. 27. expositum est. *Constabat eos, qui concidentem vulneribus Gn. Pompeium vidissent, cum in illo ipso acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium circumfusos viderent, nihil tum aliud egisse, nisi ut remiges hortarentur, et ut salutem*

adipiscerentur fuga: posteaquam Tyrum venissent, tum afflictari lamentarique cœpisse. VICTOR. Vide II. 8, 12.

14, 5. οἷον ὅρκους.] Aristoph. Acharn. 306. Πῶς δ' ἔτ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ Οἵσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει;

14, 6. ἐνταῦθα.] Hinc P. Clodii culpam amplificavit Cicero, cum insidiis Gn. Magnum per servum tollere eum voluisse pro Milone dicens, criminatus est: *Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso senatus.* VICTOR.

14, 6. Ὅπερ ποιοῦσι.] Edd. Ald. Bas. ὅπου ποιοῦσι. VATER.

14, 6. Οἱ ψευδομάρτυρες] Cod. Victor. οἱ ψευδομαρτυροῦντες. BUHLE.

14, 6. Ἐν τῷ δικαστηρίῳ] Abest articulus τῷ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

14, 6. ὑφ' οὗ εὖ πέπονθε.] Hunc locum Cicero pæne tractavit in admirabili illa sententia Stoicorum exponenda, *Quod peccata sint paria:* (Paradox. 3.) *In patris vita violanda multa peccantur; violatur is, qui procreavit: is, qui aluit: is, qui erudivit: is, qui in sede ac domo, atque in rep. collocavit: multitudine peccatorum præstat, eoque pœna majore dignus est.* VICTOR.

14, 6. αἰσχύνη.] Pudor oritur ob ea quæ turpia sunt, aut nobis, aut iis quos curæ habemus, ut docetur Rhet. II. 6. Quo itaque majorem verecundiam nobis afferunt quæ contingunt, eo major injuria est. SCHRADER.

14, 6. Καὶ ὅτι οὐκ εὖ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὅτι τε οὐκ εὖ ποιεῖ. Male. BUHLE.

14, 6. Καὶ ὅτι οὐκ εὖ.] Voc. ποιεῖ, quod in edd. vett. post εὖ adjicitur, ab omnibus libris scriptis abest, ideoque recte a Victorio deletum est. VATER.

14, 7. Ὁ παρὰ τὰ ἄγραφα δίκαια] Sic locum restituit e Codd. Victorius. Legebatur mendose in Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. ὁ περὶ τὰ γραφόμενα δίκαιος. Παρὰ legunt quoque Cam. Majorag. et margo Ven. in reliquis cum ceteris conspirantes. Victorii lectionem secutus etiam est vetus interpres Latinus. Georgius Trapezuntius mendosam expressit. BUHLE.

14, 7. Ὁ παρὰ τὰ ἄγραφα δίκαια.] Edd. vett. ὁ περὶ τὰ γραφόμενα δίκαιος. Ἄγραφα vero Victorius in omnibus libris scriptis invenit, et inde recte restituit. Nam ex iis, quæ sequuntur, intelligitur, hæc τοῖς γραφομένοις opponi. Παρὰ Victorius ex margine ed. Venetæ sensu poscente recepit. Δίκαια auctoritate solius codicis antiquiss. et prisci Intpr. legitur, qui, teste Morellio, ὁ περὶ τὰ ἄγραφα δίκαια ante oculos habuit. Schol. manifesto expressit lectionem, ὁ περὶ τὰ ἄγραφα δίκαιος. VATER.

14, 7. Εἰ παρὰ τὰ γεγραμμένα] Vetus interpres Latinus: εἰ περὶ τὰ γεγραμμένα. BUHLE.

14, 7. Τὰ μὴ ἐπιζήμια] Cod. Victorii et marg. Isingr. τὰ ἀζήμια. BUHLE.

CAP. XV.

15, 1. 2. Τῶν δικανικῶν. Εἰσὶ δὲ πέντε] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. τῶν δικανικῶν εἰσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Minus concinne. BUHLE.

15, 1. Ἴδιαι γὰρ αὗται.] Ed. Cam. ἰδίᾳ. VATER.

15, 2. Εἰσὶ δὲ πέντε τὸν ἀριθμόν.] Cum quinque tradat esse philosophus probationes artis expertes, numerum earum augent magistri dicendi. Quintilianus præcipuas sex esse voluit: nec tamen leges in ipsis numeravit. Idem etiam ostendit adjici illis posse responsa et oracula. Cicero De Or. II. 27. multo plures attulit; eas tamen, qui diligenter attendet, manifesto videbit quinque his generibus ipsarum appellatis a summo hoc doctore contineri: nam Quintilianus etiam responsa, et oracula testimoniorum partes esse tradit. Res quoque judicatæ: rumor ac fama eandem vim habere videntur. Pacta autem, et conventa, et tabulas, συνθηκῶν nomine contineri apertum est. Leges vero, S. C. et decreta complecti arbitror, ut non sine magna ratione minor eorum numerus hic ab Aristotele traditus sit: capita enim tantum earum posuit: qui tamen et ipse, quamvis aliis astrictior, coarctari adhuc posse indicio ipsius videtur: affirmavit enim infra, quæstiones testimonia quædam esse. VICTOR.

15, 4. Φανερὸν γὰρ] Ald. Ven. Bas. Cam. Rico. Spir. Majorag. φανερὸν μὲν γάρ. BUHLE.

15, 4. Τῷ κοινῷ νόμῳ—δικαιοτέροις.] Cod. Victorii, τῷ κοινῷ χρηστέον καὶ τοῖς ἐπιεικεστέροις καὶ δικαιοτέροις. VATER.

15, 5. γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ.] Judices, antequam causas audirent, (ut proditum memoriæ est a Polluce VIII. 10.) jurabant se, de quibus leges statuissent, ex legibus sententiam laturos: de quibus autem nullæ scriptæ leges forent, mente sententiaque æquissima judicaturos. Oratores postea, ut commodum ipsis erat, hanc posteriorem partem jurisjurandi interpretabantur, et ad causæ suæ utilitatem fraudebant, ut nunc docet Aristoteles posse facere, qui premitur lege aliqua scripta: cum enim permissum sit judicibus uti mente sententiaque optima, ἀρίστῃ γνώμῃ nihil aliud esse inquit, nisi non valde uti legibus scriptis, neque omnino se ad illas applicare: contra autem infra, ubi instruit eum, qui secum legem scriptam habeat, ostendit, quomodo possit eludere atque refellere hanc callidam interpretationem horum verborum.—Quod autem, testimonio Pollucis usus, quæ vis hujus rei esset, demonstravi, præterire quoque illud nolo, quin admoneam, legi apud eum γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, non ut apud Aristotelem tribus in his locis, ἀρίστῃ. Idem tamen ambos

intellexisse puto. Demosthenes quoque in Or. c. Aristocratem, eodem pacto locutus est, qui idem, quod Pollux, manifesto intellexit, p. 652. γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν ὀμωμόκασιν. Sed etiam adv. Leptinem. VICTOR. Vide etiam adv. Bœot. p. 1006, 26. Aristot. Polit. III. xvi. p. 92, 1.

15, 5. Ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ τοῦτ' ἔστι.] Non dubito Græce ita dici posse, ut χρῆσθαι aut κρίνειν intelligatur. Attamen ejusmodi vocabulum multo facilius subauditur, si restituatur lectio cod. Victorii, ὅτι τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ. Hanc lectionem etiam Mureti auctoritas et exemplorum omnium analogia confirmat. Exempla hujus elocutionis collegit P. Faber de Magg. Rom. in Thes. Salleng. T. III. p. 1163. seq. In nullo articulus τῇ ante voc. γνώμῃ præmittitur, cf. etiam c. XII, 17. L. II. 25, 10. Demosth. Lept. §. 98. Ceterum quod ad hæc verba intelligendum esse diximus, id vario modo exemplaria vetera adjiciunt. Edd. Ald. Bas. et nonnulli libri scripti, ἀρίστῃ χρωμένους; Ed. Isingr. et teste Morellio, priscus Intpr. χρωμένοις; Edd. Ven. Cam. ἀρίστῃ κρίνειν χρωμένους habent. Paullo post pro πάντως in edd. Ald. Bas. Cam. πάντῃ, in cod. Victorii παντελῶς scriptum est, quod Muretus præfert. VATER.

15, 5. Καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ—τοῖς γεγραμμένοις] Magna in hoc loco est lectionis varietas. Cod. antiquissimus Victorii habet: καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ τοῦτ' ἔστι, τὸ μὴ παντελῶς χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις. Ald. Bas. et Ricc. καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ χρωμένους, τοῦτ' ἔστι, τὸ μὴ πάντῃ χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις. Hanc lectionem sequitur vetus interpres Latinus. Ven. Cam. Spir. Majorag. καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν χρωμένους. Probabile tamen est, duo verba illa κρίνειν et χρωμένους e glossa in textum migrasse. Equidem lectionem Victorianam servavi, quam etiam Georgius Trapezuntius expressit. Conf. Pollux in Onomast. VIII, 10, apud quem pro γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ legitur, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. BUHLE.

15, 6. Ὅτι ἔπραξε.] Cod. Victorii, ὅτι ἔθαψε. VATER.

15, 6. Τούτων ἐγώ] Vide supra not. ad c. XIII, §. 2. Pro τούτων Ald. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. habent ταῦτ' οὖν. Male. Vid. Schol. Sophocl. ad h. vs. Ut sensum eo facilius percipiant lectores, posteriori versui ab Aristotele adducto addam ex Antigone versum statim subsequentem:

Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
Φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
Δώσειν—. BUHLE.

15, 7. ἀληθὲς—δοκοῦν.] Distinctio inter τὸ ἀληθὲς et τὸ δοκοῦν, *verum* et *verisimile*, sæpe Aristoteli usurpata, non potest obscura esse, attendenti, aliud longe esse rei ipsius naturam ac veritatem, aliud hominum de re opinionem sectari. Hæc sæpe fallit, illa certa est, ac solida, modo penetrari possit: porro legis munus est decernere id quod ex rei veritate ju-

stum est, et societati salutare. At lex positiva, non tam hoc quam quod legislatori, erroribus et affectibus obnoxio, olim visum est, decernit: unde fiet, ut si rigide ubique servetur, a rei veritate, h. e. a naturali æquitate, et a publica utilitate non possit non deerrari. Ergo lex positiva nec obligat semper, nec perpetuo servari debet. Illustris est hac de re locus Ciceronis Legg. I. 15. *Jam vero illud stultissimorum, existimare omnia justa esse, quæ scita sint in populorum institutis aut legibus.* Vide quæ pluribus subjungit. SCHRADER.

15, 7. ἀργυρογνώμων.] Idem est proprie ac δοκιμαστής. Vide Piersonum ad Mœrin p. 54.

15, 8. βελτίονος ἀνδρός.] Ratio est, quia scriptæ legis observatio a pœnæ formidine fere oritur, at non scriptæ, a probitate animi et virtutis amore. Præstantius autem est quod a præstantiori principio proficiscitur Rhet. I. 7. Eandem inæqualitatem inter scriptæ et non scriptæ legis observationem c. præc. ex eodem principio arcessivit. SCHRADER.

15, 9. οἷον, ἐνίοτε ὁ μὲν κελεύει.] Exemplum hoc est legis legi repugnantis; ἀντινομία autem id vocatur. Alterius vero exemplum, cum lex aliqua secum ipsa discordat, omisit, ut rei sua vi satis notæ. VICTOR.

15, 9. Ἡ καὶ αὐτὸς αὑτῷ] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

15, 9. Οἷον, ἐνίοτε ὁ μὲν] Eædem edd. οἷον, ὁ μὲν ἐνίοτε. BUHLE.

15, 10. ἀγωγήν.] H. Stephanus Thes. T. I. p. 64. F. "Ἀγωγὴ τοῦ νόμου. Arist. Rhet. I. Ipsa via et ratio ducendi legem in hanc vel illam partem, i. e. eliciendi ex ejus verbis hunc vel illum sensum."

15, 12. Τότε γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ.] Aptius scribetur, τό, τε. Tunc τε ad sequens καὶ refertur, et solet Aristoteles his voculis ejusmodi enuntiationes inter se conjungere. VATER.

15, 12. τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν.] Hæc ratio opponitur illi, quæ paullo ante contra leges scriptas est allata. Derivatur autem e principiis quæ exstant Rhet. I. 6 et 7. Quod usui suo hic et nunc servit, sumit quisque, non attento quid simpliciter bonum sit: ita leges non quæ simpliciter optimæ, sed quæ huic civitati, hoc tempore, convenientes sunt, approbandæ et servandæ erunt. SCHRADER.

15, 12. παρασοφίζεσθαι.] Scholiastes: ἤτοι σοφώτερον φαίνεσθαι τοῦδε τοῦ τεχνίτου, οἷον, τοῦ ἰάτρου ἢ γεωμέτρου.

15, 12. παρασοφίζεσθαι significat, ab arte aliqua præceptisque illius discedere, et callide malitioseque aliquid excogitare, aut immutare. Athenæus IV. p. 137. F. hoc verbo usus est, cum de cœna parum sumptuosa loqueretur, in qua coquus verberibus male acceptus esset, quod aliquid ingenio suo arti addidisset, nec priscum ritum servasset. Τὸν δὲ ἐν τῷ

Λυκείῳ χρέας ταριχηρὸν εἰς τάριχος διασκευάσαντα, μαστιγωθῆναι, ὡς παρασοφιζόμενον πονηρῶς. Sensus igitur hujus loci hic erit. Ita etiam refelletur studium eorum, qui contra leges aliquid subtiliter excogitant, si dicetur contingere in hac re, quod in aliis artibus usu venire videmus: neque enim illic prodest velle ingeniosiorem et peritiorem, quam earum magistri, videri. VICTOR.

15, 12. οὐ γὰρ τοσοῦτον.] Qui præter præcepta medici, aliquid ipse subtiliter excogitat, et addit de suo, is medicum existimat falli, et vult eum corrigere. Fac itaque, inquit Aristoteles, hoc esse verum, et medicum falli: tamen erratum ejus non tantum affert detrimenti, quantum affert prava consuetudo, si paulatim assescant homines non obtemperare potestati, et ei, qui habet imperium. PORTUS.

15, 12, Οἷον τὸν ἰατρὸν] Ita habent Codd. quidam Victorii. Optime. Vulgo: παρὰ τὸν ἰατρὸν, sine sensu, ad antecedentia si spectes. BUHLE.

15, 12. Παρὰ τὸν ἰατρόν.] Ita edd. pleræque. Ex codicibus nonnullis Victorii Buhlius in ed. Bipont. meliorem lectionem, οἷον τὸν ἰατρὸν, restituit. In cod. Victorii neque οἷον neque παρὰ invenitur. VATER.

15, 13. μαρτύρων.] Vide Quintilian. V. 7.

15, 13. Περὶ δὲ μαρτύρων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. περὶ δὲ τῶν μαρτύρων. BUHLE.

15, 13. Παλαιοὺς μὲν] Ab iisdem edd. abest μέν. BUHLE.

15, 13. Ἀθηναῖοι Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ Σαλαμῖνος] Quinctil. Institt. Orat. V, 11: *Neque est ignobile exemplum, Megareos ab Atheniensibus, cum de Salamine contenderent, victos Homeri versu, qui tamen ipse non in omni editione reperiretur, significans, Ajacem naves suas Atheniensibus junxisse.* Laertius in Solone narrat nonnullos affirmare ipsum in catalogum Homeri versum inseruisse, qui sequitur illum,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

hunc inquam,

Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Sed etiam Plutarchus in vita ejusdem. Philomelus quoque Phocensis, concitator sacri appellati belli, cum persuadere civibus suis vellet, ne starent judicio Amphictyonum, a quibus magna pecunia multati fuerant, doceretque ipsos decreta eorum rescindere, atque irrita suo jure facere posse, quod superioribus temporibus ipsi Delphici oraculi non participes tantum, sed custodes, ac præsides forent, usus est testimonio Homeri, qui cecinit, Αὐτὰρ Φωκείων Σχέδιος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον, Οἱ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνα τε πετρήεσσαν. Unde planum fieri templi ejus curationem, principatumque ad se pertinere: debereque ipsos patrium jus, injuria ereptum, repetere. Hoc memoriæ prodidit Diodorus Siculus XVI. VICTOR.

15, 13. καὶ Τενέδιοι.] Exemplum hoc obscurius: nullam certe ego hujus rei mentionem factam a veteribus aliis scriptoribus inveni. Ex verbis his colligo, Tenedi insulæ incolas, cum Sigiensibus disceptantes, usos et ipsos prisco teste Periandro: qui, quamvis multis antea seculis mortuus esset, poëma reliquerat, quo præcepta quædam ad bene vivendum, ὑποθῆκαι vocatæ a Græcis, continebantur. Laërtius, qui vitam ipsius scripsit, hoc narrat: in eo autem, ut suspicari licet, aliquid fuit, quod causam Tenediorum adjuvaret. Judicium autem illud paulo ante, quam hos libros scriberet Aristoteles, factum est, ut ex verbo ἔναγχος intelligimus: ἔναγχος enim *nuper* est et *modo*. Interpres Apollonii III. 294. cum vim hujus adverbii declararet, Menandri comici auctoritate usus est: cujus hæc verba sunt, ἔγημεν ἔναγχος. VICTOR.

15, 13. Σιγειεῖς] Pro Σιγειεῖς Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. legunt Σιγιεῖς. Minus bene. Vide Sylburgii notam. BUHLE.

15, 13. Καὶ Κλεοφῶν κατὰ Κριτίου] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Spir. καὶ Λεοφρῶν. Aliæ edd. Κλεοφρῶν. Recte ex marg. Ven. jam receperunt Κλεοφῶν Cam. Morel. et ceteræ. De Cleophonte erudite egit Ruhnkenius Hist. crit. Orat. Gr. pag. 128, in Vol. VIII. Orat. Reiskii. Critiam e numero triginta tyrannorum Athenis fuisse, notum est. BUHLE.

15, 13. Κλεοφῶν.] Ita Victorius dedit ex codice antiquissimo, cum antea in exemplis impressis legeretur, Λεοφρῶν. VATER.

15, 13. Καὶ Κλεοφῶν.] Cleophon quoque inquit, in oratione, quam habuit contra Critiam, ostendere volens familiam illam multo tempore antea contumacem improbamque, sive delicatam, ac mollem fuisse (utrunque enim valet, quo utitur philosophus, verbum ἀσελγὴς) prisco teste usus est: nisi enim ita se res haberet (inquit) numquam in elegiis suis Solon cecinisset, Εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ πυῤῥότριχι πατρὸς ἀκούειν. Critias autem, qui a Cleophonte insimulatus est, unus e xxx. illis viris fuit, qui impositi a Lacedæmoniis, remp. Atheniensium fregerunt: ingenio autem ipsum multum valuisse, magnumque oratorem, nec malum poëtam fuisse, veteres scriptores tradunt: nam ejus etiam multos versus ex elegiis adducit Athenæus libro x. δειπνοσοφιστῶν: ornasse vero antiquitus Critiæ domum multos, ac claros poëtas, testatur Socrates apud Platonem in Charmide: ita enim illic inducitur adolescentem, unde sermo appellatus est, alloquens: qui, et ipse in ea familia ortus erat, affirmansque domum ejus, et ab Anacreonte, et a Solone, et ab aliis multis poëtis, olim dilaudatam fuisse: ut quæ inter alias omnes excelleret, et pulchritudine, et virtute, et omnibus aliis, quæ vulgo crederentur efficere vitam beatam. Cum igitur Socrates affirmet Solonem celebrasse versibus suis antiquam Critiæ stirpem,

possessione præclarorum bonorum ceteris omnibus præstantem, quomodo ejusdem poëtæ testimonio uti potuit accusator junioris Critiæ ad declarandam ejusdem domus improbitatem? Manifesto intelligitur ex verbis Solonis, quædam peccasse in vita veterem Critiam: cum autem id doleret, Solon mandat illi, ad quem scribit, ut suadeat ipsi obtemperare patri: quod si fecerit Critias, affirmat eum optimum ducem, et qui non facile labi posset, secuturum: nihil tamen vetat, quin in familia quoque honesta quandoque aliquis existat, qui ad aliquod tempus non satis modeste temperanterque vivat. Hoc igitur officium Solonis Cleophon, in pejorem partem accipiens, testimonio ipsius jam pridem insolentem, improbamque, sive libidinibus deditam ostendere voluit præclaram stirpem: versum vero hunc Solonis, et eum, qui ipsum consequitur, adducit Proclus, eruditissimus Platonis interpres, in Timæum, sed aliquantum immutatum. Πυῤῥότριχι ne autem, an, ut apud eum legitur, ξανθότριχι legi debeat, non ausim affirmare. Reliqua vero scripturæ varietas, sensum (ut opinor) non variat: sive enim εἰπεῖν μοι, sive εἰπέμεναι legatur, quamvis indefinitum tempus sit, mandantis est: valetque, dic Critiæ, et suade illi: μοι autem, ut hic legitur, quam vim in ea sententia habeat, planum est: verba sane Procli hæc sunt: Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγένοντο Σόλων, καὶ Δρωπίδης· καὶ Δρωπίδου μὲν Κριτίας· οὗ μνημονεύει καὶ Σόλων ἐν τῇ ποιήσει λέγων, Εἰπέμεναι Κριτίᾳ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν· Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι. Antiquissimus codex, quem secutus sum, habet Κλεόφων: quamvis Κλεόφραν emendatum illic alia manu sit: in reliquis manu scriptis, quos vidi, libris, legitur λεόφραν. Cleophontis cujusdam magni viri Athenis, mentionem fecit Lysias in oratione contra Agoratum: interfectum autem eum publice docet studio illorum, qui dominatum paucorum constituere volebant, et astute amatores veteres reip. e medio tollebant: Cleophontis vero oratoris, ut improbi, ac turbulenti civis, meminerunt, et Isocrates in oratione de pace, et Æschines contra Ctesiphontem. Qui tenues pilos, eosdemque rufos haberent, juncta e duobus nominibus voce, a Græcis πυῤῥότριχες dicebantur. Aristoteles problematum segmento illo, quo quæ ad colorem pertinent disputat: καὶ πάντες δὲ οἱ πρὸς ἄρκτον πυῤῥότριχες. Gratus autem hic capillorum color in pueris erat, quod etiam Theocritus in vii. Idyllio declarat: quos enim pueros laudat, hujuscemodi comas habuisse tradit: ἄμφω τὼδ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω. VICTOR. Vide Platon. Charm. p. 157. E.

15, 14. Τὸ ξύλινον λέγει τεῖχος] Herodot. VII, 141, ibique Wesseling. Pro λέγει Cod. Victorii habet λέγων. Melius forsitan. BUHLE.

15, 14. παροιμίαι, ὥσπερ εἴρηται.] Supra nusquam dixit, pro-

verbia testimonii genus esse, quod tradidisse se his verbis affirmare videtur. Sensus igitur hujus loci, et quid intellexerit, diligenter attendendum. An significare voluit, ejus generis, cujus antea ostendimus: id est, proverbia quoque sunt testimonia prisca: hujuscemodi enim illa esse planum est. VICTOR.

15, 14. ὥσπερ εἴρηται.] At supra nusquam id dixit. An ergo periit locus ubi id dixerat? An potius est, ut ita hæc jungamus, proverbia talia sunt testimonia, qualia modo diximus, antiqua nempe et de futuris rebus? Hoc ut P. Victorio ex parte in mentem venit, ita lubens approbaverim. SCHRADER.

15, 14. Ὥσπερ εἴρηται.] Riccobonus: *ut (supra) dictum est.* Sed antea id dictum non est. Quare complures suo jure hæc ita acceperunt, ut proverbiis fere adjungitur: *sicuti solent dicere, sicut ab Homero dictum est.* Cum tamen ne hæc quidem ratio satis facilis sit, Muretus vult scribi, *αἱ παροιμίαι καὶ τὸ ὥσπερ εἴρηται.* VATER.

15, 14. Μή ποτ' οὖ ἔρδειν.] Totum proverbium ita fere conceptum erat: Μή ποτ' οὖ ἔρδειν γέροντα, μὴ δὲ παῖδα βάσκανον· Μὴ λαλητικὴν γυναῖκα, μὴ δὲ γείτονος κύνα· Μὴ κυβερνήτην φίλυπνον, μὴ λάλον καπηλάτην. Vide Suidam vv. Ἄχρηστα. Μήποτ' s. s. Diogenianum Cent. VI. 61.

15, 14. Νήπιος.] Vide infra II. 21, 11.

15, 14. Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι] Apud Herodotum I, 155. fertur Cyrus, audita Lydorum defectione, Crœso dixisse: ὁμοίως γάρ μοι νῦν γε φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας τῶν παίδων αὐτοῦ φείσαιτο. Idem proverbium in ore tulisse Philippum, Persei patrem, Macedoniæ regem, quocum Romani bellum gesserunt, auctor est Livius Hist. lib. XL. 3. BUHLE ex Victorio. Vide Toupii Emend. Suid. II. p. 185.

15, 15. Ὅσοι γνώριμοι κεκρίκασί τι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὅσοι γνώριμοι, καὶ κεκρίκασί τι. BUHLE.

15, 15. Χρήσιμοι γὰρ αἱ τούτων] Eædem edd. καὶ αἱ τούτων. BUHLE.

15, 15. Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις] Intelligitur h. l. Eubulus *Anaphlystius*, Demosthenis adversarius, orator Atheniensis. Vid. Ruhnken. Hist. crit. Or. Gr. pag. 146. BUHLE.

15, 15. Ὦ Πλάτων εἶπε] Isingr. ὅ. Verum nihil mutandum est, nam ᾧ Attice positum esse pro τούτῳ ὅ, monuit jam Sylburgius. Ceterum non Platoni *philosopho* cum Victorio, Majoragio, Schradero et aliis hoc dictum tribuendum est, sed Platoni *Comico*. Videtur sibi b. Valckenærius in verbis ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει, sublata præpositione ἐν, finem senarii invenisse. Cf. Ruhnken. l. l. BUHLE.

15, 15. Καὶ οἱ μετέχοντες.] Præterea, qui periculi participes

sunt, si in mendacio deprehendantur, testes novi sunt. Non sunt autem ita appellati, quia intersit eorum, quid de causa judicetur, neque enim res ipsorum agitur, sed quia, si dixerint rem factam esse, quæ facta non sit, sive contra, aut mercede corrupti, aut gratificantes alicui, idque intellectum fuerit, supplicio afficiuntur, cum superiores extra omnem aleam periculi sint: quomodo enim in priscos aliquis testes animadvertat? Sed nec illis etiam, qui paulo antea, quid sui judicii de aliqua re foret, protulerunt, si forte quispiam eorum præjudicio postea utitur, ea res fraudi esse potest: neque enim ipsi ei auctores fuere, ut existimatione sua uteretur: neque sponte reum premunt, aut eundem judicio illo suo sublevant. Quare, ne si ipsorum quoque postea judicium probatum non fuerit, expositi periculo, aut pœnæ ulli sunt. Animadvertenda autem verba, quibus usus est: non enim omnino, inquit, participes periculi, sed tunc cum visi fuerint mentiri. Δόξωσιν autem, quia si credantur etiam mendaces falsique, non tantum si fuerint, plectuntur. VICTOR.

15, 16. Μόνον μάρτυρές εἰσι] Abest μόνον ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Restituit illud Victorius e Codd. Alii Codd. habent μόνων, quod etiam expressit vetus interpres Latinus. BUHLE.

15, 16. Τοιοῦτοι τῶν τοιούτων.] Cod. Victorii, τοιοῦτοι τούτων. VATER.

15, 17. οἱ δὲ ἄποθεν—παλαιοί.] Docet, omnium maxime idoneos testes esse priscos: sed et e recentibus illos, qui aliquanto ante factum controversum sententiam dixerunt, fidem mereri. At recentes illi, ad quos periculi aliqua pars pertinet, de facto quidem possunt, at de qualitate facti non possunt testari. SCHRADER.

15, 17. Περὶ τούτων] Cod. Victorii: περὶ τοιούτων. BUHLE.

15, 17. Οἱ δ' ἄποθεν καὶ περὶ τούτων πιστότατοι.] Hæc uncinis inclusa sunt in exemplo Bipont. ut suspecta. At, si qua delenda essent, profecto quæ sequuntur verba, πιστότατοι δὲ οἱ παλαιοὶ, cum Mureto delenda putarem. Hæc enim scholii speciem habent; illa, καὶ περὶ τούτων, videntur necessaria esse, ut verbis τῶν τοιούτων respondeant. Οἱ ἄποθεν oppositi sunt testibus προσφάτοις, suntque ii, *qui antequam caussa agitur, jam testimonium dixerunt. Itaque corrumpi nequeunt.* VATER.

15, 17. Πιστότατοι δὲ οἱ παλαιοὶ] Ita emendavit Victorius e vetere versione Latina et e Codd. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πιστότατοι γάρ. Minus apte. BUHLE.

15, 17. πιστώματα δὲ περὶ μ.] Retinui περὶ cum optimo MS. probante Porto, qui sic interpretatur: *Docet jam Aristoteles qua ratione fides et auctoritas testibus aut comparari, aut detrahi possit.* Riccobonus: *Hæc autem in testibus ad*

fidem faciendam pondus habent maximum. Victorius cum aliis παρὰ μ. exhibet; quam lectionem sic παραφράζει: "Du-"cuntur," inquit, "a testimoniis auctoritates, et qui parum "fidei habent, non valde causam adjuvare possunt: hujusce-"modi autem sunt, qui mercede corrumpi potuerunt, quod "a veteribus abest."

15, 17. Πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυριῶν] Ex emendatione Victorii. Ald. Bas. 1. 2. Frob. Spir. πιστώματα γὰρ παρὰ μαρτ. Ven. Cam. Majorag. πιστώμ. γὰρ περὶ μ. Vetus interpres Latinus vertit: *circa testes.* Legit igitur aut περὶ μαρτύρων, aut περὶ μάρτυρας. Omnino autem in hac paragrapho verba, οἱ δ' ἄπωθεν καὶ περὶ τούτων πιστότατοι—et, πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυριῶν—suspicionem incurrunt; non cohærent enim cum ceteris, neque Latine ea reddidit Georgius Trapezuntius. Quamobrem etiam uncinos adhibui. BUHLE.

15, 17. Πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυριῶν.] Etiam hæc ibidem uncinis secluduntur. Si, ut universe dicta, vertuntur: *rationes vero faciendæ fidei a testimoniis proficiscuntur:* sane speciem scholii præ se ferunt. Sed pertinent ad ea, quæ sequuntur, quæque alioquin orationis vinculo carent. Sequuntur enim rationes, quibus fides per testimonia aut facienda sit, aut deroganda. Atque hæc se expositurum esse, Aristoteles hoc inciso declarat. Eodem modo Schol. Gr. locum intellexit: πιστώματα, inquit, μαρτυριῶν τάδε. Ejusmodi brevibus incisis Aristoteles in transeundo sæpe utitur, ut §. 13. περὶ δὲ μαρτύρων. Cum in edd. vett. legeretur, πιστώματα γὰρ, Victorius δὲ reposuit ex codice antiquiss. et prisco Intpr. VATER.

15, 17. μάρτυρας μὴ ἔχοντι.] Hoc fecit Cicero pro M. Cælio, cum copiam testium non haberet, causaque adversariorum ipsis niteretur: eripere enim testibus auctoritatem et argumentationibus adjungere studuit c. 9. *Equidem vos abducam a testibus: neque hujus judicii veritatem, quæ mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam: quæ facillime effingi, nullo negotio flecti, ac detorqueri potest. Argumentis agemus: signis, omni luce clarioribus, crimina refellemus: res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.* VICTOR.

15, 17. ἐξαπατῆσαι.] Animadvertenda vis verbi ἐξαπατῆσαι: neque enim ita accipi debet, quasi verisimilibus imponatur, ac fraus aliqua ipsis adhibeatur, sed valet, non possunt depravari: est enim aliquo modo decipere quempiam, persuadere illi muneribus, ut falsum in judicio proferat. VICTOR.

15, 17. Ἐξαπατῆσαι] Vetus interpres Latinus: ἐξαπατᾶσθαι. BUHLE.

15, 17. οὐχ ὑπόδικα.] Hæc pro testibus contra argumenta: alteram enim partem nunc ornat. Oportere magis credi

testibus, quam argumentis: testes enim metu pœnæ, quam subirent, si falsi aliquid proferrent, in officio contineri; verisimilia et signa non posse in judicium vocari, nec legibus tradi. Licenter igitur impuneque mentiuntur. Ὑποδικος vocatur, *qui legibus tenetur, qui in jus rapi potest.* Rhet. ad Alexand. Καὶ ὁ νομοθέτης οὐκ ἀφῆκε τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ἀλλ' ὑποδίκους ἐποίησε· ὅπως μὴ πάντες ἐξαμαρτάνωνται. *Sed judicibus tradidit, ac legibus subjectos esse voluit.* VICTOR.

15, 17. Οὐχ ὑπόδικα] Idem videtur legisse: οὐκ ἀποδεικτικά. Nam vertit: *non probativa.* Secutus est quoque hanc lectionem Hermolaus Barbarus. BUHLE.

15, 17. Ἔδει μαρτυριῶν] Codd. plures Victorii: ἔδει μαρτύρων, quod etiam dedit vetus interpres Latinus. BUHLE.

15, 18. Μαρτυρίας χρησίμης] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ven. Cam. ἀπορίας χρ. Male. BUHLE.

15, 18. Μαρτυρίας χρησίμης.] Edd. vett. inepte ἀπορίας. Illud Victorius ex libris scriptis melioribus restituit, idque etiam Schol. Gr. tueri videtur. VATER.

15, 18. εἰ μὴ γὰρ κατὰ τ. πρ.] Subaudi εὐπορεῖ μαρτυρίας. Portus: "Nam si de facto et causa ipsa desit testimonium, "quod aut causam nostram confirmet, aut adversarii refellat, "certe de moribus non deerit testimonium, quod aut probi- "tatem nostram commendet, aut improbitatem adversarii "refellat."

15, 18. Τῷ ἀμφισβητοῦντι ἐναντίας] Margo Ven. et Ricc. ἐναντίως. Minus bene. BUHLE.

15, 19. Περὶ τοῦ ἤθους ἢ αὐτοῦ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. περὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ. Nostram lectionem tuetur Scholiastes Græcus. BUHLE.

15, 20. Περὶ δὲ τῶν συνθηκῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. omittunt articulum τῶν. BUHLE.

15, 20. συνθηκῶν.] Vide Quintilian. V. 5.

15, 20. Τοῦ λόγου χρῆσις] Cod. antiquissimus Victorii: τῶν λόγων. BUHLE.

15, 21. ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι.] Quales, ait, fama et existimatione fuerint, qui tabulas obsignarunt, aut custodierunt, quibus pacta continentur, talis opinio de tabulis erit: si obsignatores earum custodesque honesti viri, pacta quoque facta credentur: si contra improbi, ficta illa falsaque habebuntur: pendet enim inde omnis ipsarum auctoritas, et fides: ἐπιγεγραμμένους vero cum vocet, intelligit, quos Quintilianus *signatores* appellat, ubi de tabulis disputat: *tabulas* enim vocat, quas Aristoteles συνθήκας. Cicero easdem *pacta et conventa:* sed etiam, cum de testibus ageret, eadem voce usus est: nam per tabulas quoque testimonia tunc dicebantur. Quod ad custodes pertinet, infamari tabulas ipsorum improbitate, innocentia autem commendari, testatur etiam

Cicero pro Archia poëta, c. 5: *Nam cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset: Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum prætorem et ad judices venerit, et unius nominis litura se commotum esse dixerit.* VICTOR.

15, 21. *συνθήκη νόμος ἐστὶν.*] Quicquid itaque pro legis religiosa observatione supra fuit allatum, huc quoque accommodari potest. SCHRADER.

15, 21. *αἱ συνθῆκαι οὐ ποιοῦσι.*] Fr. Portus: "Quid si tollatur particula *οὐ*? Sensus, ni fallor, erit longe melior: pacta firmant leges, et leges vice versa faciunt rata pacta." At falsum est pactis privatorum, de his enim disceptatur in judiciis, firmari leges civitatis; neque enim quod pauci inter se paciscuntur, omnes obligat. Tum nec libet tam nobis esse audaculis, ut omnium librorum constanti scriptura insuper habita, demamus, infarciamusve, quod nobis primo intuitu arridet: præsertim cum id quod legimus commodum habet sensum, qualem utique habet, quod hic offendimus. Pactorum nempe firmamentum, inter alia, petendum est e legibus civitatis, quæ, ut pacta civium legitima rata sint, præcipiunt, et contra nitentes cogunt. Referatur jam inter Aristotelea, Ciceroni laudata, pigmenta, quod per schema regressionis hoc ita protulerit. *Non quidem pacta legibus, sed leges pactis auctoritatem et robur conferunt.* SCHRADER.

15, 21. *Τῆς περὶ τοὺς μάρτυρας.* Ed. Bas. Cam. *ἐπὶ τοὺς μάρτυρας.*

15, 21. *Καὶ αἱ μὲν συνθῆκαι οὐ ποιοῦσι τὸν νόμον κύριον·*] Sensus impeditior est. Censent interpretes, naturam *τῶν συνθηκῶν* hic describi, novamque earum affectionem notari. Victorio hæc placet sententia: pacta conventa non pertinere ad omnes, sed ad singulos, idcirco leges pactis ratas non fieri. Cujus declarationis in ipsis vocabulis certum vestigium non inest, et cavendum est, ne hæc adversari videantur iis, quæ sequuntur, *αὐτὸς ὁ νόμος συνθήκη τίς ἐστι.* Itaque equidem putaverim, hæc sine vi præcipua dicta et oppositionis caussa propositioni proximæ præmissa esse. Ὁ *νόμος* pro omnibus legibus universe ponitur. Muretus aliter legebat. Nam vertit: *et pacta quidem non ita demum rata sunt, si cum lege consentiant.* VATER.

15, 22. *συναλλάγματα.*] Quid *συναλλάγματα* sint, et quomodo Latine appellentur, docet Ulpianus jurisconsultus de verborum significatione: *Contractum autem ultro citroque obligationem esse, quod Græci συνάλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, societatem.* VICTOR.

15, 22. Κατὰ συνθήκας] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. κατὰ τὰς συνθήκας. BUHLE.

15, 22. Ἀναιρεῖται] Eædem edd. ἀνῄρηται. BUHLE.

15, 22. Ἐπιπολῆς ἰδεῖν ἐστιν] Ald. ἐπὶ πολλῆς. Hinc enata esse videtur lectio ἐπὶ πολλοῖς in Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. Male. Scholiastes Gr. ἐπιπολῆς καὶ εὔκολόν ἐστιν ἰδεῖν. BUHLE.

15, 23. ἐπιπολῆς.] Ut orationem distingueret ac variaret, quæ hic ἐπιπολῆς dixit, infra εὐθεώρητα appellavit: nam idem exprimere eum voluisse verbis ipsius cognosci potest: nullum autem negotium, inquit, est alia, quæ congruere huic quæstioni possunt, inde cognoscere. Τὰ ἐπιπολῆς, nisi fallor, Cicero *eminentia* et *prompta* appellavit in III de Oratore, c. 57: *Discutienda sunt ea quæ obscurant, et ea quæ sunt* eminentia *et* prompta *sumenda*. In procœmio vero l. 1. manifesto hunc sermonem expressit, cum inquit, *Sed cum illa pateant, in promptuque sint omnibus*. VICTOR.

15, 23. Πρὸς νόμον ἐναντίον μαχήσαιτο] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. πρὸς ν. ἐναντιούμενον. Reposui μαχήσαιτο pro μαχέσαιτο, quod Vict. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Lond. Lips. habent. BUHLE.

15, 23. Ἐξαπατῶσιν οἱ τιθέμενοι] Cod. antiquissimus Victorii, et margo Isingr. ἐξαμαρτῶσιν. Melius forsitan. BUHLE.

15, 24. Εἶθ', ὅτι] Sic dedi ex Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Vulgo: εἶτα, ὅτι. BUHLE.

15, 24. εἶτα ὅτι τοῦ δικαίου βραβευτής.] Explicando etiam officio judicis pro causæ nostræ utilitate, pacta eluduntur: disputabimus enim justi æquique ipsum, tamquam dispensatorem, esse debere: nec quid in pactis conventisque contineatur, ab eo spectari oportere, sed ut, quod justius est, id fiat. VICTOR.

15, 25. Καὶ ἐξαπατηθέντων] Vulgo disjunctim: καὶ ἐξ ἀπατηθέντων. Pristinam scripturam revocavi Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

15, 25. Ἢ τῶν κοινῶν] Cod. antiquissimus Victorii addit: καὶ τῶν γεγραμμένων ἢ τοῖς οἰκείοις, ἢ τοῖς ἀλλοτρίοις· ἔπειτα—quæ equidem sincera putans non tamen ausus sum in textum recipere. BUHLE.

15, 25. Ὁποτέρως ἂν ᾖ χρήσιμον] Vetus interpres Latinus vertit: *quodcunque fuerit utile*. Conjicit Morelius, eum legisse: ὁπότερον ἂν ᾖ χρ. Nihil refert. BUHLE.

15, 25. Ἐναντιοῦται τοῖς κριταῖς.] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐναντιοῦνται. Minus bene. BUHLE.

15, 25. Ἔτι τε εἰ ἄλλοις.] Ed. Cam. ἢ ἄλλοις. Paullo post ἐναντιοῦται auctoritate cod. Victorii legitur, edd. vett. ἐναντιοῦνται. VATER.

15, 26. βάσανοι.] *Quæstiones* Cicero has, Quintilianus (V. 4.) *tormenta*, ut nos quoque vulgo facimus, appellavit. Βασανίζειν quæstionem habere de aliqua re significat, quo verbo Aristophanes in Ranis suis usus est, ubi multa quæstionum genera commemoravit v. 631. Καὶ πῶς βασανίζω, κ. τ. λ. VICTOR.

15, 26. Τὸ πιστὸν] Recepit Victorius e Cod. MSto, quem vide in Comment. p. 264. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πίστιν. BUHLE.

15, 26. Οὔκουν χαλεπὸν οὐδὲν περὶ τούτων ἰδεῖν] Vetus interpres Latinus vertit: *Non difficile autem neque de iis videre.* Legit igitur: οὐ χαλεπὸν δὲ οὐδὲ περὶ τούτων ἰδεῖν. Cod. Victorii hæc et sequentia brevius ita: περὶ τούτων εἰπεῖν τὰ ἐνδεχόμενα. BUHLE.

15, 26. Μαρτυριῶν εἰσιν αὗται] Abest αὗται ab Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. quare uncinis illud compescui. Eædem edd. pro sequenti ἐάν τε habent ἄν τε, ut in præcedenti membro. BUHLE.

15, 26. διαλύοι τις ἄν.] Ut Cicero pro P. Sulla fecit c. 28. *Quæstiones nobis servorum, ac tormenta accusator minitatur: in quibus, quamquam nil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque, tum animi tum corporis: regit quæsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur.* Idem tamen in Partit. c. 14. docet, quomodo hæc disputatio contra quæstiones negligi frangique possit. VICTOR.

15, 26. Διαλύοι ἄν τις τἀληθῆ.] Muretus omisit voc. τἀληθῆ, quod decretis Aristotelis videtur adversari. At tunc non satis cohæret constructio verborum, quæ nomen in casu quarto positum desiderant. Τἀληθῆ igitur recte habet. De illa discrepantia jam dictum est ad c. I. §. 11.—Post verba οἱ κρίνοντες in ed. Veneta multa adduntur, quæ a plerisque omnibus absunt. Ea Schol. Gr. quidem non expressit, sed videtur ipse quoque ante oculos habuisse. VATER.

15, 26. Διαλύοι ἄν τις τἀληθῆ, λέγων καθ' ὅλου] Male in nonnullis edd. distinguitur: διαλύοι ἄν τις, τἀληθῆ λ. κ. ὅλου. BUHLE.

15, 26. Γεγενημένα παραδείγματα] Vetus interpres Latinus: γεγραμμένα παραδείγματα. Nam vertit: *scripta exempla.* BUHLE.

15, 26. Οἱ κρίνοντες] Addunt Ven. Cam. Spir. Majorag. hæc: Δεῖ δὲ λέγειν, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀληθεῖς αἱ βάσανοι· πολλοὶ γὰρ στερρόι καὶ λιθόδερμοι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ὄντες δυνατοὶ, γενναίως ἐγκαρτεροῦσι ταῖς ἀνάγκαις· οἱ δὲ δειλοὶ καὶ εὐλαβεῖς, πρὸ τοῦ τὰς ἀνάγκας ἰδεῖν, αὐτῶν καταθαρροῦσιν, ὥστε οὐδέν ἐστι πιστὸν ἐν βασάνοις.—Liceat adscribere Victorii (Comment. pag. 265.) de hoc addi-

tamento judicium: *Plures vero hinc versus sustuli, qui cum ab* Aldino *exemplari abessent, in libro postea* Venetiis *excuso accreverant. Delevi autem, quia adulterinos putavi; aut enim ex alio scriptore artis hæc pars sumta est, aut Scholion olim fuit, quod importune post in contextum verborum Aristotelis translatum sit; vidi namque* scriptos *quoque* libros, *in quibus legeretur; in* vetere *tamen* tralatione *vestigium ejus nullum. Qui accurate, quæ supra a philosopho jam tradita erant, perpendet, ipsius hæc non esse manifesto intelliget; cuncta enim ille, quæ ad quæstiones pertinentia dicere voluerat, jam explicaverat; sententia vero, quæ his verbis exponitur, superioribus continetur; vox etiam juncta illic est, quæ sermonem Aristotelis non redolet* (viz. λιθόδερμος); *et omnis denique hæc locutio* (e. c. ταῖς ψυχαῖς ὄντες δυνατοὶ) *locutionis Aristotelicæ dissimilis videtur. Quibus omnibus de causis aliisque spero consilium meum probatum iri, qui ea hinc sustulerim.* BUHLE.

15, 27. ὅρκων.] Quid jusjurandum sit non expressit hic philosophus: auctor rhetorices ad Alexandrum naturam illius his verbis definiit: Ὅρκος ἐστὶ μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδειχτος. Priorem partem, cum et ipse jusjurandum definiret, ab eo videtur accepisse Cicero: sic enim Offic. III. 29. *Est enim jusjurandum affirmatio religiosa:* cum scil. ita se rem habere, testatus deos immortales, aliquis affirmat. Addidit autem ille ἀναπόδειχτος, quia ratio ejus, quod pronuntiatur, non affertur: nec id verum esse, argumento ullo probatur. VICTOR.

15, 27. ἢ γὰρ δίδωσι.] Quintilianus Inst. Or. V. 6. *Jusjurandum litigatores aut offerunt suum, aut non recipiunt oblatum: aut ab adversario exigunt, aut recusant cum ab ipsis exigatur.*

Offerre suum sine illa conditione, ut vel adversarius juret, fere improbum est. Qui tamen id faciet, aut vita se tuebitur, ut eum non sit credibile pejeraturum; aut ipsa vi religionis: in qua plus fidei consequetur, si id egerit, ut non cupide ad hoc descendere, sed né hoc quidem recusare videatur: aut si causa modo patietur litis, propter quam devoturus se ipse non fuerit: aut si præter alia causæ instrumenta, adjicit ex abundanti hanc quoque conscientiæ suæ fiduciam.

Qui non recipit, et iniquam conditionem, et a multis contemni jurisjurandi metum dicet: cum et philosophi quidam sint reperti qui deos habere rerum humanarum curam negarent: eum vero qui nullo deferente jurare sit paratus, et ipsum velle de causa sua pronuntiare, et quam id quod offert, leve ac facile credat, ostendere.

At is qui defert, agere modeste videtur, cum litis adversarium judicem faciat, et eum cujus cognitio est, onere liberet, qui profecto alieno jurejurando stari quam suo malit.

Quo difficilior recusatio est, nisi forte res est ea, quam credibile sit notam ipsi non esse. Quæ excusatio si deerit, hoc unum relinquetur, ut invidiam sibi ab adversario quæri dicat, atque id agi, ut in ea causa, in qua vincere non possit, queri possit. Itaque hominem quidem malum occupaturum hanc conditionem fuisse, se autem probare malle quæ affirmet, quam dubium cuiquam relinquere, an pejerarit. Consulatur omnino H. Valesius in notas Maussaci ad Harpocrationis Lexic. p. 278.

15, 27. *οὐ λαμβάνει.*] Qui non capit, ita factum suum tuebitur: non possum adduci, ut jurem pro pecunia acquirenda: putoque flagitium esse capere jusjurandum, ut aut retineantur nummi, aut comparentur. VICTOR.

15, 27. *Ἔτι ἄλλως παρὰ ταῦτα*] Ald. Bas. et Ricc. *ἔτι ἄλλως περὶ ταῦτα.* BUHLE.

15, 27. *Εἰ ὀμώμοσται οὗτος, ἢ ὑπ' αὐτοῦ*] Locus haud dubie est corruptus. Reddidi equidem lectionem a Victorio Codd. MStorum fide exhibitam. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. *εἰ ὀμώμοσται, καὶ οὗτος ἢ ὑφ' αὑτοῦ.* Marg. Ven. et Ricc. *καὶ οὕτως ἢ ὑφ' αὑτοῦ.* Isingr. Cam. et Majorag. *ὀμώμοσται οὕτως, ἢ ὑφ' αὐτοῦ*, omisso *καί*. Hanc lectionem expressit Georgius Trapezuntius. Tuetur eam quoque Spir. præterquam quod hæc pro *οὕτως* legit *οὗτος*. Cum sensus turbetur, sive *οὕτως*, sive *οὗτος* legas, puto, neutrum in textum admittendum esse; quamobrem *οὗτος*, quod Victorius recepit, uncis seclusi. BUHLE.

15, 27. *Εἰ ὀμώμοσται οὗτος.*] Ita Victorius ex libris scriptis omnibus dedit. Edd. Ald. Bas. *ὀμώμοσται καὶ οὗτος*, edd. Isingr. Cam. *καὶ οὕτως.* Postea pro *ὑπ' ἐκείνου* edd. Ald. Bas. *ἐπ' ἐκείνου.* VATER.

15, 28, *Καὶ διότι*] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. *καὶ ὅτι.* BUHLE.

15, 28. *Οὐκ ἀποδίδωσι*] Ven. Cam. Majorag. addunt *χρήματα*, sicut ante *χρήματα* post *δίδωσι* insertum habent Ald. et Bas. quarum lectionem etiam confirmat Georgii Trapezuntii versio. BUHLE.

15, 28. *Τοὺς δὲ, μὴ ὀμόσαντος*] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. Majorag. *τοὺς δὲ μὴ ὀμόσαντας.* Ed. Isingr. *τοῦ δὲ μὴ ὀμόσαντος.* At lectio vulgata bene se habet. BUHLE.

15, 28. *Κρείττων ὁ ἐν τοῖς δικασταῖς*] Isingr. *κρείττων ἢ ὁ ἐν τοῖς δικασταῖς.* BUHLE.

15, 29. *Κατομόσαιτο ἄν*] Sic restitui ex Isingr. Ald. Bas. 1. 2. Frob. *κατωμόσαντο ἄν.* Ricc. *κατωμόσαιτο.* Spir. *κατωμώσατο.* Ven. *κατωμόσετο.* Vitiose. Cam. Majorag. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. Lips. *κατωμόσατο.* BUHLE.

15, 29. Ὁμόσας μὲν γὰρ] Cod. Victorii: ὀμόσας μὲν οὖν. BUHLE.

15, 29. Οὕτω δὲ ex auctoritate cod. Victorii et prisci Intpr. legitur. Edd. vett. ὥστε. Paullo post in verbis καὶ εἰ ἰσχυρὸς, edd. Ald. Bas. εἰ omittunt, ed. Cam. κἂν habet. VATER.

15, 29. Οὕτω δὲ] Ald. Bas. Ricc. ὥστε δέ. Ven. Cam. Majorag. ὥστε, omisso δέ. BUHLE.

15, 29. οὐκ ἴση πρόκλησις.] Valens enim imbecilli hominis plagas contemnit; viriumque suarum gnarus, videt a se illum verberibus cæsum iri, ideoque securo animo provocat: imbecillus vero sibi diffidens, hanc pugnam recusabit: ita qui pie deos colit, ad hanc concertationem timidus est, contra, qui improbe de ipsis sentit, audax: cur enim vereatur illos, quos aut non esse, aut humana non curare judicat? Πρόκλησις est *provocatio*, et quasi *invitatio quædam pollicitatioque* Rep. IV. 4. p. 105. ἔτι δ' οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐγκαλοῦντες, τὸν δῆμόν φασι δεῖν κρίνειν· ὁ δὲ ἀσμένως δέχεται τὴν πρόκλησιν. Lysias Περὶ Τραύματος ἐκ προνοίας p. 177. Οὐ γὰρ δή που τήν γε τούτου πρόκλησιν πιστοτέραν ὑμᾶς νομίζειν δεῖ τῆς ἡμετέρας. VICTOR.

15, 29. Οὐκ ἴση πρόκλησις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. πρόσκλησις. Minus bene. In antecedentibus pro ἁρμόττει Ald. Bas. et Ricc. male legunt ἁρμόττειν. De sententia conf. Victorium pag. 267, et Schraderi Comment. pag. 192. BUHLE.

15, 29. Προκαλέσαιτο] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. προκαλέσαιτο. Nostrum tuetur etiam margo Ven. BUHLE.

15, 30. Ὅτι πιστεύει αὑτῷ.] Scribendum est αὑτῷ, idemque vitium sæpius in his libris invenitur. VATER.

15, 30. Δεινόν τε.] Ed. Cam. δεινόν γε. Paullo post §. 31. pro δίδωσι κρίνειν cod. Victorii et Intpr. priscus κρίσιν habent. VATER.

15, 30. Ὁ ἀσεβὴς διδῷ] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. ὁ εὐσεβὴς διδῷ. Male. In sequentibus pro δεινόν τε τὸ margo Ven. habet δεινὸν γὰρ τό. BUHLE.

15, 31. καὶ ὅτι οὐδὲν δεῖ.] Sensus Aristotelis hic est: Non opus esse adversario, ut ad judices accedat, precibusque etiam adhibitis cum illis diligenter agat, ut velint causam judicare: liberare enim se eum omni illa cura ac molestia, cum ipsi existimationem totius rei permittit. Docet igitur se liberaliter cum eo agere, in cujus arbitrio totam rem ponat, quem cognitorem litis faciat. VICTOR.

15, 31. Κριτῶν δεῖσθαι· αὐτῷ γὰρ δίδωσι] Cod. Victorii: δικαστῶν δεῖσθαι· τούτῳ γὰρ δ. Pro sequenti κρίνειν vetus interpres Latinus legit κρίσιν. Dubito, an jure hanc lectionem Morelius ex illius versione exsculpserit. BUHLE.

15, 32. ἐὰν δὲ ᾖ γεγενημένος.] Supra docuerat oportere etiam

cogitare, si juratum antea foret: quod et ipsum duobus modis considerari posset, aut enim ab ipso, aut ab adversario: jusjurandum autem juratum intelligit adversum repugnansque præsenti: primo eum instruit, qui sibi ipsi contrarius esse arguitur: docetque quomodo se a perjurii crimine tueri debeat: excusatio autem est, declarare se, quod olim fecit, aut coactum metu, aut deceptum dolo fecisse: qui autem aliquid committunt, quod injustum pravumque sit, si id faciunt sponte scientesque, injuste praveque fecisse existimandi sunt. VICTOR.

15, 32. Διδόναι ἐθέλει] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. διδόναι θέλει, ut in præcedenti membro. BUHLE.

15, 32. Ἐὰν δὲ ᾖ γεγενημένος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐναντίος, ὅτι οὐκ ἐπιορκία] Ex emendatione Victorii, Codd. MStorum et veteris interpretis Latini auctoritate suffulta. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Spir. Cam. Majorag. δῆλον δὲ, ἂν ᾖ ἠπατημένος ὑπ' αὐτοῦ ὁ ἐναντίος, ὅτι οὐκ ἐπιορκία. Ed. Isingr. δῆλον δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἐναντίου, ὅτι οὐκ ἐπιορκία. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam secutus est. BUHLE.

15, 33. Καὶ ἀπάτῃ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ τὰ ἀπάτῃ. BUHLE.

15, 33. τῇ διανοίᾳ.] Qui fallendi animo ea, quæ falsa esse norunt, vera esse religiose affirmant, pejerant: non item qui necessitate coacti, aut fraude decepti falsum forte jurarunt. Hæc loci hujus sententia est. De re ipsa vide H. Grotium de J. B. P. II. 13. SCHRADER.

15, 33. Συναχτέον] Margo Ven. συντακτέον. BUHLE.

15, 33. Ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ.] Quomodo adversarium in crimen vocare, atque exagitare debeamus, docet. Si jusjurandum, quod ab ipso nunc concipitur, veteri jurejurando repugnat: intelligi enim hic debet ὅρκος ἐναντίος. Dicendum igitur est, omnem vitam ac rationes hominum pervertere ac permiscere eum, qui his, quæ juraverit, non stat: nullam enim aliam ob causam institutum est, ut leges non, nisi ab juratis judicibus tractentur, nisi quia, quæ aliquis juraverit, ea illum rata habere oportere consuerunt. Cum autem ostenderim intelligi hic extra debere, ὅρκος ἐναντίος, in antiquissimo tamen libro ita scriptum offendi, ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὑπεναντίος καὶ ὁμωμοσμένος. Lectionem autem non variavi, quia suspicatus sum illam declarationem quondam fuisse: ad confirmandam autem opinionem meam id indicasse, valeat. VICTOR.

15, 33. Ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὁμωμοσμένος] Isingr. ὁμωμοσμένον. Cod. Victorii: ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὑπεναντίος καὶ ὁμωμοσμένος. BUHLE.

15, 33. Ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὁμωμοσμένος.] Perinde ac in cod.

Victorii scriptum est ἢ ὑπεναντιος καὶ ὁμωμοσμένος, etiam Schol. Gr. legisse videtur. Verba ejus hæc sunt: εἰ δὲ ὁ ὅρκος ὠμόσθη πολλάκις παρὰ τοῦ ἀντιδίκου σου καὶ ἐναντίως.

Clausulam, περὶ μὲν οὖν—εἰρήσθω τοσαῦτα, cod. Victorii plane omisit. VATER.

15, 33. Ἀξιοῦμεν] Cod. Victorii: ἀξιοῦσιν. Idem in sequentibus habet ἐμμενοῦμεν pro ἐμμένουσιν. BUHLE.

ANIMADVERSIONES VARIORUM

AD

LIBRUM SECUNDUM

RHETORICORUM ARISTOTELIS.

1, 1. Ἐκ τίνων.] Hoc est *ex quibus locis*. Ita et supra est locutus I. 2. Loci autem isti sunt, *felicitas, bonum, honestum, justum, jucundum* Lib. I. capp. 5. 6. 7. 9. 11. expositi. SCHRADER.

1, 1. Ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ] Abest οὖν ab edd. Ven. Cam. Isingr. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

1, 1. ποῖαι δόξαι καὶ προτάσεις.] Δόξαι vocat opiniones, et quasi sylvam, ex quibus postea conflantur propositiones: eædem enim postea, cum ut partes enthymematis considerantur, προτάσεις vocantur. Eodem pacto infra locutus est, et in I. Topicorum, unde, quid significare hic voluerit, aperte elicitur. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὅσαι δόξαι κατὰ τέχνας εἰσὶ, διαλεκτικαὶ προτάσεις εἰσιν. VICTOR.

1, 1. δόξαι.] Ita vocat ἀξιώματα in locis singulis magno numero libro anteriore allata, quæ eadem, cum syllogismi oratorii partes fiunt, προτάσεις h. e. *propositiones* dicuntur. Δόξαι καὶ προτάσεις, *opiniones et propositiones* junguntur quoque infra 18, 2. SCHRADER.

1, 1. περὶ γὰρ τούτων.] *De iis* locis, *ex iis* propositionibus, hæc enim duo membra supr. attulerat. SCHRADER.

1, 1. Ὡς περὶ ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ τὸ γένος τῶν λόγων.] Quo minus hæc jungas cum antecedentibus, περὶ τούτων ἰδίᾳ λέγεται περὶ ἕκαστον, ὡς εἰπεῖν, τὸ γένος τῶν λόγων, constructio nimis implicita impedit, neque ὡς εἰπεῖν alias dividitur. Ἰδίᾳ cum εἰπεῖν nectendum videtur. Sed ne hæ quidem satis aptæ erunt sententiæ: *ut circa unumquodque orationum genus hæc separatim dicam*, aut Sigonii et Riccoboni, *ut proprie in unoquoque genere orationum dicamus* scil. de singulis. Muretus sagaciter scribit, ὡς περὶ ἑκάστου ἐπιεικεῖν ἰδίᾳ τὸ γένος τῶν λόγων, ut unumquodque genus orationum seorsim de singulis, hoc de justo, illud de honesto agat. Ita subauditur, *unumquodque*

γένος, quod forsan haud multo facilius est, quam illa. Conjecerim, ὡς περὶ ἑκάστου ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ τὸ γένος τῶν λόγων. VATER.

1, 2. ἐπεὶ δὲ.] Attende, ut in Aristotele nostro passim, ita hic ante omnia *quid*, et mox *unde* demonstret. Conclusio hic demonstranda est: præter rationes, mores quoque et affectus hic tradendos esse. Huic probandæ affert duo ista principia: Rhetoricæ finis est, de iis, quæ ab oratore dicuntur, recta existimatio et approbatio auditoris. Ad hanc vero obtinendam multum juvant dicentis mores, oratione ostensi, et affectus in auditore, nostro alloquio, commoti: Primum horum est hypothesis, alterum axioma experientia comprobatum. Satis enim constat auditores non tantum rationes ipsas, sed et illum, qui has profert, ejusque scientiam, mores, et in nos animum attendere, ac prout hæc ex oratione elucent, ita rationibus ejus fidem vel adhibere vel derogare. Est et illud notissimum, de eadem re aliter nos existimare cum mens nostra æstuat affectu, aliter cum eadem est sedata. Hinc sequitur et morum et affectuum doctrinam eatenus ad hanc quoque artem pertinere. Idem hoc supra quoque I. 2. pariter est demonstratum. SCHRADER.

1, 2. ἕνεκα κρίσεως.] *Ad existimationem.* At finis est persuadere. Nempe persuasio et existimatio non differunt, nisi ut διδασκαλία et μάθησις, *docere* et *discere* I. Post. i, 1. Eadem enim res est quæ docetur, et quæ discitur, eo tantum differens, quia subministratur a docente, capitur autem a discente. Quomodo Phys. III. 3. de motu docetur, quod moventis et moti idem actus, ἐνέργεια, sit, ea tantum parte diversus, quod ab agente proficiscitur, in patiente recipitur. Eadem ratione persuasio et assensio re congruunt, nominibus differunt, quoniam illa oratoris, hæc auditoris est. SCHRADER.

1, 2. Κρίσεώς ἐστι ἡ Ῥητορική.] Cf. L. I. 3, 2. Καὶ γὰρ τάς. Ed. Cam. καὶ γὰρ καὶ τάς. VATER.

1, 3. ποῖον τίνα.] Ex. gr. rerum agendarum scientem, amantem patriæ, ab iniquitate alienum. Quem enim quis hujusmodi dotibus præditum animadvertit, ab eo nihil, nisi quod rectum et salutare sit, suaderi existimat. Et hujusmodi de dicente opinio auditoris, facit ut promtius illi assentiatur, quam proinde opinionem, ut oratione sua de se excitet orator, merito allaborabit. SCHRADER.

1, 3. Ἔχειν πως] Πως διακεῖσθαι Cod. Vict. BUHLE.

1, 3. Ἔχειν πως] In hac lectione cum edd. vett. manifesto consentit Schol. Gr. Altera, quæ in cod. Victorii est, πως διακεῖσθαι, ex sequentibus manavit. VATER.

1, 4. Ἡ κατὰ μέγεθος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἢ κατὰ τὸ μέγεθος. BUHLE.

1, 4. Καὶ εὐέλπιδι ὄντι] Ab iisdem edd. abest ὄντι, quare uncinos applicavi. BUHLE.

1, 4. Τῷ δ' ἀπαθεῖ] Sic emendavit Victorius e Cod. MSto. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Maj. ἀπειθεῖ. Idem expressit Hermolaus Barbarus. BUHLE.

1, 4. Ἀπαθεῖ.] Edd. vett. ἀπειθεῖ, quod etiam in codice Scholiastæ Gr. legebatur: nam scribit, ἀπειθεῖ ἤγουν μισοῦντι; hac, ni fallor, sententia: ei, cui ob odium ægre persuaderi potest, ut credat aliquid. Neque plane absurda est hæc lectio, qua ἀπειθὴς (*incredulus* et suspicacior) εὐέλπιδι, et δυσχεραίνων ἐπιθυμοῦντι inverso ordine opponuntur. Illa tamen melior cod. Victorii auctoritate restituta est, et a Mureto quoque præfertur. VATER.

1, 4. δυσχεραίνοντι.] Qui ægre omne effici posse, multumque difficultatis in rebus positum esse putat: hoc enim quoque valere δυσχεραίνειν adnotavit Budæus, et testimoniis hujus scriptoris confirmavit. VICTOR.

1, 5. διαψεύδονται, *labuntur, decipiuntur*, ut Ethic. Eudem. III. 1. p. 116, 2. Οἱ μὲν δειλοὶ καὶ θρασεῖς διαψεύδονται διὰ τὰς ἕξεις. VICTOR. Sic quidem edd. vett. recentiores ἐπιψεύδονται. Qua tamen auctoritate non satis constat. Victorii interpretationem sic refutat Muretus V. L. VIII. 14. "Quanquam "διαψεύδεσθαι interdum valet idem quod labi et decipi, tamen "qui in eo, quo recitavi loco, ita exponat, labi ipsum ac decipi "puto. Nam is qui cognoscens quid sit optimum factu, "nihilo minus, aut malitia aut odio ductus, aliud suadet, "διαψεύδεται ex Aristotelis sententia, neque tamen labitur, ac "decipitur, sed fallit ac decipit. Ergo præstare arbitror, ut "διαψεύδονται exponamus *fallunt*. Quod si quis objiciat, id "verbum hoc sensu non convenire in eum qui vir bonus "amicusque sit, sed per imprudentiam inutile consilium det; "huic ego respondeo, fallere dici nonnumquam etiam illos "qui sine ulla mala, ut ait Plautus, malitia, in errorem indu-"cunt eos, quibuscum agunt. Non enim vetus illud jusju-"randum ita concipi voluissent, *si sciens fallo*, nisi etiam "inscientem posse fallere judicassent."

1, 6. Οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν] Vulgo: οὐκ ὀρθῶς τοῦτο δοξάζουσιν. Verum abest τοῦτο hoc molestum ab antiquissimo Victorii Codice, et ab Isingr. Georgius Trapezuntius vertit: *aut enim propter stultitiam non recte opinantur*. Igitur illud textu ejeci. Cf. Mureti Var. lectt. VIII, 14. BUHLE.

1, 6. ἐπιεικεῖς.] Hic ἐπιεικεῖς *probi*: non enim de æquo et bono, quod ἐπιεικὲς vocant, sermo nunc est: consuerant autem Græci hoc nomen ad alia etiam transferre, ut Aristot. Ethic. Nic. V. docet: ac multis præterea veterum scriptorum testimoniis confirmari posset. VICTOR.

1, 6. οὐκ εὔνοι.] Pericles apud Thucyd. II. 60. τῇ τε πόλει δύσνους οὐκ ἂν ὁμοίως τί οἰκείως φράζοι.

1, 6. παρὰ ταῦτα οὐδέν.] Cur munere quis suo haud recte fungatur, fit, vel quia non potest, vel quia non vult, vel quia nec vult nec potest; Rhet. II. 19. Præter has autem officii prætermissi caussas, summatim nulla esse potest. Omnes vero caussæ istæ comprehenduntur tribus illis autoritatis conciliandæ adminiculis, quæ jam sunt enumerata. SCHRADER.

1, 6. Καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν.] Dudum animadversum est, his respici ad verba §. 5. τρία ἐστὶ τὰ αἴτια—ἔστι δὲ ταῦτα. Muretus vertit: *neque alia præterea ejus rei caussa reperiri potest.* Quem nexum tamen multis propositionibus interjectis Aristoteles obscuravit. Itaque parum apta est interpunctio, qua vulgo maximum signum ante Διόπερ, et colon ante καὶ παρὰ ponunt. Sic verba, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν, ad proxima, quæ antecedunt, non ad remotiora referuntur. Et ante καὶ et post οὐδὲν maxima interpunctio collocanda est. VATER.

1, 8. Λεκτέον νῦν] Abest νῦν a Cod. Victorii. BUHLE.

1, 8. Ἔστι δὲ τὰ πάθη—οἷς ἕπεται λύπη καὶ ἡδονή.] Eadem τῶν πάθων definitio Ethic. Nicom. II. 4. Eudem. II. 2. invenitur. Λύπη καὶ ἡδονὴ significat, λύπη ἢ ἡδονή, non utraque conjunctim. Ne eo seducaris, quod c. II. 2. ira cum voluptate copulatur, §. 1. vero et c. IV. 31. λύπη esse dicitur. Illic enim spes ad iram accedens, hic ipsius iræ affectus consideratur. Cum vero diversa genera τοῦ ἕπεσθαι sint, hic significari videtur τὸ ἀκολουθεῖν ἅμα (cf. L. I. 6. init.) *Voluptas vel dolor cum ipsa animi perturbatione conjunctus est.* Nam in proximis capitibus πάθη plerumque ita definiuntur, ut sint λύπαι. Et Nicom. II. 5. metus, fiducia, commiseratio voluptati dolorive, ut generibus, subjiciuntur: οἷον καὶ φοβηθῆναι καὶ θαῤῥῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι καὶ ἀποστραφῆναι καὶ ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσαι καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι κ. τ. λ.

Πάθη vero non solum vehementiores animi perturbationes vocantur, sed etiam affectus ceteri, ut desperatio, ira, mœstitia, perinde ac tristitia tranquillior et indignatio. Itaque πάθος est conditio animi, quocunque modo affectus est, (κινούμενος, πεπονθώς τι). Cum vero animus aliquid patiatur, hæc non est qualitas (ποιότης) animi. Atque ita πάθος distinguitur a δυνάμει et ab ἕξει. Δυνάμεις sunt animi humani affectiones, quibus, qui irascuntur, irasci dicuntur, quibusque efficitur, ut ad iram aliquis propensus sit. Ἕξις contra est habitus animi et consuetudo, qua quis ad iram odiumve revera proclivis est, ut iracundia, timiditas, fortitudo animi. Nostro in loco hac distinctione opus non erat. Hic enim hæc non ita, ut in disciplina psychologiæ tractantur, sed ad usum accommodate

enumerantur ea, propter quæ animus, ut ira, commoveri soleat, et ii, in quos soleat, et externæ affectiones hominum, qui propensi sint, ut ad iram.

Cum etiam cupiditate et desiderio animus aliquo modo afficiatur; etiam cupiditas et impetus animi, h. e. conditio animi, qua quid appetat, inter πάθη numerantur. Detestatio et desiderium non minus, quam πάθη cetera, cum sensu lætitiæ dolorisve conjuncta sunt: sed in quibusdam πάθεσι hic sensus minus, quam cupiditas consideratur. Atque hæc, ut opinor, caussa est, cur in definienda ira c. II. et amore c. IV. ἡ ὄρεξις et τὸ βούλεσθαι, ut genus, adhibentur. Quod Eudem. III. 3. etiam vitiosæ animi perturbationes, quæ mediocritatibus opponuntur, ut iracundia, et magis habitus sunt, quam motus singuli, πάθη appellantur; id huc non pertinet. Hæc enim est alia vocabuli significatio, eaque huc non referenda, quia libri Ethicorum ad Nicom. usus scribendi et decretorum Aristotelis certiores testes sunt. Ibi πάθη de singulis animi motibus usurpantur; ac tantum abest, ut in his insit aliquid vitiositatis, ut ipsa virtus et in ταῖς πράξεσι et in τοῖς πάθεσι cerni affirmetur. VATER.

1, 8. Ἔστι δὲ τὰ πάθη ὅσα μεταβάλλοντες.] Non perfecte nunc exprimit naturam perturbationum, sed, unde intelligi possint, exponit. Sunt igitur, inquit, omnes illæ perturbationes, quæ faciunt, ut nos immutati, non eodem modo de iisdem rebus sentiamus, sed sæpe a nobismetipsis, præteritisque nostris judiciis, discrepemus: nec male Terentius Eunucho sua hoc expressit, cum Parmenonem, ingentem varietatem morum in animo vitaque adolescentis ob amorem factam, admirantem inducit: *Di boni! quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier Ex amore ut non cognoscas eundem esse,* et quæ sequuntur. Μεταβάλλειν autem est *mutationem in se suscipere*, quomodo etiam boni Latini sermonis auctores aliquando verbo *mutare* utuntur. Ut Varro L. L. IV. p. 40, 25. R. R. II. 2. p. 76, 4. Nec tamen πάθη cunctæ, quæ in animis nostris mutationes fiunt, vocantur, ut si forte ex alia in aliam cogitationem traducimur, sed illæ tantum, quas consequitur voluptas et ægritudo. Sic et in Ethic. Nic. II. πάθη explicat, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη. VICTOR.

1, 9. τὴν ὀργὴν ἐμποιεῖν.] Valent hæc verba, *ita commovere animos eorum qui audiunt, ut irascantur.* Ethic. Nicom. IV. 5. τὸ μὲν πάθος ἐστιν ὀργή· τὰ δὲ ἐμποιοῦντα, πολλὰ καὶ διαφέροντα. Cum Aristoteles in Metaphr. IV. 29. dixerit, καὶ ὁ ἄλλοις ἐμποιητικὸς τῶν τοιούτων λόγων, Cicero eandem sententiam enuntians in Oratore, inquit, *Inserit novas opiniones, evellit insitas:* verbum tamen Latinum translatum. In I de Oratore Cicero vim hujus sermonis, ut arbitror, expressit, cum inquit, *Cum iratum adversario judicem facere vult.* VICTOR.

1, 9. Ἐπὶ τῶν ἄλλων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Maj. περὶ τῶν ἄλλων. BUHLE.

CAP. II.

2, 1. Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ] Edd. eædem: ἔστω δ' ἡ ὀργή. BUHLE.

2, 1. Ὀργὴ ὄρεξις.] Sic etiam Stoici postea iram definierunt, paulum immutatis verbis: ὀργή ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως. His autem verbis Cicero definitionem eorum expressit (Tusc. IV. 9.): *Ira est libido puniendi ejus, qui videatur læsisse injuria.* Quam autem nunc satis commodam ducit iræ definitionem Aristoteles, criminatur in lib. I. de Anim. c. 1. p. 4. ut dialecticam atque inanem, quod formam absque materie complectatur: ut autem ei, qui vim ipsius exquisite vellet exprimere, satis hæc esse non potest, ita illi, qui dicendi artem tradat, idonea est: neque enim hic iræ natura perfecte quæritur, sed hactenus illa explicatur, ut, quomodo verbis eam commovere orator debeat, non ignoret. VICTOR.

2, 1. ὀργή.] In iræ definitione hic allata notanda veniunt; genus, *appetitio*; comitans, *dolor*: objectum, *ultio*; caussa, ὀλιγωρία, h. e. *inconveniens nostri aut nostrorum neglectus.* Brevius definitur Ira De Anim. I. 1. p. 4, 8. ὄρεξις ἀντιλυπήσεως, *appetitus reponendi dolorem.* Vocem ὀλιγωρίας vetustissimus interpres Latinus *parvi pensionem*, Hermolaus Barbarus et G. Trapezuntius *contemtum*, Joh. Sturmius et Æm. Portus *contentionem*, P. Victorius *parvi ducere*, Majoragius *negligentiam*, Muretus et Theodorus Goulston *neglectum*, Ant. Riccobonus *despicientiam* verterunt. Varietas hæc inde oritur, quod in Latio vox certa non sit, quæ Græcæ huic plane respondeat. Omnium proxime significationem Græcæ vocis exprimere videtur vetustissimus interpres Latinus, dum *parvipensionem*, ut et Averrois interpres dum *vilipensionem* exponunt. Cum autem neutra harum sit Latina, retineamus cum Majoragio et Mureto vocem *neglectus*; *negligi* enim, classicis scriptoribus est ὀλιγωρεῖσθαι. Vide Terent. Adelph. IV. 3, 16. Heaut. II. 3, 116. Nec repugnem Græcam ipsam Latine scribi, cum vis illius ac partes e §. 3. hujus capitis pateant. SCHRADER.

2, 1. Ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτόν.] Si voc. τῶν sanum esset, significare deberet τινῶν: quod Græcum non est. Ne τινῶν quidem satis aptum est, quia abundat; nam alias ejusmodi in loco non additur (cf. c. IX. init.) et quia si additum esset, sine dubio singulare τινὸς vel του legeremus. Forsan hoc vocabulum librariorum errore substitutum est in locum voculæ ἢ vel potius τήν. VATER.

2, 1. Μὴ προσηκόντως] Isingr. μὴ πρὸ προσηκόντων, operārum forsitan peccato. BUHLE.

2, 2. Εἰ δὴ] Ita dedit Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Maj. ἐπεὶ δὲ, quod etiam legerunt vetus interpres Latinus, et Georgius Trapezuntius. BUHLE.

2, 2. Ἢ τῶν αὑτοῦ τινά τι] Uncis inclusi τινά· nam abest illud ab omnibus Victorii Codd. et ab Ald. Bas. Frob. et Victorii. Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Lond. ἢ τὸν αὑτοῦ τι. Minus bene. BUHLE.

2, 2. Τὴν ὑπὸ τῆς ἐλπιδος.] In edd. Ald. Bas. Victorii, Isingr. Cam. Sylb. ἀπὸ legitur. Hoc per se melius est: nam spes, quasi fons est, ex quo manet jucunditas. Sed ne intelligitur quidem, qua auctoritate inde ab exemplo Schrad. editum sit ὑπό. VATER.

2, 2. Ἐφίεται αὐτῷ] Addidit αὐτῷ Victorius e Codd. BUHLE.

2, 2. Αὐτῷ δυνάτων.] Hæc Muretus omittit, forsan etiam præcedens αὐτῷ. Sane prius αὐτῷ vix placeat: sed multo minus αὐτῷ δυνάτων huc pertinebit, quod merito deleri existimo. Aristoteles vix dixerit, *iratum appetere ea, quæ possit efficere.* Oratio ut sibi constet, tantummodo addendum erat, *iratum cupere*, quo probaretur, eum lætari. Argumentatio facile intelligetur his suppletis: atqui si iratus appetit; ea appetit, quæ se consecuturum putat, (τὰ φαινόμενα δύνατα, non τὰ δύνατα): ergo lætatur. VATER.

2, 2. Εἴρηται περὶ θυμοῦ] Homer. Il. XVIII, v. 109. Confer Rhet. I, 11. BUHLE.

2, 2. Ἐγγινομένη φαντασία ἡδονὴν ποιεῖ] Cod. Victorii: γιγνομένη φαντασία ἡδονὴν ἐμποιεῖ. BUHLE.

2, 2. φαντασία.] Φαντασίαν Cicero *visionem* vocare consuevit: Aristoteli vero hic, ut superiore quoque in libro, phantasia est cogitatio quædam vehemens alicujus rei, cum ita in ea occupati sumus, ut non animo ipsam versare, sed manu tractare, et tunc ipsum gerere eam nobis videamur. VICTOR.

2, 2. φαντασία.] Geta Terentianus tali phantasia animum suum pascebat Adelph. III. 2, 12. *Vix sum*, inquit, *compos animi, ita ardeo iracundia*, et quæ sequuntur. SCHRADER.

2, 3. Ὅσα δὲ μηδὲν, ἢ πάνυ μικρὰ.] Idem: ὅσα δὲ μηδὲν τι, ἢ μικρόν. BUHLE.

2, 3. Τρία δ' ἐστι.] Particulam Victorius ex codice antiquiss. et prisco Intpr. restituit. Abest ab edd. Ald. Bas. Cam. At jure retinetur (cf. ad L. I. c. 1 et 4.). Protasis et apodosis ita cohærent: *Quando igitur neglectus est actus opinionis de re aliqua ita conceptæ, ut ea nihili facienda videatur*, quandoque triplici modo hæc opinio ostenditur, *tria sunt genera neglectus.* VATER.

2, 4. Ἃ γὰρ οἴονται μηδενὸς ἄξια εἶναι] Idem: ὅσα γὰρ οἴονται μηδενὸς ἄξια. BUHLE.

2, 4. Φαίνεται καταφρονεῖν] Margo ed. Ven.: φ. ὀλιγωρεῖν. BUHLE.

2, 4. ἐπηρεασμὸς.] Multa de hoc vocabulo habent Wassius ad Thucydidem I. 26. Wetstenius ad S. Matthæi V. 44. Wyttenbachius ad Plutarch. p. 135. D. Observat Victorius, ἐπήρειαν sæpe appellasse Demosthenem, cum improbitatem hanc significare vellet, et animum, qui captus esset studio lædendi quempiam voluptatis suæ causa. Ut pro Ctesiph. p. 229, 8. Ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει, καὶ ὕβριν, καὶ λοιδορίαν καὶ προπηλακισμόν. Et post: p. 229, 14. οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει τοῦτο ποιεῖν.

2, 4. Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἵνα αὐτῷ τι scil. ἐπηρεάζει vel ἐμποδίζει. Hæc est protasis, ὀλιγωρεῖ apodosis. Ita Muretus, Majorag. aliique locum accipiunt: resque ipsa id postulat. Quemadmodum enim Aristoteles paullo ante contemptum, et §. 6. contumeliam probat inter neglectus numeranda esse: ita hic nihil aliud agit, nisi ut demonstret, τὸν ἐπηρεάζοντα ὀλιγωρεῖν. Hac in demonstratione medius terminus est τὸ lædere sine studio commodi sui, quod ad utrumque pertinet. Eodem modo paullo ante τὸ οἴεσθαι μηδενὸς ἄξιον εἶναί τι et τὸ ἀτιμάζειν in ceteris neglectus generibus adhibentur. Nam §. 6. pro ὁ δ' ἀτιμάζων ὀλιγωρεῖ scribi poterat: ἐπεὶ δ' ἀτιμάζει, ὀλιγωρεῖ. In edd. Isingr. et Bipont. contra fidem testium veterum et haud apposite ad sententiam loci in iis, quæ sequuntur, pro δῆλον γὰρ, impressum est, δῆλόν ἐστι, ut hæc sit apodosis. Tunc ὀλιγωρεῖ abundat. Δῆλον γὰρ recte habet. Hoc enim est argumentum, quo ostenditur, quem sine studio commodi tui lædas, eum a te revera negligi. Paullo post ad ἐφοβεῖτο γὰρ supplendum est: εἰ γὰρ βλάψειν ὑπελάμβανε, ἐφοβεῖτο ἄν. VATER.

2, 4. Δῆλόν ἐστι] Hoc recepi ex Isingr. alias enim apodosis desideratur. Vulgo: δῆλον γάρ. BUHLE.

2, 4. Ὥστε φίλος εἶναι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὥστε φίλον εἶναι. Melius. In marg. ed. Ven. totus hic locus ita legitur: οὔτ' ἔν τινι λόγου ἀξίῳ ὠφελήσειν· ἐσπούδασε γὰρ ἂν ὑπ' αὐτοῦ φιλεῖσθαι· quæ tamen lectio videtur Scholio ortum debere. BUHLE.

2, 4. Ὥστε φίλος εἶναι.] Edd. vett. φίλον. Buhlius vertit: *ut amicus esset alter.* Hæc si esset sententia, necessario φίλον scriberetur. Sed φίλος, quod cum a Victorio receptum sit, ejus librorum scriptorum fide editum esse videtur, ad istum ipsum, qui φροντίσειε, pertinet. Ita vertendum est: *daret operam, ut alteri amicus esset.* VATER.

2, 5. Τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν] Cod. Victorii: τὸ πράττειν καὶ λέγειν· quæ lectio mihi magis arridet. BUHLE.

2, 5. Γένηται αὐτῷ ἄλλο, ἢ ὅτι ἐγένετο, ἀλλ' ὅπως ἡσθῇ] Idem Codex: γένηται αὐτῷ τῷ δρῶντι ἄλλο, ἀλλ' ὁπῶς ἡσθῇ. Verba ἢ ὅτι ἐγένετο vetus quoque interpres Latinus non agnoscit. BUHLE.

2, 5. Ἄλλο, ἢ ὅτι ἐγένετο.] Victorius dicit, hæc verti posse: *aliud, quam quod jam factum est* (ἢ ὅ, τι ἐγένετο), idque dedit Majoragius. Sed antea aliquid factum esse, hic non spectatur, et, si hoc tantummodo significaretur, *aliud quam quod jam est*, his verbis id expressum non esset. Sententia, ni fallor, hæc est: ἢ (μὴ), ὅτι (αὐτῷ τι) ἐγένετο, *neque quod jam lacessitus est injuria.* Huc respicit, quod statim sequitur, οἱ γὰρ ἀντιποιοῦντες, quodque alioquin sine conjunctione adjectum esset. VATER.

2, 6. Διὸ καὶ οἱ νέοι] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. BUHLE.

2, 6. νέοι.] Plato Euthyd. p. 273. A. ὑβριστὴς δὲ, διὰ τὸ νέος εἶναι.

2, 6. Ὁ δὲ ἀτιμάζων ὀλιγωρεῖ· τὸ γάρ.] Ut intelligatur vis voculæ γὰρ, hoc intelligendum est, *Quod nihili est, id nullo in pretio habetur.* Itaque si quis quid in honore non habet, sed ejus dignitati detrahit, id, ut nullo dignum pretio, negligit. VATER.

2, 6. Διὸ λέγει ὀργιζόμενος ὁ Ἀχιλλεὺς] Homer. Il. I, 356; IX. 644. BUHLE.

2, 7. προσήκειν.] Quæ sequuntur, non tantum a contrario doctrinam de oligoria sive neglectu, sed et illam definitionis iræ particulam μὴ προσηκόντως, *non convenienter*, illustrant. SCHRADER.

2, 7. Οἴονται πολυωρεῖσθαι] Isingr. ὀλιγωρεῖσθαι. Perperam. BUHLE.

2, 7. ῥητορικὸς.] Vocantur ῥητορικοὶ *diserti et eloquentes homines.* Isocrates Nicocl. p. 28. B. Καὶ ῥητορικοὺς μὲν καλοῦμεν, τοὺς ἐν τῷ πλήθει λέγειν δυναμένους. VICTOR.

2, 7. Διὸ εἴρηται] Homer. Il. II, 196. Pro διοτρεφέων βασιλήων vulgata Homeri exempla habent singulariter, διοτρεφέος βασιλῆος. Posterior versus Homericus ab Aristotele laudatus exstat Il. I, 92. BUHLE.

2, 7. Διοτρεφέων βασιλήων.] In Homeri Il. II. 196. singulare, Διοτρεφέος βασιλῆος, legitur. Sed cum hæc sententia in proverbium abiisset, universe pronuntianda erat plurali numero. VATER.

2, 7. Ὅρρα τελέσσῃ.] Victorius hæc jure delevit, quod ab omnibus ejus libris scriptis aberant. Desunt etiam in edd. Ald. Bas. VATER.

2, 8. Ὑφ' ὧν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ἀφ' ὧν. Minus usitate. BUHLE.

2, 8. Ἡ ποιεῖ—ἢ δι' αὐτοῦ] Cod. Victorii ἢ ποιεῖ αὐτὸς ἢ δι' αὐτόν τις ἢ τῶν αὐτοῦ τις. VATER.

2, 9. Ἐάν τε κατ' εὐθυωρίαν οὖν ἀντικρούῃ τις] Cod. Victorii: ἐάν τε οὖν κατ' εὐθυωρίαν ὁτιοῦν ἀντικρούσῃ τις. BUHLE.

2, 9. ἐάν τε κατ' εὐθυωρίαν—φαίνεται ποιεῖν.] E. g. Chærea Terentianus valde iratus factus est Archimenidi, qui ipsum remoratus est, virginem, quam aspexerat, eximia forma sectantem: neque tamen senex ille umquam cogitavit amorem ipsius impedire, aut aliquid molestiæ eidem exhibere: opera tamen illius importuna idem effectum est, ac si studuisset disturbare ejus cupiditatem. Nam Chæream vehementer commotum fuisse erga Archimenidem ipsemet declaravit. Κατ' εὐθυωρίαν autem valet *directo:* et, ut Cicero, translato sermone usus, aliquando inquit, *per cursum rectum.* Terentius certe, cum Ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ inquit, *Immo ut recta via rem narret,* hoc expressit. Ita quoque locutus est Auctor II de Part. Anim. c. 8. Τὴν δὲ φύσιν ἔχει τῆς σαρκὸς, οὐ κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ κατὰ κύκλους διαιρετήν. Idem valet Demetrio ἐξ εὐθείας, nisi fallor. Παραινοῦντες αὐτοῖς μὴ ἁμαρτάνειν, οὐκ ἐξ εὐθείας ἐροῦμεν. VICTOR. Part. Anim. II. 11. Ἀκούει γὰρ οὐ κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ πάντοθεν· ἡ δ' ὄψις εἰς τὸ ἔμπροσθεν· ὁρᾷ γὰρ κατ' εὐθυωρίαν.

2, 9. Ἐὰν δὲ μὴ, ὁμοίως—ποιεῖν,] *Sin non* scil. directo adversetur, attamen adversetur, *peræque tamen idem facere videtur.* Schol. Gr. jungit, ἐὰν δὲ μὴ ὁμοίως, quod prætulerim. Alioquin ὁμοίως abundet. Paullo post in verbis, ἐάν τε ἄλλο τι ἐνοχλῇ οὕτως ἔχοντα, Schol. Gr. οὕτως ἔχον legit. Ejus verba sunt: καὶ ἂν ἐνοχλῇ τι ἄλλο ἔχον οὕτως, ἤτοι τοιοῦτόν τι. Vulgatum tamen multo aptius est. Οὕτως ἔχων est ὁ λυπούμενος καὶ ἐφιέμενός τινος. VATER.

2, 9. ἄν τε μὴ συμπράττῃ.] Commoti enim animo non bene res existimant, atque oportere putant cunctos ad desideria sua sublevanda se convertere. In XI Ep. ad Atticum Cicero, de Pompeianis loquens, inquit: *Omnes enim, qui in Italia remanserunt, hostium numero habebuntur: infensi enim erant illis, quod communem causam deseruissent: nec, quemadmodum ipsi facerent, remp. enixe defenderent.* VICTOR.

2, 9. Οὕτως ἔχοντα, τοῖς πᾶσιν ὀργίζεται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. οὕτως ἔχον. Spir. οὕτως ἔχων, quod si sequaris, comma post ἔχοντα tollendum et ante οὕτως reponendum est. Vetus interpres Latinus quidem et Georgius Trapezuntius vertunt: *omnibus, cum sic se habeat, irascitur.* Nostram lectionem dedit Victorius e Cod. MSto. BUHLE.

2, 10. Ὅλως ἐπιθυμοῦντες] Cod. Victorii: ἐπιθυμοῦντές τι, et mox in textu omittit μὲν post μάλιστα. BUHLE.

2, 10. ὅλως ἐπιθυμοῦντες.] Significat ὅλως *uno nomine.* Ad summam, inquit, quicunque cupiditate aliqua incensi sunt:

ne singulos enumerem, universum genus eorum, qui vehementi cujusvis rei desiderio affecti sunt: hi namque generatim ad iram proni, cum ad exitum perducere nequeunt suas voluptates, cum desideria ipsorum rectum cursum non tenent: hoc enim valere arbitror, μὴ κατορθοῦντες. VICTOR.

2, 10. Ὑπὸ τοῦ ὑπάρχοντος πάθους] Isingr. ὑπὸ τοῦ ἐνυπάρχοντος πάθους. Pro ὑπὸ melius puto legi ἀπό. BUHLE.

2, 11. Ὥσπερ καὶ τέρπει.] Quod sequitur, τὸ πόλυ παρὰ δόξαν, Muretus videtur omisisse. Facile suppleri potest, neque jucunda est hæc repetitio, quanquam non omnino abhorret ab usu scribendi Aristotelis (cf. c. III, 11.) VATER.

2, 11. Τὸ πολὺ παρὰ δόξαν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὸ πολὺ καὶ παρὰ δόξαν. Male. BUHLE.

2, 11. ὥραι.] Ut cibi et somni horæ. Caprarius apud Theocritum I. 15. *οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἢ γὰρ ἀπ' ἄγρας Ταὶκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἔντι δὲ πικρὸς, Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.* SCHRADER.

2, 11. διαθέσεις.] Affectiones animi corporisve: ut morbus, mœror, pudor, metus. Seneca De Ira II. 19. *Vinum incendit iram, quia auget calorem.* et III. 10.: *vetus dictum est, a lasso vixam quæri. Æque autem et ab esuriente, et a sitiente, et ab omni homine, quem aliqua res urit; nam uti ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus minimis offenditur. Adeo ut quosdam salutatio, epistola, oratio, et interrogatio in litem evocent.* SCHRADER.

2, 11. ἡλικίαι.] Seneca De Ira I. 13. in fin. *Iracundissimi infantes, senesque, et ægri sunt, et invalidum omne naturæ querulum est.* SCHRADER.

2, 11. Ἐὰν γένηται] Ex emendatione Victorii. Ald. et Bas. ἐὰν γὰρ γένηται. Ven. Cam. Ricc. Majorag. ἐὰν γεγένηται. BUHLE.

2, 12. Conf. Casaub. ad Persii Satiras I, p. 102. BUHLE.

2, 12. καταγελῶσι καὶ χλευάζουσι.] C. Cassius in Ep. ad Ciceronem de Cn. Pompeio Cn. Magni f. loquens, inquit, (Ep. ad Div. XV. 19.) *Scis quam se semper a nobis derisum putet: vereor ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι.* E quibus verbis percipitur reformidasse Cnei rude sævumque ingenium Cassium, si ille vicisset: qui tamen nullam justam causam inimicitiarum adversus ipsos haberet: sed tantum putaret se ab illis derisum, unde ira exorta erat. *Ludibrio* vero *quempiam afficere* χλευάζειν est: id autem, ut opinor, manet in conformatione oris, gestuque quodam corporis, ad notam turpitudinemque alicui inurendam, apto: cum vultu scilicet, aliave hujuscemodi ratione personam alicujus deho-

2, 8. Ἢ ποιεῖ—ἢ δι' αὐτοῦ] Cod. Victorii ἢ ποιεῖ αὐτὸς ἢ δι' αὐτόν τις ἢ τῶν αὐτοῦ τις. VATER.

2, 9. Ἐάν τε κατ' εὐθυωρίαν οὖν ἀντιχρούῃ τις] Cod. Victorii: ἐάν τε οὖν κατ' εὐθυωρίαν ὁτιοῦν ἀντιχρούσῃ τις. BUHLE.

2, 9. ἐάν τε κατ' εὐθυωρίαν—φαίνεται ποιεῖν.] E. g. Chærea Terentianus valde iratus factus est Archimenidi, qui ipsum remoratus est, virginem, quam aspexerat, eximia forma sectantem: neque tamen senex ille umquam cogitavit amorem ipsius impedire, aut aliquid molestiæ eidem exhibere: opera tamen illius importuna idem effectum est, ac si studuisset disturbare ejus cupiditatem. Nam Chæream vehementer commotum fuisse erga Archimenidem ipsemet declaravit. Κατ' εὐθυωρίαν autem valet *directo:* et, ut Cicero, translato sermone usus, aliquando inquit, *per cursum rectum.* Terentius certe, cum Ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ inquit, *Immo ut recta via rem narret,* hoc expressit. Ita quoque locutus est Auctor II de Part. Anim. c. 8. Τὴν δὲ φύσιν ἔχει τῆς σαρκὸς, οὐ κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ κατὰ κύκλους διαιρετήν. Idem valet Demetrio ἐξ εὐθείας, nisi fallor. Παραινοῦντες αὐτοῖς μὴ ἁμαρτάνειν, οὐκ ἐξ εὐθείας ἐροῦμεν. VICTOR. Part. Anim. II. 11. Ἀκούει γὰρ οὐ κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ πάντοθεν· ἡ δ' ὄψις εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὁρᾷ γὰρ κατ' εὐθυωρίαν.

2, 9. Ἐὰν δὲ μὴ, ὁμοίως—ποιεῖν,] *Sin non* scil. directo adversetur, attamen adversetur, *peræque tamen idem facere videtur.* Schol. Gr. jungit, ἐὰν δὲ μὴ ὁμοίως, quod prætulerim. Alioquin ὁμοίως abundet. Paullo post in verbis, ἐάν τε ἄλλο τι ἐνοχλῇ οὕτως ἔχοντα, Schol. Gr. οὕτως ἔχον legit. Ejus verba sunt: καὶ ἂν ἐνοχλῇ τι ἄλλο ἔχον οὕτως, ἤτοι τοιοῦτόν τι. Vulgatum tamen multo aptius est. Οὕτως ἔχων est ὁ λυπούμενος καὶ ἐφιέμενός τινος. VATER.

2, 9. ἄν τε μὴ συμπράττῃ.] Commoti enim animo non bene res existimant, atque oportere putant cunctos ad desideria sua sublevanda se convertere. In XI Ep. ad Atticum Cicero, de Pompeianis loquens, inquit: *Omnes enim, qui in Italia remanserunt, hostium numero habebuntur: infensi enim erant illis, quod communem causam deseruissent: nec, quemadmodum ipsi facerent, remp. enixe defenderent.* VICTOR.

2, 9. Οὕτως ἔχοντα, τοῖς πᾶσιν ὀργίζεται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. οὕτως ἔχον. Spir. οὕτως ἔχων, quod si sequaris, comma post ἔχοντα tollendum et ante οὕτως reponendum est. Vetus interpres Latinus quidem et Georgius Trapezuntius vertunt: *omnibus, cum sic se habeat, irascitur.* Nostram lectionem dedit Victorius e Cod. MSto. BUHLE.

2, 10. Ὅλως ἐπιθυμοῦντες] Cod. Victorii: ἐπιθυμοῦντές τι, et mox in textu omittit μὲν post μάλιστα. BUHLE.

2, 10. ὅλως ἐπιθυμοῦντες.] Significat ὅλως *uno nomine.* Ad summam, inquit, quicunque cupiditate aliqua incensi sunt:

ne singulos enumerem, universum genus eorum, qui vehementi cujusvis rei desiderio affecti sunt: hi namque generatim ad iram proni, cum ad exitum perducere nequeunt suas voluptates, cum desideria ipsorum rectum cursum non tenent: hoc enim valere arbitror, μὴ κατορθοῦντες. VICTOR.

2, 10. Ὑπὸ τοῦ ὑπάρχοντος πάθους] Isingr. ὑπὸ τοῦ ἐνυπάρχοντος πάθους. Pro ὑπὸ melius puto legi ἀπό. BUHLE.

2, 11. Ὥσπερ καὶ τέρπει.] Quod sequitur, τὸ πόλυ παρὰ δόξαν, Muretus videtur omisisse. Facile suppleri potest, neque jucunda est hæc repetitio, quanquam non omnino abhorret ab usu scribendi Aristotelis (cf. c. III, 11.) VATER.

2, 11. Τὸ πολὺ παρὰ δόξαν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὸ πολὺ καὶ παρὰ δόξαν. Male. BUHLE.

2, 11. ὦραι.] Ut cibi et somni horæ. Caprarius apud Theocritum I. 15. οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν Συρίσδειν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἢ γὰρ ἀπ' ἄγρας Ταὶνικα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἔντι δὲ πικρὸς, Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. SCHRADER.

2, 11. διαθέσεις.] Affectiones animi corporisve: ut morbus, mœror, pudor, metus. Seneca De Ira II. 19. *Vinum incendit iram, quia auget calorem.* et III. 10.: *vetus dictum est, a lasso rixam quæri. Æque autem et ab esuriente, et a sitiente, et ab omni homine, quem aliqua res urit; nam uti ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus minimis offenditur. Adeo ut quosdam salutatio, epistola, oratio, et interrogatio in litem evocent.* SCHRADER.

2, 11. ἡλικίαι.] Seneca De Ira I. 13. in fin. *Iracundissimi infantes, senesque, et ægri sunt, et invalidum omne naturæ querulum est.* SCHRADER.

2, 11. Ἐὰν γένηται] Ex emendatione Victorii. Ald. et Bas. ἐὰν γὰρ γίνηται. Ven. Cam. Ricc. Majorag. ἐὰν γεγένηται. BUHLE.

2, 12. Conf. Casaub. ad Persii Satiras I, p. 102. BUHLE.

2, 12. καταγελῶσι καὶ χλευάζουσι.] C. Cassius in Ep. ad Ciceronem de Cn. Pompeio Cn. Magni f. loquens, inquit, (Ep. ad Div. XV. 19.) *Scis quam se semper a nobis derisum putet: vereor ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι.* E quibus verbis percipitur reformidasse Cnei rude sævumque ingenium Cassium, si ille vicisset: qui tamen nullam justam causam inimicitiarum adversus ipsos haberet: sed tantum putaret se ab illis derisum, unde ira exorta erat. *Ludibrio* vero *quempiam afficere* χλευάζειν est: id autem, ut opinor, manet in conformatione oris, gestuque quodam corporis, ad notam turpitudinemque alicui inurendam, apto: cum vultu scilicet, aliave hujuscemodi ratione personam alicujus deho-

nestamus: χλεύην enim, sive χλευασίαν, sive χλευασμὸν (his enim verbis in eadem re exprimenda boni auctores utuntur) esse speciem contumeliæ, testatur aperte ipse Topic. VI. 3. p. 372. Καθάπερ οἱ τὸν προπηλακισμὸν, ὕβριν μετὰ χλευασίας, ὁριζόμενοι· ἡ γὰρ χλευασία ὕβρις τις. VICTOR.

2, 13. Οἱ δ' ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ] Cogitandum est de *ideis* Platonicis. BUHLE.

2, 14. Ἐπειδὰν δὲ] Cod. Victorii: ἐπειδὰν γάρ. BUHLE.

2, 14. In egregia animadversione, qua A. docet, cavillationibus et irrisionibus rerum maxime eos pungi et ad iram provocari, qui suspicentur, illas res, quibus tamen se præditos videri volunt, ne inesse quidem sibi, aut non videri inesse, (ut doctrinam quandam vel pulchritudinem formæ, ἰδέαν,) eos contra, quid in se dicatur, non laborare, qui sibi illas virtutes vere inesse putent: in hoc igitur loco discere cupiam constructionem verborum, ἐπειδὰν δὲ σφόδρα οἴωνται ὑπάρχειν ἐν τούτοις, ἐν οἷς σκώπτονται. Posterius ἐν οἷς *est de quibus, propter quæ;* ut Latine *in* ponitur, quod interdum offendit doctissimos viros, tanquam Bentleium ad Cic. Tusc. 5, 9, 24. (in verbis: *Theophrastus ab omnibus philosophis vexatur* in *eo* libro.) Hodie vulgus in his et similibus scribit *super*, bonam Latinitatem ignorans, an priscam scilicet affectans nimis docte. Prius ἐν τούτοις non capio. Σφόδρα εἶναι ἐν πράγματί τινι forsan est Græca locutio, quanquam nihil affirmare possum; sed σφόδρα ὑπάρχειν eadem vi dici, non affirmanti credam, sed exemplis docenti. Verbis εἶναι, ὑπάρχειν, τυγχάνειν, suus cuique locus est. Hic quoque *res*, puto, dicuntur ὑπάρχειν, h. e. *adesse, inesse*, quod et in verbo δοκεῖν intelligitur. Quapropter vitiosus est ordo ed. Isingr. ἢ μὴ δοκεῖν ἐν τούτοις, ἐν ὁ. σκ. Ne multa: ἐν τούτοις muto in ἑαυτοῖς seu αὐτοῖς. Corrumpere hic pronum fuit, si quis illud ad sequentia conformandum putasset. WOLF.

2, 14. Ἐν τούτοις, ἐν οἷς σκώπτονται] In Isingr. verba hæc locum habent post antecedentia ἢ μὴ δοκεῖν. BUHLE.

2, 16. Εἰθισμένοις τιμᾶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Major. addunt μᾶλλον. BUHLE.

2, 16. Εἰθισμένοις τιμᾶν.] Μᾶλλον, quod post τιμᾶν in edd. vett. sine commodo sententiæ inculcatum est, in prisco Intpr. et libris scriptis omnibus deest. Ideo recte deletum est. VATER.

2, 16. ὁμιλῶσι.] Ὁμιλεῖν significat degere vitam cum aliquo, ac familiariter cum eo versari. Unde ὁμιλίαι etiam *consuetudines victus*. Ethic. Nic. IV. ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις, καὶ τῷ συζῆν, καὶ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν. Valet igitur hic, *nisi, cum una fuerint, ut solebant, adversus illos se gesserint, ac consuetum honorem ipsis habuerint.* VICTOR.

2, 16. Ταὐτὰ γὰρ ἂν ποιεῖν] Ald. Ven. Bas. Cam. Major. ταὐτὸν γὰρ ἂν ποιεῖν. Isingr. ταὐτὸν γὰρ ἂν ποιοῖεν· hoc quidem melius forsitan. BUHLE.

2, 16. Ταὐτὰ γὰρ ἄν.] Edd. Ald. Bas. Cam. ταὐτόν. Post ποιεῖν maxima interpunctione utendum. Quod §. 17. sequitur, πάντες, ad plerasque omnes, quæ antecedunt, propositiones, et παρ' ἡττόνων ad τοὺς μὴ ἀντιποιοῦντας εὖ refertur, ut παρ' ἡττόνων εὐποιούμενοι. *Omnes ejusmodi homines contemnere videntur alteros, alii ut se inferiores, alii,* qui gratiam non referunt, *ut si a clientibus suis officia acceperint.* VATER.

2, 16. Τὴν ἴσην ἀνταποδιδοῦσι] Sic dedit Victorius e Codd. Ald. Ven. Bas. Cam. Rioc. Spir. Major. ἀποδιδοῦσι. BUHLE.

2, 17. καὶ οἱ μὲν—παρ' ἡττόνων.] Schol. καὶ οἱ μὲν, ἤτοι οἱ μὴ τιμήσαντες, οὓς εἰώθασι τιμᾶν, ὡς ἔθος εἶχον, καταφρονοῦσι τῶν πρότερον τιμωμένων, καὶ (f. ὡς) ἡττόνων γενομένων· οἱ δὲ, ἤτοι μὴ μόνον (μὴ) ἀντευεργετήσαντες ἀλλὰ καὶ μᾶλλον βλάψαντες, καταφρονοῦσι τῶν ἀντευεργετησάντων, ὡς παρ' ἡττόνων δοκοῦντες εὐεργετηθῆναι. Melius puto ita suppleas: καὶ οἱ μὲν ἐναντία ποιοῦντες καταφρονοῦσιν, ὡς ἡττόνων αὐτῶν ὄντων· οἱ δὲ οὐκ ἀντιποιοῦντες, ὡς παρ' ἡττόνων εὐεργετηθέντες.

2, 17. Quamvis conveniat omnibus in hoc, ut contemnere videantur, non eodem tamen modo contemptui habere existimantur, sed duobus, quos exponit. Et sane ipsorum alteri, ut inferiores, humilioresque: nisi enim hujuscemodi esse crederent, ipsis non adversarentur: quis enim contra potentiores sponte contendit, præliaturque? Alteri vero, ut a tenuioribus ornati, ac commodis aucti, et qui hoc facere tenebantur, ac sine culpa officia illa prætermittere non poterant: quare ipsi omni onere soluti sunt, nec laborare debent, ut paria officia in eos conferant. VICTOR.

2, 18. Ὑπόκειται γὰρ ἡ ὀργὴ (scil. εἶναι) τῆς ὀλιγωρίας, πρὸς τοὺς μὴ προσήκοντας, scil. καὶ εἶναι πρὸς τούτους, οἷς μὴ προσήκει ὀλιγωρεῖν.] *Positum est propter neglectum iram incendi adversus eos, quibus non convenit, quempiam negligere.* Quanquam non intelligo, quomodo μὴ προσήκοντες significare possint homines, quibus non convenit quempiam negligere; ideoque conjicio, forsan scribendum esse, μὴ προσηκόντως. VATER. Verum vidisse Vaterum monstrat ipse Aristoteles supra §. 1. Redeat igitur προσηκόντως, et subintellige ὀλιγωροῦντάς. Sensum optime expressit Victorius. *Statuimus enim iram excitari propter contemptum adversus eos, quos minime decet,* scil. contemnere.

2, 18. Πρὸς τοὺς μὴ προσήκοντας] Addidit negativum μὴ ex Codd. et vetere versione Latina Victorius. Nam illa deest in Ald. Ven. Bas. et Cam. BUHLE.

2, 19. Ὥσπερ ὁ Ἀντιφῶντος Πλήξιππος τῷ Μελεάγρῳ] Meminit *Antiphontis* Tragici, et fabulæ ejus *Plexippi* nomine inscriptæ,

Athenæus XV, p. 673, F. Conf. Rhet. II, 6. Plexippus fuit Althææ, matris Meleagri, frater, et una cum Toxeo fratre ab ipso Meleagro necatus est, cum, apro Calydonio interfecto, ægre illi tulissent præmium hujus certaminis Atalantæ ab amatore datum esse. Forte Antipho hoc ipsum significavit: Plexippum nempe iniquo animo accepisse, conjunctum sibi sanguine Meleagrum non intellexisse cupiditatem animi ipsius, et quantopere flagraret desiderio laudis ejus. BUHLE ex VICTOR.

2, 20. *τοῖς κακὰ ἀγγ. ὀργ.*] Byrrhia Terentianus hoc non ignorabat, cum Charino *ero* suo rem odiosam narraturus esset. Idem etiam cognitum habuit apud Sophoclem in Antigona nuntius, qui regi rem odiosam narrare coactus est: inquit enim, videns in quem locum venisset, v. 277. *Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.* VICTOR.

2, 22. *Ἐάν τις ὀλιγωρεῖ.*] Ita edd. Ald. Bas. eæque sæpissime indicativum cum vocula *ἐὰν* jungunt. Quæ sermonis vitia cum recte tantum non semper deleta sint, etiam hic cum edd. Victorii, Cam. Sylb. *ὀλιγωρῇ* scribendum est. VATER.

2, 23. *Μὴ βοηθεῖν*] Ita dedit Victorius, Codicis antiquissimi fidem secutus. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. *μὴ βοηθοῦσιν.* BUHLE.

2, 23. *Μὴ βοηθεῖν* ex prisco Intpr. et cod. Victorii est. Alteram lectionem, *μὴ βοηθοῦσιν*, quæ in ceteris libris scriptis et in edd. vett. invenitur, non omnino damnem. Schol. Gr. verba sunt: *οἷς μὴ βοηθεῖν αἰσχρόν.* Cum constructionem verborum mutaverit, et *αὐτοῖς* omiserit, *βοηθοῦσι* scribere vix potuit. Itaque de ejus lectione non constat. VATER.

2, 24. *Πρὸς σπουδάζοντας*] Edd. eædem: *πρὸς τοὺς σπουδάζοντας*, cum articulo. BUHLE.

2, 26. *Οἷον καὶ τῶν ὀνομάτων οὖσα παρὰ μικρὸν*] Ald. Bas. Frob. Ricc. Spir. *περὶ μικρόν.* Isingr. *οἷον καὶ ἡ—περὶ μικρόν.* Cod. Victorii: *οἷον καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων οὕτως οὖσα παρὰ μικρόν.* Georgius Trapezuntius vertit: *velut nominum oblivio, quamvis res minima sit.* BUHLE.

2, 26. *Οὖσα παρὰ μικρὸν,*] *quanquam haud multum peccaveris in pronuntiando nomine.* Sic recte legitur auctoritate cod. Victorii et ed. Cam. Itemque Schol. Gr. habet, qui hoc exemplo utitur, si quis Theodorum vocaverit Dorotheum. Aristoteles sæpius hac forma loquendi utitur. Ceterum edd. Ald. Bas. *περὶ μικρὸν, quanquam res pusilla sit.* VATER.

2, 27. *Ἅμα εἴρηται*] Restituit Victorius *ἅμα* e Codd. Abest illud ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

2, 27. *Τούτοις ἐνόχους* valet, ea admisisse, ob quæ homines irascuntur: ad culpas enim factaque ipsorum videtur pertinere: ac demum eam partem refert, quam *διὰ ποῖα* appella-

vit: τοιούτους vero, natura ac moribus tales: patefaciendum enim eos ejusmodi esse, cujusmodi sunt, qui iram adversus se in animis aliorum moveant. VICTOR.

CAP. III.

3, 1. Ἐναντίον τῷ πραΰνεσθαι, καὶ ὀργὴ πραότητι.] Ald. Bas. et Ricc. ἐναντίον τοῦ πρ. καὶ ὀργὴ πραότητος, quæ structura et alibi usurpatur. BUHLE.

3, 1. Πῶς ἔχοντες] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πῶς τε ἔχοντες. BUHLE.

3, 2. πράϋνσις.] Est motus is πράϋνσις, quo ad πραότητα, quæ *lenitas* est, qui commoto iratoque animo sunt, feruntur. Κατάστασις autem *sedatio, constitutioque* ejus motus esse videtur: ἡρέμησις vero hic valet *requietis et cessationis quasi inductio:* cum, qui ante perturbato animo erant, studio atque opera oratoris tranquillantur, et motus illi turbidi, qui tamquam tempestates ac procellæ ipsos agitabant, componuntur ac sedantur. Res ipsa facile intelligitur. Latinum nomen, par Græco, quo vim ipsius exprimamus, non reperitur. Aliud igitur esse ἡρεμίαν, aliud ἡρέμησιν, apertum est. In V. Nat. Ausc. c. 6. valet Aristoteli ἡρέμησις, *via progressusque ad quietem.* VICTOR.

3, 3. Μηδὲν τούτων,] scil. quæ faciunt ὀλιγωροῦντες. VATER.

3, 4. Ὅσοι καὶ αὐτοὶ εἰς αὐτοὺς] Non habent αὐτοὶ eædem edd. BUHLE.

3, 4. μεταμελομένοις.] Pœnitentia signum est ignorantiam præcessisse. Ignorantia autem habet quidpiam inviti. vid. Ethic. III. 1. SCHRADER.

3, 5. ὁμολογοῦντας.] Ita Davus Pamphilum mitigat Terent. Andr. III. 5, 15. cum delicti sui pœnam multo graviorem, quam Pamphilus exigeret, se meritum ultro fatetur. SCHRADER.

3, 5. ἀναισχυντία τ. τ. φ. ἀ.] Hunc locum illustrat D. Heraldus ad Arnob. p. 14. citans Aristoph. Equit. 296. seqq.

3, 6. ταπεινουμένους.] Hoc remedium hostilis iræ mortisque vitandæ temptasse fortissimum juvenem narrat Virgilius, cum de Turno cecinit, *Ille humilis, supplexque oculos dextramque protendens.* Nec frustra sane temptasse, nisi nova res, objecta oculis Æneæ, incipientem ipsum flecti mitigarique a misericordia revocasset. VICTOR.

3, 6. κύνες—καθίζονται.] Testimonium forte auctoritatemque Homeri secutus est, quem poetam in primis philosophus amabat: ille namque cani hoc tribuit. Odyss. Ξ. 26. Ἐξαπίνης δ' Ὀδυσῆα ἴδον κύνες ὑλακόμωροι· Οἱ μὲν κεκλήγοντες ἐπέδραμον, αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς Ἔζετο κερδοσύνῃ. Καθίζοντας valere *prostratos humique jacentes* apertum est. Hic autem erat habitus corporis eo-

rum, qui misericordiam implorabant. Sophocles init. Œdip. Tyr. et Aristophanes Pluto id ostendunt. Demosthenes pro Ctesiph. p. 262. Οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο: i. e. non supplex prostratus in templo jacuit. Lysias apud Dionys. Halicarn. in Vita c. 14. ἱκέται μὲν αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες. VICTOR.

3, 7. Δοκεῖ γὰρ σπουδάζεσθαι.] Vulgo σπουδάζεσθαι sensu activo accipi videtur, ut a Majoragio, *videntur enim nostri esse studiosi*. Sed subjectum est is, quocum agitur, quique in honore habetur. Recte Riccobonus: *videtur enim curari, sed non contemni*. VATER.

3, 8. καὶ τοῖς δεομένοις.] In V. Philippica Cicero, nisi hanc fortunam subiisset, pacem non posse dari Antonio affirmans, inquit; *Pacem vult Antonius: arma ponat, roget, deprecetur*. VICTOR.

3, 9. Ἢ μὴ εἰς τοιούτους] Ald. Bas. et Ricc. ἢ μὴ τοιούτους, omissa εἰς. BUHLE.

3, 10. Ὅλως δ' ἐκ τῶν ἐναντίων—πραϋντικά.] Hæc quasi in parenthesi dicta sunt. In ed. Bipont. vertitur, *ex contrariis iræ*; et vix recte sectionis signo hæc separantur ab antecedentibus, quibuscum artissime cohærent. Cum de contumelia et neglectu sermo esset, scriptori in memoriam revocabantur ea, quæ c. 2. de his dicta erant. Itaque negligentius nectit: *omnino ex iis, quæ* (contemptui et ejusmodi aliis) *opposita sunt, sumere oportet, quæ deliniant animos*. Alioquin interjecta non essent. Nam junctura propositionum aliquantum disrumpitur. VATER.

3, 10. Τὰ πραϋντικὰ] Cod. Victorii et margo ed. Isingr. τὰ πραΰνοντα. Totum hoc commation suspicor interpolatum esse; seriem enim locorum intempestive interrumpit. BUHLE.

3, 10. Καὶ οὓς φοβοῦνται καὶ αἰσχύνονται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ οὓς φοβοῦνται, καὶ οὓς αἰσχύνονται. BUHLE.

3, 11. Ὀλιγωρία ἄλυπον] Ald. cum ceteris Victoriana antiquioribus: ὀλιγωρία ἄλυπος. Nostrum dedit Victorius e Cod. MSto. BUHLE.

3, 12. ἄλυπον—μετὰ λύπης.] Eodem argumento Ethic. Nic. III. 2. distinxit προαίρεσιν a cupiditate: καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος καὶ ἐπίλυπος, ἡ προαίρεσις δὲ οὔτε λυπηρὰ, οὔθ' ἡδέος. Nam sic fideliores codices eo loco habent, non ἐπιλύπου et λυπηροῦ, ut excusi omnes. VICTOR.

3, 12. Ἡ δ' ὀργὴ μετὰ λυπῆς.] Hæc est caussa, cur, cui irascamur, eum non contemnamus. Si enim injuria nobis dolorem inurit, tunc neque injuriam, neque ejus auctorem parvi pendimus. Alioquin non doleremus. Ὀλιγωρία ἀλυπὸν est, quia neglectum non effecit injuria, quæ præcesserit, et dolor inde haustus. VATER.

3, 12. ἐν εὐημερίᾳ.] Εὐημερία hic valet, *cum in aliqua re*

eximie nos gessimus, magnamque eo facto laudem adepti sumus: cum aliquis dies nobis pulcher illuxit: inde enim nomen hoc ductum est. Cicero in Epistola quadam ad Atticum (V. 21.) neutro genere hoc verbum usurpavit, idem significare volens: inquit enim de Parthis loquens: *Recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli adventum, sed nullo nostro* εὐημερήματι. Plutarchus in v. Demosthenis: Εὐημερήσαντος δὲ τοῦ Καλλιστράτου καὶ θαυμασθέντος ὑπερφυῶς. VICTOR.

3, 12. Καὶ ἡδονῇ μὴ ὑβριστικῇ] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Major. καὶ ἡδονῇ μὴ ὑβριστικῶς. Conjecit Sylburgius μὴ ὑβριστικαί. Sed nihil muto: nam sequitur: καὶ ἐν ἐλπίδι ἐπιεικεῖ. BUHLE.

3, 12. Καὶ (ἐν) ἡδονῇ μὴ ὑβριστικῇ, *in qua non sunt contumeliosi,* καὶ ἐν ἐλπίδι ἐπιεικεῖ, *in qua sunt æqui.* Ἐλπὶς ἐπιεικὴς vulgo vertitur, *spes bona,* spes felicitatis. Vix poterit hoc significare. VATER.

3, 12. κεχρονικότες.] Cleon apud Thucydid. III. 38. Θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μυτιληναίων λέγειν, καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιήσαντων, ὃ ἐστι πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον. Ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται. Eustathius ad Il. Ω. p. 1342, 46. Ὁ διὰ μέσου καιρὸς μαλάττει τὴν ἐν τοῖς θυμουμένοις σκληρότητα, ὥστε ἀληθεύειν τὸν εἰπόντα, ὅτι (Soph. Electr. 179.) χρόνος εὔμαρὴς θεός.

3, 12. Ἔτι κεχρονικότες] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἔτι δὲ κεχρονικότες. BUHLE.

3, 12. παύει γὰρ ὀργήν.] Hoc aperte significavit Virgilius, cum acerbam Junonis iram in Trojanos declarare vellet. *Junonis gravis ira, et inexaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.* VICTOR.

3, 13. παρ' ἄλλου ληφθεῖσα τιμωρία.] Cui æque aut minus forte iratus erat. Tanta enim est primi impetus in ira vis, ut cupiditatem fere omnem effundat. Exemplo est Alexander ille Magnus, qui, cum Græcis iratus Thebarum direptione atque eversione animum Leonis instar exsaturasset, Atheniensibus pepercit, ut observat Plutarchus in Alexandro p. 671. Habet vero hoc omnis flagrans cupiditas, ut semel expleta languescat. Unde a Theodoro tragœdo provide factum, quod nollet quenquam vel levissimum actorem ante se agere, ut tradit Aristot. VII. Polit. c. ult. Romani in Decemviros animadversuri, omnium potentissimum, Appium, primum judicio destinarunt, verebantur enim, si a tenuioribus inciperent, *ne civium iræ adversum eminentissimos ultimis judiciis remissiores fierent, quæ in prioribus judiciis solent esse acriores,* ut notat Dionys. Halic. XI. 51. Ceterum Philocrates Demosthenis in reip. administratione adversarius, Ergophilus et Callisthenes ambo Atheniensium duces e superstite Græco-

rum historia noti sunt, non item aliunde notum est illud, quod de iisdem Aristoteles hic retulit. SCHRADER.

3, 13. Ἑτέρου ὀργὴν] Recte monuit Victorius, non iram intelligi, *qua incensus ille ipse*, sed *quæ contra eum excitata est*. BUHLE.

3, 13. Ἡ παρ' ἄλλου] Isingr. καὶ ἡ παρ' ἄλλου. BUHLE.

3, 13. ὅταν ἄλλον ἴδω διαβεβλημένον.] Similem locum ex Lysiæ Or. Ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων indicavit Victorius, p. 615. Ἀκούω γὰρ ἔγωγε ὅτι πάντων δεινότατόν ἐστι διαβολή· μάλιστα δὲ τοῦτο ἔχοι ἄν τις δεινότατον, ὅταν πολλοὶ ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ εἰς ἀγῶνα καταστῶσιν· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ τελευταῖοι κρινόμενοι σώζονται· πεπαυμένοι γὰρ ὀργῆς, αὐτῶν ἀκροᾶσθε, καὶ τοὺς ἐλέγχους ἤδη θέλοντες ἀποδέχεσθε.

3, 13. Οἷον συνέβη] Cod. Victorii: ὃ συνέβη. BUHLE.

3, 13. Ἐπὶ Ἐργοφίλῳ.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἐπὶ Ἐργοφίλου. VATER.

3, 13. Ἐργοφίλου.] Historia, ad quam alludit Aristoteles, nunc non exstat. Ergophili nescio cujus meminit Demosthenes de F. Leg. p. 398, 2. c. Aristocr. p. 655, 2.

3, 13. Ἀφῆσαν] Ald. Bas. et Ricc. ἀφεῖσαν. Ven. Cam. Spir. Major. ἀφῆκαν. BUHLE.

3, 14. ἐὰν ἕλωσι.] Ἑλεῖν *convincere alicujus criminis* significat, ac *condemnare*, ut Demosthenes pro Ctesiph. init. Καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν γραφήν. Hoc autem potius hic arbitror significare, quam si vicerint bello, in potestatemque ipsi eorum venerint. VICTOR.

3, 14. ἐὰν μεῖζον κακόν.] Justinus XXVII. 2. *Seleucus cum adversus civitates, quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repente orta tempestate classem naufragio amittit, nec quicquam illi ex tanto apparatu præter nudum corpus, et spiritum, et paucos naufragii comites residuos fortuna fecit. Misera quidem res: sed optanda Seleuco fuit, siquidem civitates, quæ odio ejus ad Ptolomæum transierant, velut Diis arbitris satisfactum sibi esset, repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam versæ, imperio se ejus restituunt.* SCHRADER.

3, 14. Ἢ οἱ ὀργιζόμενοι] Abest οἱ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Confer Mureti Var. Lectt. lib. VIII. cap. 2. BUHLE. Æquiore animo se puniri ferunt, quicunque se, qui puniantur, dignos putant. Quocirca Aristoteles libro secundo De Arte rhetorica, inter ea quæ ad mitigandum animum pertinent, ponit id quoque, ut iis qui sibi factam injuriam censent, ostendamus, ipsos priores in injuria inferenda fuisse, et merito ipsis contingere ea de quibus queruntur; ira enim ex opinione injuriæ nascitur; quare si desinent putare injuriam sibi fieri, irasci desinent. Sed in

ejus rei tractatione quædam verba sunt, quorum sententiam Victorium assecutum esse non existimo. Sunt autem hæc: Διὸ τῷ λόγῳ δεῖ προκολάζειν· ἀγανακτοῦσι γὰρ ἧττον κολαζόμενοι καὶ οἱ δοῦλοι: quæ ita exponuntur a Victorio: *Ne facile irascamur, et ex tenui quaque ac sæpe injusta caussa accendamur animo, qua ex re magna sæpe mala exoriuntur, præcipit, quo modo nos gerere debeamus. Ne temere igitur, inquit, in alios irruamus, non est cunctandum ratione animum præparare, et quasi ante motum illum castigare: hæc enim caussa est, cur servi male mulctati æquo animo ferunt, nec valde indignantur: antea enim iniquam suam conditionem cogitantes, tolerandis miseriis se præpararunt: Id autem apud Plautum in milite servum decere Periplectomenus tradit. Nam homini servo suos domitos habere oportet oculos, et manus, orationemque.* Hæc Victorius; quæ an vera sint, nescio: mihi quidem non videntur. Credo autem, hoc Aristotelem dicere: Cum reapse punire aliquem volumus, prius eum oratione esse castigandum, atque efficiendum, ut ipse plane intelligat, quasique oculis cernat, se commeritum pœnam. Nam et servi minus indigne ferunt supplicia, quæ de ipsis sumuntur, si hoc modo cum eis agamus. MURETUS.

3, 16. Τῶν καθέκαστον] Cod. Victorii: πρὸς τὸν καθέκαστον. Melius. BUHLE.

3, 16. Ἡ γὰρ ὀργὴ τῶν καθ' ἕκαστον.] Non sufficit irato, indignationem aliis ostendisse, aut multos simul pœnis affecisse, modo ut puniatur is, cui irascimur. *Ira in singulos ardet.* Cod. Victorii habet, πρὸς τὸν καθ' ἕκαστον, quæ est explicatio casus secundi, qui tamen etiam §. 13. eodem modo usurpabatur. VATER.

3, 16. Ὀρθῶς πεποίηται] Homer. Odyss. X, 504. Confer notam Sylburgii. BUHLE.

3, 16. Τοῖς τεθνεῶσι] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. τοῖς τεθνᾶσι. BUHLE.

3, 16. Ἀλγήσουσι οὐδ'.] Hæc Muretus vertendo omisit, ut scholion, quo αἰσθανομένοις explicatum fuerit. Certe ἀλγήσουσι otiosum et importune positum est; præsertim cum illud, quod latius patet, sequatur. VATER.

3, 16. Κωφὴν γὰρ] Hom. Iliad. XXIV, 54. BUHLE.

3, 17. Καταπραΰνειν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πραΰνειν. BUHLE.

3, 17. Αὐτοὺς μὲν παρασκευάζουσι] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. αὐτοῦς μὲν γὰρ π. BUHLE.

3, 17. παρασκευάζουσιν dandi casus est, pendetque ab adverbio λεκτέον, quo significatur, quam viam tenere ipsos oporteat, ut efficiant, quod volunt. VICTOR.

CAP. IV.

4, 2. ἐκείνου ἕνεκα.] Cicero de Nat. Deorum I. ult. *Amicitiam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. Prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis capiuntur. Hominum caritas et amicitia gratuita est.* Aristoteles Ethic. IX. 5. in fine. Οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν διά τινα χρῆσιν. SCHRADER.

4, 4. Καὶ οἷς δὴ] Sic dedi e Cod. MSto Victorii. Vulgo: καὶ οἷς ἤδη. Minus bene. BUHLE.

4, 4. Καὶ οἷς ἤδη ταὐτὰ ἀγαθά.] Cod. Victorii, καὶ οἷς δὴ, quod in ed. Bipont. receptum est: *et quibus igitur eadem bona sunt.* Ita hoc ex antecedentibus colligitur. Sed Aristoteles alibi, cum ejusmodi propositiones conjungat, hac particula rarissime utitur. Accedit, quod tunc sine dubio καὶ δὴ, aut ex consuetudine Aristotelis, διὸ καὶ scriptum esset. Ἤδη igitur retinendum est, quod ita vertas: *qui jam eo pervenerunt, ut eadem bona ducant, eadem mala.* Consensui voluntatis et optatorum, qui in iis, quæ proxime antecedunt et sequuntur, et §. 7. significatur, hæc interpretatio, ni fallor, magis convenit, quam Victoriana: *qui jam eandem fortunam experti sunt.* VATER.

4, 4. Ταὐτὰ γὰρ τούτοις] Isingr. ταὐτὰ γὰρ τούτους. Melius forsitan. BUHLE.

4, 4. Ταὐτὰ γὰρ τούτοις βούλεσθαι ἀνάγκη.] Si cum Mureto vertitur, *eos enim necesse est idem velle*, τούτους legendum est. Quæ quamquam facilis est correctio, non est tamen necessaria. Vulgatum enim hunc ad modum explicari potest: *communibus inimicis amicisve eadem hos velle necesse est.*— Sequitur: Ὥστε ἅπερ αὐτῷ, καὶ ἄλλῳ βουλόμενος. *Qui alii eadem, quæ sibi, exoptat, illi amicus est.* Muretus videtur legisse: ὥστε, ἅπερ αὐτῷ καὶ ἄλλος, βουλόμενος, nam ita hæc expressit: *Itaque cum alii velit ea, quæ ille quoque alter vult, videtur ei, quocum ita voluntate consentit, amicus esse.* Nulla mutatione opus est. VATER.

4, 5. Ἡ ἐν τοιούτοις καιροῖς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἢ εἰ ἐν τ. κ. BUHLE.

4, 5. Ἢ οὓς ἂν οἴωνται βούλεσθαι ποιεῖν εὖ.] Mureti versio ostendit, eum priorem partic. in καὶ mutasse. Id haud dubie est melius. Nam de novo genere eorum, qui amantur, loqui incipit. WOLF.

4, 6. Καὶ τοὺς φιλοῦντας.] Ita habent edd. vett. Καὶ φιλοῦντας Victorius bene recepit ex codice antiquiss., Sylburgius ex Victorio. Plane ita §. 7. ad voc. μισοῦντας articulus non est adjectus. Victorii exemplar Schraderus et novissimi editores deseruerunt. VATER.

4, 8. Καὶ εἰς σωτηρίαν] Eædem edd. καὶ σωτηρίαν, omissa præpositione. BUHLE.

4, 8. Καὶ τοὺς ἀνδρείους] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. καὶ ἀνδρείους, sine articulo. BUHLE.

4, 9. Μὴ ἀφ' ἑτέρων] Ald. Bas. et Ricc. μὴ ἀφ' ἑτέρου. BUHLE.

4, 9. οἱ ἀπὸ γεωργίας.] Quod agricolæ pium quæstum sequantur, et in studio occupati sint, quod male cogitare non sinit, sapientissimus etiam vir M. Cato in libro suo de Re Rustica affirmavit: qui locus, si ille Græcas litteras artesque magis amasset, ab Aristotele sumptus videri potuit: in primo enim libro de *Tuenda re familiari*, cum agriculturam ornaret, sic inquit I. 2.: Ἡ δὲ γεωργικὴ μάλιστα, ὅτι δικαία· οὐ γὰρ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδ' ἑκόντων, ὥσπερ καπηλεῖα, καὶ αἱ μισθαρνίαι· οὔτε ἀκόντων, ὥσπερ αἱ πολεμικαί. Quid autem supra hic intellexerit, cum inquit, τοὺς μὴ ἀφ' ἑτέρων ζῶντας, ope hujus loci facilius percipi potest: hic enim quoque eodem pacto locutus est: nam eam ob caussam justum esse cultorem agri docet, quia aliis non eripit, quibus ipse utatur: duobus autem modis extorqueri pecuniæ ab hominibus solent, aut scientibus volentibusque, voluptate aliqua delinitis; aut invitis, ut bello, furto, et hujuscemodi injuriis. VICTOR.

4, 9. τῶν ἄλλων οἱ αὐτουργοί.] Sensus talis est: Ex eorum numero qui opera sua victum parant maxime justi sunt agricolæ, καὶ τῶν ἄλλων, i. e. in ceteris autem, iis nempe qui ex aliis hominibus vivunt, et inde necessaria capiunt, *opifices* inprimis justi sunt, manibus enim suis laborant, ut habeant, unde vivant. Paulus sane justitiam suam hoc argumento ostendit Act. XX. 33. ad Thess. II. 3. 8. Neque αὐτουργοὶ sunt qui suos agros colunt, ut Muretus vertit, sed qui suis manibus laborant, qui operas non conducunt, nec ergastula habent, nec servis in faciendo opere utuntur, ipsi laborum immunes. Hesychius; αὐτουργὸς, ὁ δι' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος. Summa eorum quæ hoc §. dicuntur, hæc est: Omnes qui suo labore sibi victum parant, justi censentur, justissimi inter hos sunt agricolæ, proximi opifices. At qui aliis graves sunt, ut milites, caupones, parasiti, fœneratores, prædones, injusti partim sunt, partim habentur. SCHRADER.

4, 11. Ἢ ἐν οἷς θαυμάζουσιν αὐτοὺς] Hanc lectionem sensus mihi exigere videbatur. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ἐν οἷς θ. αὐτ. omissa disjunctiva ἤ. Victor. Spir. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. ἢ ἐν τοῖς θ. αὐτούς. Mutavi equidem τοῖς in οἷς. BUHLE.

4, 11. Ἢ ἐν τοῖς θαυμάζουσιν αὐτοὺς, *aut apud eos, qui ipsos admirantur*. Ἢ Victorius adjecit ex prisco Intpr. Idem, cum in libris scriptis et impressis omnibus legeretur, ἐν οἷς, emendavit ἐν τοῖς. Idque recte, ut opinor. Si ἐν οἷς pro mascu-

lino accipias, sententia eadem manebit: sed junctura verborum, pro ἐν τούτοις, οἱ θαυμάζουσι, adhibitorum, nimis dura est. Itaque si οἷς retinetur, οἷς, πᾶσιν, βελτίστοις, et θαυμαζομένοις neutro genere positum est. Sic intellexit etiam Schol. Gr. Εὐδοκιμεῖν ἔν τινι tunc est, virtutis alicujus *in bona existimatione esse*; et ἐν τούτοις, ἐν οἷς θαυμάζουσι αὐτοὺς, *earum virtutum, in quibus istos ipsos admirari solent.* Sed ne hæc quidem ratio facilis est. Præterea ἐνδοκιμεῖν ἔν τινι vix ita usurpatur: contra θαυμαζόμενοι et θαυμάζοντες genere masculino sæpe junguntur ab Aristotele (cf. c. VI. §. 15. 24.). VATER.

4, 12. Συνδιαγαγεῖν.] Edd. Ald. Bas. Cam. συνδιάγειν. VATER.

4, 12. ἡδεῖς—συνδιημερεῦσαι.] Ethic. Nic. VIII. 5. Οὐδεὶς δὲ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ, οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ. VICTOR.

4, 12. Τοιοῦτοι δ' οἱ εὔκολοι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ εὔκ. BUHLE.

4, 12. εὔκολοι.] Faciles, propitii, commodi homines. Cicero Offic. I. 25. *In liberis populis exercenda est facilitas, et altitudo animi, quæ dicitur: ne, si irascamur, aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem, inutilem et odiosam, incidamus.* Hæc Cicero. Contra difficiles dicuntur δύσκολοι, morosi, qui ad aliorum mores non facile se accommodant, sed si quid ingenio, aut potius morbo ipsorum minus concinens, ab alio dicitur, agiturve, statim irritantur, et in iram effunduntur. SCHRADER.

4, 12. Φιλόνεικοι] Eædem edd. præter Spir. φιλόνικοι, solemni errore. BUHLE.

4, 12. Μὴ φιλόνεικοι.] Tale ingenium fuisse in filio, quem liberto laudabat, narrat Terentianus Simo. *Facile omnes perferre ac pati, Cum quibus erat cumque, iis se dedere, Eorum obsequi studiis, adversus nemini.* VICTOR.

4, 13. ἐπιδέξιοι.] Ethic. Nic. IV. c. 8. ἐπιδέξιον esse inquit, qui nomine alio εὐτράπελος vocaretur, cum virtutem ipsam mediocritatemque, quæ in jocis facetiisque esset, ἐπιδεξιότητα non incommode appellari posse diceret. Ἀμφότεροι autem hic inquit, cum de unis iisdemque loquatur, quia ipsos, ut alios atque alios considerat: diversa enim præstant, duplicemque naturam ac potestatem in se habent: dicendi scilicet in alios, et aliorum dicta æquo animo tolerandi. Quod vero adjunxit ἐμμελῶς, et *lepide eleganter*que valet, significat dicta omni acerbitate vacare debere, vel potius leporis plena esse, ut grata esse possint. Quia igitur illi quoque iisdem studiis tenentur, et valde delectantur, cum vident suas in illos voces æquo animo accipi, ideo σπεύδειν εἰς ταυτὰ τῷ πλησίον hic nunc dicti sunt. Eodem vero adverbio in eadem re exponenda illic usus est, οἱ δ' ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται. VICTOR.

4, 13. Καὶ τῷ τωθάσαι] Cod. Victor. καὶ τῷ παῖσαι. Annotavit Victorius, in aliis MSS. non integrum omnino locum esse, sed apparere non parva vestigia ejusdem lectionis. Reperitur illa quoque in marg. ed. Venetæ. BUHLE.

4, 13. Σπεύδουσι τῷ πλησίον] Isingr. σπουδάζουσι τῷ πλησίον. BUHLE.

4, 17. Καὶ τοὺς μὴ μνησικάκους.] Cod. Victorii, μὴ μνησικακοῦντας. VATER.

4, 17. μνησικάκους.] Μνησικακῆσαι valere *firmas in memoria veteres injurias tenere* notum est. Id autem verbum intellexit Cicero, cum Philipp. I. inquit, c. 1. *Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa.* Æschines enim, de eadem re loquens contra Ctesiphontem, inquit, Νῦν δὲ ἐκεῖνοι μὲν μεγάλων κακῶν συμβάντων, ἔσωσαν τὴν πόλιν, τὸ κάλλιστον ἐκ παιδείας ῥῆμα φθεγξάμενοι, μὴ μνησικακῆσαι. VICTOR.

4, 17. Πρὸς τοὺς ἄλλους] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πρὸς ἄλλους, sine articulo. BUHLE.

4, 18. Μηδὲ εἰδότας μήτε τὰ τῶν πλησίον κακά.] Plato in Theæteto, cum ingenium eorum effingere, qui sapientiæ operam darent, hoc elegantissimis verbis persecutus est, p. 173. D. Εὖ δὲ ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει, ἢ τί τῳ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς, ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. VICTOR.

4, 18. Τοῦτο δρᾷ] Cod. Victorii et Isingr. ταῦτα δρᾷ. BUHLE.

4, 19. Ἢ σπουδάζουσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἢ τοῖς σπουδάζουσι. BUHLE.

4, 19. Ἢ σπουδάζουσι.] Ita idem codex. Edd. vett. ἢ τοῖς σπουδάζουσι. Paullo post in verbis σπουδαίως πως ἔχοντας, Schol. Gr. et edd. vett. ὡσαύτως pro πως habent. VATER.

4, 19. Σπουδαίως πως ἔχοντας] Eædem edd. ὡσαύτως ἔχοντας. In marg. Isingr. pro ὡσαύτως notatum est πως. Veram lectionem e MSS. restituit Victorius. BUHLE.

4, 20. Καὶ ταῦτα μάλιστα πεπονθότας.] Cum antecedentibus hæc artius conjungenda sunt. Nam omnia, quæ inde a vocabulo οἷον sequuntur, ad illud οἷον pertinent, et species sunt τῶν σπουδαίως πως πρὸς αὐτοὺς ἐχόντων, non nova genera eorum, quos amore prosequi solent. Id inde intelligitur, quod alioquin in his propositionibus articulus additus fuisset, quam consuetudinem Aristoteles in novo genere ordiendo tam constanter servat, ut ter simul neglexisse argui non debeat. Itaque inter has propositiones non potest interpunctio maxima collocari. VATER.

4, 20. Βούλονται αὐτοῖ] Cam. et Major. βούλονται αὐτοῖς, ut αὐτοῖς positum sit pro ὑπ' αὐτῶν. BUHLE.

4, 21. ὁμοίους.] Hinc jocus Martial. VIII. ep. 35. *Cum*

sitis similes, paresque vita, Uxor pessima, pessimus maritus, Miror non bene convenire vobis. Diluitur illo quod Aristoteles hic addit, *nisi eorum alter alteri obstet.* SCHRADER.

4, 21. Κεραμεὺς κεραμεῖ] Hesiod. Opp. et D. vs. 25:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων. BUHLE.

4, 23. εἰ δὲ μὴ ταὐτὸ.] Sin vero hoc non fit, idem quoque hoc pacto usu venit, i. e. invidia, et odium inter ipsos excitatur, ne dum se amare possint: ut illis scilicet contingebat, qui cum iisdem studiis dediti essent, commoda æmulorum impediebant: ταυτὸ enim manifesto refertur ad illud, κεραμεὺς κεραμεῖ. Quod vero inquit εἰ δὲ μὴ, in epistola quadam ad Atticum L. II. 16. Cicero, cum eundem sensum proferre vellet, Græca verba usurpavit. *Si possunt discedere, ne causa optima in Senatu pereat, ego satisfaciam publicanis:* εἰ δὲ μὴ, et quæ sequuntur; cum ejus gentis hic modus loquendi proprius esset, crebroque in Græco sermone usurparetur, nec tam tritus Latinis hominibus, Latinis verbis expositus, adhuc foret. Plinius *alioqui* reddidit, cum Theophrasti locum hunc ex VIII. libro de Stirpibus exprimeret c. 7. Τὸ δὲ τρίτον πρόβατα ἐπαφιᾶσιν· οὕτω γὰρ φύει τὸν καυλόν· εἰ δὲ μὴ, φυλλομανεῖ. *Tertio depascunt,* alioqui *folia tantum fierent.* Non indisertus poeta, quicunque ille fuit, cujus hoc carmen est inter lusus in custodem hortorum, *sin* dixit, ut arbitror. *Donec proterva nil mei manu carpes Licebit ipsa sis pudicior Vesta:* Sin—*hæc mei te ventris arma laxabunt.* Horatius Ep. I. 1. 65. *Si non. Isne tibi melius suadet, qui rem facias, rem Si possis, recte; si non, quocunque modo rem.* Item in Ep. ad Numicium 68. *Si non, his utere mecum.* VICTOR.

4, 23. ὥστε μὴ αἰσχύνεσθαι τὰ πρὸς δόξαν.] Martial. ad Crispum X. 14. *Nil aliud video, quo te credamus amicum, Quam quod me coram pedere, Crispe, soles.* SCHRADER.

4, 24. Ἢ ὑφ' ὧν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ ὑφ' ὧν. BUHLE.

4, 25. Ἐὰν μὴ μέλλῃ] Eædem edd. ἐὰν μὴ μέλλωσιν. Minus Attice. BUHLE.

4, 26. Καὶ τοῖς ὁμοίως] Isingr. καὶ οἱ ὁμοίως. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. sequens καὶ in textu non agnoscunt. BUHLE.

4, 26. φιλοφίλους.] Ethic. Nic. VIII. τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν. Terentius in Phormione hoc verbum expressit, ut puto, cum inquit, III. 3. 29. *Solus est homo amico amicus.* Nam vetus interpres tradit hæc Apollodori verba fuisse, unde totam fabulam transtulit poëta. Μόνος γε ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους [Μόνος φιλεῖν γε τοὺς φίλους ἐπίσταται.] VICTOR.

4, 26. Ἐγκαταλείποντας· μάλιστα γὰρ—τοὺς φιλεῖν ἀγαθοὺς] Cod. Victorii: ἐγκαταλιπόντας· μάλιστα δὲ—τοὺς φιλαγαθούς. BUHLE.

4, 27. Πρὸς αὐτοὺς] In marg. Ven. πρὸς φίλους. Victor. et Lips. πρὸς αὐτούς. Non bene. BUHLE.

4, 27. Πλαττομένους πρὸς αὐτούς.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἑαυτούς; edd. Sylb. Bipont. αὐτούς; alterutrum etiam Schol. Gr. ante oculos habuit. Illic αὐτοὺς ad eos, qui amant, refertur; hic αὐτοὺς s. ἑαυτοὺς ad eos, qui non πλάττονται, quosque amare solent. Rectius cum Victorio scribitur αὐτοὺς, quod Muretus vertit, *qui apud se nihil fingunt*. Si enim πρὸς αὐτοὺς legitur, verti debet, *qui sibi nihil affingunt*. Sed ut ne Græcitatem verborum ita junctorum in dubium vocem, sequenti Aristotelis argumentatione, ex his verbis ducta, conficeretur, istos homines omnibus amicos esse, quia coram nemine sibi aliquid affingunt, omnibusque vitia sua aperiunt. Hoc huc non pertineret. Itaque angustius verba accipienda sunt: *solere homines amicitiæ vinculis eos amplecti, quos intelligant coram ipsis nihil fingere*. Pronomen *ipsis* vero non poteris reciproco αὐτοὺς significare, nisi centum alios locos in his libris mutaveris. VATER.

4, 27. Καὶ οἷς θαῤῥοῦμεν] Cod. Victorii et vetus interpres Latinus: καὶ οὓς θαῤῥοῦμεν. Nescio, an melius. Georgius Trapezuntius: *et quibus confidimus*. BUHLE.

4, 28. ἑταιρία, *sodalitas*, est eorum qui sæpe una versantur, seriis joçularibusve studiis pariter dediti. οἰκειότης, *necessitudo*, est arcta societate et necessariis officiis, longo jam usu firmata, familiaritas. συγγένεια, *cognatio*, inter eos est, qui gentis, familiæve sunt ejusdem, et locorum licet intervallo disjuncti, sanguinis tamen communione propinqui. Posteriores duas species complexus est Hegio Terentianus in Adelph. III. 4, 48. *Cognatus mihi erat, una a pueris parvuli Sumus educti: una semper militiæ et domi Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem*. SCHRADER.

4, 28. Ἑταιρία, οἰκειότης, συγγένεια] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἑταιρία, καὶ οἰκειότης, καὶ συγγένεια. BUHLE.

4, 29. Καὶ οὐ δι' ἕτερον] Cod. Victor. καὶ οὐ διά τι ἕτ. BUHLE.

4, 30. Δεῖ θεωρεῖν] Ibidem: ἔστι θεωρεῖν. BUHLE.

4, 31. Τῶν πρὸς ἑαυτὸν, itidemque iterum paullo post. Utrobique Schol. Gr. reddit, *quæ adversus ipsum facta sunt*, quod, ni fallor, propter ea, quæ sequuntur, præferendum est versioni vulgari, *quæ ad nos pertinent*. VATER.

4, 31. Οἷον Καλλίαν, ἢ Σωκράτην] Sic utique legendum est, cum pendeant hæc nomina ab antecedentibus περὶ τὰ καθέκαστα. Idem tuentur vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, et Spir. Ald. et Bas. οἷον Καλλίαν Σωκράτει. Ven. et Ricc. οἷον Καλλίαν, Σωκράτην, Cam. et Major. Καλλίᾳ, Σωκράτῃ. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. Lips. οἷον Καλλίᾳ, ἢ Σωκράτει. BUHLE.

4, 31. Καὶ ἡ μὲν τοῦ λυπῆσαι ἐφίεται· ἡ δὲ τοῦ κακῶσαι μᾶλλον] Cod. Victorii: καὶ τὸ μὲν λύπης ἔφεσις, τὸ δὲ κακοῦ. BUHLE.

4, 31. ἡ μὲν τοῦ λυπῆσαι, ἡ δὲ τοῦ κακῶσαι.] Plutarch. II. p. 538. D. E. Παντελῶς ἕτερόν ἐστι τοῦ μίσους πάθος ὁ φθόνος, εἰ δ' ὧν ἐκεῖνο πραΰνεται, τοῦτο λυπεῖται καὶ παροξύνεται. Ἤδη τοίνυν καὶ τὴν προαίρεσιν αὐτὴν ἑκατέρου πάθους σκοπῶμεν. Ἔστι δὲ μισοῦντος μὲν προαίρεσις, κακῶς ποιῆσαι· καὶ τὴν δύναμιν οὕτως ὁρίζονται, διάθεσίν τινα καὶ προαίρεσιν ἐπιτηρητικὴν τοῦ κακῶς ποιῆσαι· τῷ φθόνῳ δὲ τοῦτο γοῦν ἄπεστι. Πολλοὺς οἱ φθονοῦντες τῶν συνήθων καὶ οἰκείων, ἀπολέσθαι μὲν οὐκ ἂν ἐθέλοιεν, οὐδὲ δυστυχῆσαι, βαρύνονται δὲ εὐτυχοῦντας· καὶ κωλύουσι μὲν, εἰ δύνανται, τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ λαμπρότητα, συμφορὰς δὲ ἀνηκέστους οὐκ ἂν προσβάλλοιεν, ἀλλ' ὥσπερ οἰκίας ὑπερεχούσης, τὸ ἐπισκοτοῦν αὐτῆς καθελόντες, ἀρκοῦνται.

4, 31. Αἰσθέσθαι γὰρ βούλεται] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. αἰσθάνεσθαι γὰρ βούλεται. BUHLE.

4, 31. Ἔστι δὲ τὰ μὲν λυπηρὰ κ. τ. λ.] Hæc ἐν παρενθήκῃ dicta sunt, ut, quid intercedat discriminis inter τὰ κακὰ et τὰ λυπηρὰ, ostenderetur. Odio ardens non curat, utrum, quæ infligit, mala sentiantur, nec ne. Sed nihilominus sæpe fit, ut multo majori malo inimicum afficiat, quam iratus. Nam præter mala, quæ acerba sunt (τὰ λυπηρὰ), alia sunt quædam, quæ quamvis minus sentiantur, majora tamen sint. Ut si quis odio adductus effecerit, aliquem injustum existere aut stultum: hoc malum maximum est, quamvis ille alter parum sentiat. VATER.

4, 31. Καὶ τὸ μὲν μετὰ λύπης.] Ed. Cam. μὲν omittit.—C. I. 8. declaratum est, φιλίαν, ideoque etiam ἔχθραν, ad πάθη pertinere, quæ in voluptate et dolore cernantur. Cui decreto adversari videtur, quod hic dicitur, *τὴν ἔχθραν sine dolore esse* (τὸν μισοῦντα οὐ λυπεῖσθαι). Itaque λυπεῖσθαι verterim, *non exacerbari injuria* (cf. c. VII, 3.). Non necesse est, ut injuria irritetur, qui oderit: iraturum oportet irritari. Nisi malueris Aristotelem hanc ob caussam affirmare, *odium sine dolore esse*, quod cupiditas nocendi in odio dominatur, non dolor: etsi cum ea semper, ut opinor, conjuncta sit λύπη aliqua, indignatio, sive detestandus videtur is, quem odisti, sive tantummodo displicet. VATER.

4, 31. ἐλεήσειεν.] Ulysses apud Sophoclem in Ajace fabula, se misericordiam cepisse, narrat, malorum Ajacis, quamvis infensi hominis: sic enim loquitur v. 121: ἐποικτείρω δέ νιν Δύστηνον ἔμπης καίπερ ὄντα δυσμενῆ. Erat enim illa simultas, quæ inter Ulyssem et Ajacem flagrabat, orta ex contentione de armis Achillis, non odium vetus: neque enim fortissimum virum et in eo bello maxime utilem, odio prosequi Ulysses potuit; nec ante id tempus inimicitias cum eo ullas gerebat. VICTOR.

4, 32. Ἀμφισβητοῦντας] Cod. Victorii: ἀμφισβητοῦντος. BUHLE.

CAP. V.

5, 1. Καὶ τίνας, καὶ πῶς ἔχοντες] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. καὶ τίνα, καὶ πῶς ἔχοντας. Veram lectionem e MSS. restituit Victorius. In textu ed. Lips. ἔχοντας legitur operarum peccato. BUHLE.

5, 1. Ἔστω δὴ φόβος] Φόβον Cicero, nunc *metum* nunc *reformidationem* appellavit. Cum enim Stoici ita definirent, (vel potius definitione hac accepta a veteribus uterentur; meminit enim ejus Philosophus Ethic. Nicom. III. 6.) Φόβος ἔστι προσδοκία κακοῦ, ipse in Tusc. IV. 7. inquit, *Metus opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur.* In Partit. c. 4. *In suasione autem spem aut reformidationem deliberantis.* In Problematibus etiam Aristoteles dixit, Metum ægritudinem quandam ac dolorem esse. VICTOR.

5, 1. Ὧδ' ἔσται φανερὸν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ὧδ' ἐστι φανερόν. BUHLE.

5, 1. Ἡ ταραχὴ] Isingr. καὶ ταραχή. BUHLE.

5, 1. Ἡ φθορὰς δύναται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. δύανται. BUHLE.

5, 1. Ἂν μὴ πόρρω.] Eædem edd. ἃ μὴ πόρρω, et in sequentibus φαίνεται pro φαίνηται. BUHLE.

5, 1. ἂν μὴ πόρρω.] Ornate in hanc sententiam Pindarus Nem. VI. 94. τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον Αἰολ κυμάτων λέγεται Παντὶ μάλιστα δονεῖν Θυμόν.

5, 1. Οὐδὲν φροντίζουσιν] Ibidem: οὐδὲ φροντίζουσιν. BUHLE.

5, 2. σημεῖα.] Ut sunt navigantibus signa tempestatum, ac procellarum: nam φοβερὰ ipsa intellexit eruditissimus poëta, cum inquit Æn. I. 91. *Præsentemque viris intemptant omnia mortem.* Et quæ apud Terentium Chremetem, probum ingenuumque adolescentem, perterruerunt, e primo item illo genere terribilium fuere. Eun. IV. 6. 15. *Viden tu illum Thais? militem secum ad te quantas copias adducere.* Quod cum cognovisset vafra mulier, ait, *Num formidolosus obsecro es, mi homo?* VICTOR.

5, 3. Ἔχθρα τε καὶ ὀργὴ] Eædem edd. non habent τε. Non male. BUHLE.

5, 4. Καὶ ἀδικία δύναμιν ἔχουσα· τῷ προαιρεῖσθαι γάρ.] Inter hæc enuntiata supplendum est: δῆλον γὰρ, ὅτι βούλεται, *nam injustus eo ipso injustus est, quod velit.* VATER.

5, 5. ἀρετὴ, h. e. *animi magnitudo*, contumelia affecta. Contumelia enim iram movet, et magni quidem animi viris maximam. Iratus cupientissimus est vindictæ: quod si cupiditati vires accedant, patratur cupitum. Cicero ad Attic. II. 21. *Timeo tam vehemens vir* (Pompeius) *tamque acer in ferro, et tam insuetus contumeliæ, ne omni animi impetu, dolori*

et iracundiæ pareat. Sane contumelia affecti integra regna everterunt. Quod pluribus docet Aristoteles Polit. V. x. 20. SCHRADER.

5, 6. φόβος.] Metus subditorum, inter caussas conjurationis refertur, Polit. V. x. 36. SCHRADER.

5, 6. ἐν παρασκευῇ.] Nempe ut malum, quod sibi impendere animadvertunt, amoliantur. Cicero Offic. I. 7. *Atque illæ quidem injuriæ, quæ nocendi caussa de industria inferuntur, sæpe a metu proficiscuntur, cum is qui nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo.* Metus Tib. Gracchum impulit ut fieret popularis, Florus III. xiv. 2. Idem affectus C. Cæsarem, et in Gallia Guisios permovit, ut summa imis miscere, et omnia turbare mallent, quam rerum suarum reddere rationes. Vid. J. Zevecotii ad Flori jam citatum caput observationes. SCHRADER.

5, 7. χείρους καὶ ἥττους τοῦ κερδαίνειν.] χείρους *pejores moribus et ingenio* significat. ἥττους κερδαίνειν inquit, ut lepidissimus Comicus, et Attici sermonis norma Plut. 362. Ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενὸς, Ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες. VICTOR.

5, 7. συνειδότες πεποιηκότι τὶ δεινὸν.] Hinc, monente Victorio, argumentum sumpsit Lysias Apolog. pro Cæde Eratosthenis p. 46. οὔτε συνῄδει κακὸν οὐδὲν, ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται, ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι.

5, 8. Ἠδικημένοι, ἢ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι] Ald. Bas. Frob. et Ricc. ἠδικούμενοι. Vitiose. Isingr. ἀδικούμενοι. Ven. Cam. et Major. ἠδικημένοι νομίζοντες ἀδ. Spir. ἀδικούμενοι οἱ νομίζοντες. Nostrum dedit Victorius. Georgius Trapezuntius: *qui passi injuriam sunt, aut pati se putant.* BUHLE.

5, 8. τηροῦσι καιρόν.] Quod autem nunc, sejunctis vocibus, inquit, τηρεῖν καιρὸν, i. e. *tempus diligenter servare*, alibi conjunctis καιροφυλακεῖν inquit: ut Rep. VIII. 3. Διὰ τοῦτο δεῖ παιδιὰς εἰσάγεσθαι, καιροφυλακοῦντας τὴν χρῆσιν. Demosthenes c. Aristocr. p. 678. Καὶ ἔργῳ ἑαυτὸν ἐξήλεγξεν ὅτι καιροφυλακεῖ τὴν πόλιν ἡμῶν. VICTOR.

5, 8. καὶ οἱ ἠδικηκότες.] Tacitus vit. Agricolæ c. 42. *Proprium humani ingenii est, odisse, quem læseris.* Ubi vide Lipsium.

5, 10. Τοῖς κρείττοσιν αὐτῶν] Non habent αὐτῶν Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

5, 10. Καὶ οὓς φοβοῦνται.] Superioris loci sententia non valde ab hac discrepat; eadem tamen omnino non est: nam cum superiores illos φοβεροὺς manifesto vocarit, ea in se habere ipsos declaravit, quæ jure optimo metui possunt, et intelliguntur horribilia esse. Hic, nisi fallor, loquitur de his, quorum vires opesque obscuriores sunt, nec fomidolosi esse creduntur: qui tamen cum a firmioribus, quam nos simus, reformidentur, a nobis quoque, judicium eorum sequentibus,

reformidari debent: ac tanto magis debent, quanto magis nos imbecilliores sumus. Supra de illis locutus est, quos constaret etiam nobis formidolosos esse: hic de illis, quos formidolosos nobis esse ex judicio et opinione aliorum cognosceremus. VICTOR.

5, 10. *τοῖς ἥττοσιν αὐτῶν*] Vetus interpres Latinus, et margo Ven. *τοῖς κρείττοσιν αὐτῶν*. Cf. Victor. p. 324. BUHLE.

5, 10. *τοῖς ἥττοσι αὐτῶν ἐπιτιθέμενοι.*] Schol. Gr. et priscus Intpr. *τοῖς κρείττοσι*, quanquam Schol. utramque lectionem nominatim laudat. Muretus quoque *κρείττοσι* præfert. At eo, quod adhuc hominibus, qui minus, quam nos, valerent, injuriam intulerunt, non excluditur, eos etiam majoribus vim facere posse. Idcirco dicitur, *ἢ ἤδη ἢ αὐξηθέντες*. *Κρείττοσι* ferri non posset, quia tunc *αὐξηθέντες* aptum non esset. VATER.

5, 10. *ἢ γὰρ ἤδη φ.*] Dum in impotentiores irruunt, aut certe cum victoria in hos potiti viribus erunt redditi auctiores. De Nino Justinus I. i. 8. *Domitis proximis, cum accessione virium fortior ad alios transiret, et proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius orientis populos subegit.* Exemplum insigne exstat in III. Philipp. Demosthenis p. 46 =115. 116. Reisk. ubi orator increpat Athenienses quod incrementa potentiæ Philippi negligant. SCHRADER.

5, 11. *Καὶ τῶν ἠδικημένων*] Ven. Cam. Spir. Major. *καὶ οἱ φίλοι τῶν ἠδικημένων*. Male. BUHLE.

5, 11. *Καὶ τῶν ἠδικημένων.*] Schol. Gr. edd. Ven. Cam. *καὶ οἱ φίλοι τῶν ἠδικημένων*. Sed ab omnibus libris scriptis absunt verba *οἱ φίλοι*, inepte intrusa. VATER.

5, 11. *ὀξυθυμοί.*] Ὀξυθυμοὶ a Græcis appellantur, quod acutæ bilis sint, ac nullo negotio excandescant: eosdem *ὀξυχόλους* et *ἀκροχόλους* vocant. Horatius *cerebrosos* vertit. *Donec* cerebrosus *prosilit unus.* Idem etiam verbum expressit, cum inquit, *O te Bollane cerebri Felicem.* Nam veteres etiam interpretes ejus poetæ tradunt, Bollanum oxycholum eum intellexisse. VICTOR.

5, 11. *ὀξύθυμοι.*] Euripides in Medea v. 320. *Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ, Ῥᾷον φυλάσσειν, ἢ σιώπηλος σοφός.* Statius Cæcilius apud Gellium N. A. XV. 9. *Nam hi sunt inimici pessimi, fronte hilara Corde tristi, quos neque ut apprendas, neque ut mittas, scias.*

5, 11. *Ἄδηλοι γὰρ, εἰ ἐγγὺς*] Retinui hanc lectionem, editoribus Lipsiensibus quoque approbatam. Habent eam Codd. quidam Victorii, margo Ven. et Cam. Spir. et Major. Ald. Bas. Morel. Sylburg. Casaub. Duvall. *ἄδηλοι γ. οἱ ἐγγύς.* Victor. Riccob. Londin. *ἀδ. γ. ἢ ἐγγύς.* Morelio placet, ex vetere versione Latina restitui: *ἄδηλον γὰρ, ἢ ἐγγύς.* BUHLE.

5, 11. *Ὥστ' οὐδέποτε φανεροὶ*] Ex emendatione Victorii. Ald.

Ven. Cam. et Bas. ὥστ' οὐδέποτε φοβερόν. Male. Alii Codd. teste Morelio, pro φανεροὶ legunt φανερόν. BUHLE.

5, 12. Ὅσα, ἂν ἁμάρτωσιν] Cod. Victorii: ὅσα ἁμαρτάνουσιν. BUHLE.

5, 12. βοήθειαι.] Sect. præcedenti ἐπανόρθωσις *correctio* est mali præteriti, βοήθεια *auxilium* mali imminentis. Anterior ergo propositio loquitur de malo quod jam evenit, hæc de eo quod impendet. Geta Terentianus Phorm. I. 4, 3. utrumque est complexus: *Quæ neque uti devitem scio, neque quomodo me inde extraham.* Donatus ad hunc locum: *Ruina aut vitanda est, aut extrahenda sunt ex ea corpora quæ oppresserit.* SCHRADER.

5, 12. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν.] Ed. Cam. δὲ omittit. VATER.

5, 13. Μετὰ προσδοκίας] Ibidem additur τινός. BUHLE.

5, 13. Μηδὲν ἂν παθεῖν] Codd. plures Victorii, et margo Ven. μηδὲν ἀντιπαθεῖν. Non bene. BUHLE.

5, 13. Μηδὲν ἂν παθεῖν.] Priscus Intpr. et plures libri scripti, μηδὲν ἀντιπαθεῖν. VATER.

5, 13. Οὐδὲ τούτους ὑφ' ἂν μὴ οἴονται.] Accommodatum exemplum est, et valde etiam elegans, Polyphemi, qui in fraudem incidit, et maximum detrimentum accepit, quod sibi noceri non posse putabat a pusillo et tenuissimarum virium homine: Od. I. 513. Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην Ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν· Νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς Ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν ἐπεί μ' ἐδαμάσσατο οἴνῳ. VICTOR.

5, 14. Καὶ δοκοῦντες] Non agnoscunt commation hoc Ald. Ven. Bas. Frob. Ricc. Spir. Major. nec versio Georg. Trapezuntii. Restituit illud ex Codd. Victorius. BUHLE.

5, 14. Ποιεῖ δὲ τοιούτους.] Edd. Ald. Bas. Cam. τοὺς τοιούτους. VATER.

5, 14. ἤδη πεπονθέναι π. ν.] Seneca Ep. V. *Desines timere, si sperare desieris.* Inde est, quod hostem ad desperationem minime adigendum esse docent rei militaris scriptores. Desperatio enim excutit metum omnem, et audaciam ac ferociam in animis accendit. Vide Vegetium III. 21. ubi et notissimam Scipionis sententiam laudat, *Viam hostibus, qua fugiant, muniendam esse.* Frontinus Strateg. II. 6. decem exempla recenset hostium a victoribus dimissorum, ne clausi desperarent, et prælium imperterriti redintegrarent. SCHRADER.

5, 14. Ἤδη πεπονθέναι] Eædem edd. addunt πάντα. Georg. Trapezunt. vertit: *qui jam perpessos* omnia *se gravia putant.* BUHLE.

5, 14. οἱ ἀποτυμπανιζόμενοι ἤδη.] Hæc verba Hermolaus Barbarus, Majoragius, Muretus, de iis qui jam ad supplicium ducuntur, Trapezuntius et Riccobonus de his qui extreme

torquentur, vetus interpres, Sturmius, Victorius, Sigonius et Portus de iis qui supplicio extremo ipso jam afficiuntur, accipiunt. Rectius posteriores, ut patebit e Lib. II. 6, 27. Illic enim deductio ad supplicium effertur per *μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι*. Ergo, qui hic dicuntur *ἀποτυμπανιζόμενοι ἤδη*, sunt qui in misero illo casu extremo jam versantur. *τύμπανον* inter alia et flagrum aut fustem, item supplicium fuste peragi solitum, significare ex Hesychio, Suida, Schol. Aristoph. Plut. v. 476. et Etymol. M. scimus: Hesychius inter alia *τυμπανίζεται* interpretatur *ἰσχυρῶς τύπτεται*, *valide feritur*, item *τύμπανον*, *εἶδος τιμωρίας*, species pœnæ, nempe ipsa illa quæ Latinis *fustigatio*, et *fustuarium* appellatur, pœna flagellatione gravior, ad mortem enim usque continuata. Hoc supplicii genere qui afficiuntur, dicuntur ab Aristotele h. et seq. c. *ἀποτυμπανίζεσθαι*. Eadem tamen vox etiam de castigatione, quæ mortifera non sit usurpatur, ut cum Themistius Or. I. Sophistas ait discipulos suos *ἀποτυμπανίζειν*. Vide Ludov. Cresollii Theatrum Rhetorum V. 6. Grotii item annotata ad II. Maccabæorum VI. 20. et Ep. Hebr. II. 35. SCHRADER. Plura de h. v. collegerunt Gataker Adv. Post. p. 908. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 170. A.

5, 15. Καὶ *ὑπὸ τούτων*] Eædem edd. *καὶ ὑπὸ τοιούτων*. BUHLE.

5, 16. Καὶ *περὶ τῶν φοβερῶν*] Ibidem: *καὶ τῶν φοβερῶν*, omissa *περί*. BUHLE.

5, 16. *Ἐναντίον τῷ φόβῳ, καὶ τὸ θαρραλέον τῷ φοβερᾷ*] Edd. Ald. et Bas. *ἐναντίον τῷ φοβερῷ*. Reliqua, quæ in ceteris edd. leguntur, in illis desunt. BUHLE.

5, 16. Τῶν *σωτηρίων*] Ald. Ven. Cam. Bas. Ricc. Spir. Major. post *σωτηρίων* addunt *ἐστίν*. BUHLE.

5, 16. Τῶν *δὲ φοβερῶν ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόρρω ὄντων*] Exciderunt hæc commatia e textu ed. Lips. operarum peccato. BUHLE.

5, 17. *Ἔστι δὲ θαρραλέα τά, τε δεινὰ πόρρω ὄντα, καὶ τὰ θαρραλέα ἐγγύς*] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. *τά, τε ὄντα δεινὰ πόρρω, καὶ θαρραλέα ἐγγύς*. Posterius *θαρραλέα* mihi suspectum est, quare uncinos adhibui. Puto, aliud verbum olim ejus loco lectum fuisse. Georgius Trapezuntius vertit: *sunt autem, in quibus confidendum est, et pericula, cum longe absunt, et* secunda, *cum prope adsunt*. BUHLE.

5, 17. *θαρραλέα τά τε δεινά*.] *Δεινὰ mala* vertit Cicero De Fin. I. 20. cum Epicuri sententiam exprimeret. Epicuri ipsius verba hæc sunt Diog. Laërt. X. 148. *Ἡ αὐτὴ γνώμη θαρρεῖν τε ἐποίησεν, ὑπερ τοῦ μηθὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν, μηδὲ πολυχρόνιον*. Ciceronis vero hæc: *eadem scientia confirmavit animum, ne quod aut sempiternum, aut diuturnum timeret malum*. VICTOR.

5, 17. Οἷς *ταῦτα συμφέρει*] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ma-

jor. εἰς ταῦτα συμφερόμενοι. Minus bene. Nostrum habet quoque margo Ven. BUHLE.

5, 17. Οἷς ταῦτα συμφέρει.] In edd. vett. cum male impressum esset, εἰς ταῦτα συμφερόμενοι, vulgatum restitutum est ex cod. Victorii et prisco Intpr. Præterea, ut ταὐτὰ pro ταῦτα legatur, sententia exigit, idque et Muretus probat, et in codice Schol. Gr. legebatur. VATER.

5, 18. κατωρθωκέναι.] Κατορθώματα *recta* vel *recte facta* a Cicerone appellari notum est. Κατορθῶσαι *fortunatum in aliquo negotio esse* significat, et quem aliquis sibi proponit, finem adipisci. Sic etiam optimus Attici sermonis auctor Aristophanes locutus est. (Plut. 350.) Ἤν μεν κατορθώσωμεν εὖ πράττειν ἀεί. VICTOR.

5, 18. ἐὰν πολλάκις ἐληλυθότες.] Hinc sumpto argumento Æneas apud nostrum poëtam fractos animos Trojanorum confirmavit, ac bene sperare jussit: *Neque enim ignari sumus ante malorum* dicens, et *Vos et Scylleam rabiem, penitusque sonantes Accestis scopulos*, et quæ sequuntur. VICTOR.

5, 18. διχῶς.] Magn. Ethic. I. 21. Ἔστι γὰρ καὶ κατ' ἐμπειρίαν τὶς ἀνδρεῖος, οἷον οἱ στρατιῶται· οὗτοι γὰρ οἴδασι δι' ἐμπειρίαν, ὅτι ἐν τοιούτῳ τόπῳ, ἢ ἐν τοιούτῳ καιρῷ, ἢ οὕτως ἔχοντι, ἀδύνατόν τι παθεῖν—Πάλιν οὖν εἰσιν ἀνδρεῖοι ἐκ τοῦ ἐναντίου τῆς ἐμπειρίας· οἱ γὰρ ἄπειροι τῶν ἀποβησομένων οὐ φοβοῦνται διὰ τὴν ἀπειρίαν. SCHRADER.

5, 18. Διχῶς γὰρ ἀπαθεῖς] Ed. Ald. ἀπειθεῖς. VATER.

5, 18. διχῶς γὰρ ἀπαθεῖς.] Tritum apud Græcos proverbium a priore horum modorum pendet, quo affirmatur *suave esse bellum inexperto*. Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. VICTOR.

5, 18. Καὶ οἱ βοηθείας] Eædem edd. οἵ τε βοηθείας. Non melius, cum antecesserit οἵ τε ἄπειροι, cui respondere oportet καί. BUHLE.

5, 21. ἂν τὰ πρὸς θεούς.] Quantam afferat animis hominum spem hæc existimatio poëtæ sæpe declarant: ut Virgilius XII. *Primusque Tolumnius augur, Hoc erat in votis, inquit, quod sæpe petivi. Accipio agnoscoque deos: me, me duce ferrum Corripite o Rutuli.* In eodem etiam libro, *Ne qua meis esto dictis mora Juppiter hac stat.* VICTOR. Habebat hunc Rhetoris nostri locum in mente H. Grotius cum ad Matth. VIII. 26. scriberet: *Verum est quod Aristoteles dixerat, habere cur forti excelsoque sint animo, qui de rebus divinis recte judicant.* SCHRADER.

5, 21. σημείων καὶ λογίων.] Signa sunt, ut quod augur Tolumnius vidit: necnon quod Anchises Æn. II. *Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore Intonuit sævum, et de cælo lapsa per umbras Stella* &c. Nam quantopere confirment nos, eodem hoc exemplo facile cognosci potest, cum repente tanta

commutatio in animo Anchisis facta sit. *Jamjam nulla mora est, sequor* &c. Cicero σημεῖα hæc quoque, nunc *notas*, nunc *signa* vocavit Divin. II. 21. *Quam scite per notas nos certiores facit Juppiter:* et post, *Hoc igitur per gallinas Juppiter tantæ civitati signum dabat.* Eodem autem in libro multa hujuscemodi narrat, ut ostenta illa tristia, quæ Lacedæmoniis acciderunt ante Leuctricam calamitatem. Λόγια *oracula* esse, ac *responsa deorum* constat. Plutarch. in Pelopida p. 288. E. Χρησμοὶ δὲ καὶ λόγια τοῖς Σπαρτιάταις ἀεὶ προὔφερον εὐλαβεῖσθαι, καὶ φυλάττεσθαι τὸ Λευκτρικὸν μήνιμα. Nicia p. 531. E. Ἀλλ' ἑτέρους ἔχων μάντεις ὁ Ἀλκιβιάδης, ἐκ δή τιναν λογίων προὔφερε παλαιῶν μέγα κλέος τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας ἔσεσθαι. VICTOR.

5, 21. Θαῤῥαλέον γὰρ ἡ ὀργή.] Hæc est ratio, cur ii fidentiores sint, qui Deos sibi fore propitios sperant. Nam iracundia solet homines confidentes efficere, quam Peripatetici quasi *cotem fortitudinis* esse dicunt, ut testis est Cicero, innocentes autem homines, qui neminem offendunt, cum afficiuntur injuria, vehementius irasci solent, et freti conscientia sua confidentiores fiunt, quia persuasum habent, Deum iis auxiliari solere, qui injuria fuerint affecti. MAJORAG.

5, 21. Θαῤῥαλέον—τοῖς ἀδικουμένοις.] Hæc sana esse, mihi persuadere non possum. Cur enim hic ira immisceatur, nemo intelligat. Si quid dicitur, sententia hæc est: *ira facit aliquid ad confidendum, plus tamen spes divini auxilii.* Sed si significatur, ira fiduciam effici, necesse est, ut intelligas, injuria affectum quoque confidere, quod ante dictum non est, prætermitti tamen non potuit. Alioquin hæc sine ullo orationis aut sententiæ vinculo adjecta sunt, et facile ad ineptias aliquis delabi poterit, ut Schol. Gr., qui ὀργὴν de ira divina injuriis concitata hic accipi somniat. Equidem putaverim, hæc spuria, et ex locis similibus, ut c. XII, 9. margini adscripta esse. VATER.

CAP. VI.

6, 2. αἰσχύνη.] Agunt de hoc affectu Aristoteles Ethic. Nic. II. 7. et IV. 9. Alexand. Aphrod. quæst. moral. IV. 21. SCHRADER.

6, 2. περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα] Eædem edd. περὶ αὐτὰ ταῦτα, omisso articulo τά. BUHLE.

6, 3. Εἰ δὴ ἔστιν] Ibidem: εἰ δ' ἔστιν. BUHLE.

6, 3. ἀποβαλεῖν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν] Cod. Victorii: τὸ ἀποβαλεῖν. Neglecto articulo, ἀποβαλεῖν recepi, ut rectius. Vulgo minus apte ἀποβάλλειν. BUHLE.

6, 3. παρακαταθήκην] Idem Cod. addit: ἢ ἀδικῆσαι. BUHLE.

6, 3. ἀποστερῆσαι.] Vide I. 7. Cicero Tusc. III. 8. eandem sententiam Latinis verbis eleganter expressit: *Sed quia nec*

qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignaviæ; nec qui propter avaritiam clam depositum non reddidit, quod est injustitiæ. VICTOR.

6, 4. Ὅπου οὐ δεῖ] Ibidem: οὗ οὐ δεῖ. Fortasse hæc lectionis varietas e scripturæ compendio orta est. BUHLE.

6, 5. Ἡ παροιμία] Vid. Erasmi Adag. Chil. I, Cent. 9. BUHLE.

6, 5. κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν.] Tritum enim proverbium hoc significabat, a cadavere etiam fructum capere, quod contra avaros ac sordidas artes exercentes dicebatur. Ab hac nota ignominiaque vacui omnino non erant qui corpora occisorum hostium pecunia accepta parentibus suisque reddebant; qui mos apud priscos frequens erat, ut Æn. IX. *Sit qui me raptum pugna pretiove redemptum Mandet humo solita.* Quare Æneas X., ut magnanimus, hoc facere neglexit, immensamque vim auri repudiavit. *Argenti atque auri memoras quæ multa talenta Natis parce tuis.* Magis tamen hæc culpa hærebat in avaris prætoribus, qui parentes pretium pro sepultura liberorum poscerent: quod Cicero Verri objecit. VICTOR.

6, 6. βοηθεῖσθαι παρὰ τῶν ἧττον εὐπόρων.] De hoc apud Terentium in Phormione queritur servus: cum enim dedecori sit opulentioribus, si quis vere cogitet, grave non minus est, durumque tenuioribus, ut ipse eleganter accurateque exponit, I. 1. 18. *Quam inique comparatum est, ii, qui minus habent, Ut semper aliquid addant ditioribus;* et quæ sequuntur. VICTOR.

6, 7. καὶ δανείζεσθαι ὅ. δ. ἀ.] Hujuscemodi ingenium carpit in Gellio Martialis, (IX. 47.) qui, ut facilius denegare posset, semper in expolitionibus ædificiorum occupatus erat: omnibus enim notum studium illud magnos sumptus postulare. Arbitrabatur igitur, se hac ratione posse sine culpa denegare. *Gellius ædificat—Oranti nummos ut possit dicere amico Unum illud verbum Gellius, ædifico.* VICTOR.

6, 8. τὸ δ' ἐπαινεῖν παρόντα.] Hoc egregie expressit Terentius Adelphis II. 4. 6. *Ah vereor coram in os te laudare amplius, Ne id assentandi magis, quam quod gratum habeam, facere existimes.* VICTOR.

6, 8. Καὶ τὸ ὑπεραλγεῖν ἐπ' ἀλγοῦντι] Cod. Victorii: καὶ τὸ ὑπ. ἀλγοῦντι παρόντα. BUHLE.

6, 9. Ἐν ἐξουσίᾳ μᾶλλον ὄντες.] Edd. Ald. Bas. Cam. ὄντες non habent. VATER.

6, 11. Ἀλαζονείας γὰρ] Ald. Ven. Cam. Bas. Spir. Ricc. Major. ἀλαζονεία γάρ. BUHLE.

6, 11. Ἐπὶ τῶν ἄλλων] Cod. Victorii: ἀπὸ τῶν ἄλλ. Non probo. BUHLE.

6, 11. αἰσχυντιλὰ (sic) quæ vulgo homines verecundantur: quæ violare pudorem, dignitatemque existimantur: ut infra,

αἰσχύνονται δὲ οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα αἰσχυντιλὰ, quamvis hic antiquissimus liber habeat ἀναίσχυντα: nec tamen non receptam lectionem probo; sed idem etiam alia re discrepat a ceteris, quod ἀπὸ τῶν ἄλλων habet, ut sæpe supra locutus est, non ἐπί. VICTOR.

6, 11. Καὶ αἰσχυντηλὰ] Ibidem: καὶ ἀναίσχυντα. BUHLE.

6, 12. Ἐπὶ τούτοις τὸ καλῶν.] In iisdem edd. legitur, τὸ τῶν καλῶν; idque forsan melius. VATER.

6, 12. Ἡλικας] Ibidem, et in marg. Isingr. ἡλικιώτας. BUHLE.

6, 12. αἰσχρὸν γ. τ. μὴ μετέχειν.] Cicero Tusc. I. 2. *Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur et Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur: Themistoclesque aliquot ante annos, cum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior.*

6, 12. Παιδεύσεως ἐπὶ τοσοῦτον] Ven. Cam. Spir. Major. παιδεύσεως κἂν ἐπὶ τ. BUHLE.

6, 12. παιδεύσεως.] Designat inprimis quatuor illas artes, Grammaticen, gymnasticen, musicam, et artem pingendi: in his enim quatuor artibus, Aristotelis ævo, pueros inprimis erudiri solitos memorat ille Polit. VIII. iii. 1. SCHRADER.

6, 12. Δι' ἑαυτὸν φαίνηται· οὕτω γὰρ ἤδη ἀπὸ κακίας μᾶλλον, ἂν αὐτὸς] Deficiunt hæc in Ald. Ven. Cam. Bas. et Spir. Restituit ea e Cod. antiquissimo Victorius. BUHLE.

6, 13. τὰ μὲν εἰς ἀκολασίαν.] Turpe est ea pati quæ ab intemperantia alterius proficiscuntur, sive sponte quis illa, sive invitus perferat: at quæ a violentia alterius solent patrari, ea si quis sponte ferat, pudori non sunt. Ut si ludi ac joci gratia quisquam se supplantari patiatur. Ratio diversitatis hujus est, quia prior illa perpessio ab animi vitio oritur, nam si quis flagitiis alterius ultro serviat, intemperans est et ipse, sin invitus, pro ignavo et nimium timido est habendus. Posterior non item: qui enim vi alterius sponte sua cedit, concessæ recreationis caussa id facere potest. SCHRADER.

6, 14. Οὐδεὶς δὲ δόξης.] Edd. eædem habent, οὐδεὶς δὲ τῆς δόξης. VATER.

6, 18. Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς est ex cod. Victorii, itemque Schol. Gr. legisse videtur. Sæpe Aristoteles ita loquitur. Edd. Ald. Bas. Cam. ἐν ὀφθαλμῷ—Ab hominibus, quos vereantur, transitum est ad res, quæ pudorem moveant. Quæ cum inter se conjunctissima sint, Aristoteles haud multum deflexisse putari debet. Ἐν ὀφθαλμοῖς significat, *in conspectu aliorum*. Ne vero hæc loquendi forma ter diverso sensu usurpata esse videatur, quod ad Aristotelis accuratum scri-

bendi genus quadrare non putem; neve, quod sequitur, ἐν ὀφθαλμοῖς γὰρ ἀμφότερα, cum Buhlio vertatur, *in oculis enim (nostris) utrique sunt*, ita rem expediverim. Exempli loco affertur, ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ, in quo verba ἐν ὀφθαλμοῖς premenda non sunt. Si quis in conspectu aliorum peccat, si alios intueri eum oportet, pudor vultum incedit. Ita *pudor in oculis habitare* dicitur, et sententia eodem redit, quod diximus, *in conspectu aliorum esse*. Demum ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφότερα plene scribitur, διὰ τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναί τινα κατ' ἀμφότερα, *utrobique*, (*quod agitur*,) *sit in conspectu aliorum*. Ab iis enim, *qui semper nobiscum una futuri sunt*, quicquid agimus, conspicitur, itidemque ab iis, *qui attente observant*, *quicquid agimus*. Itaque utraque ratione, quæ facimus, sunt in conspectu aliorum. Altera explicatio, *utrique in oculis (nostris) sunt*, non satis convenit ad homines, qui attento animo cernunt, quid fiat; præterquam quod tunc τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς alio, quam antea, sensu accipitur. VATER.

6, 18. ἐν ὀφθαλμοῖς.] Cum et antea et deinceps, non de rebus, sed de hominibus loquatur, hic mutat genus, et res, non personas, designat. Itaque aut trajecta est hæc πρότασις e parte prima, aut ita exponenda, ut non tam πρότασις quam προτάσεως principium habeatur, quod posterius verisimile fit, cum infr. hoc principium repetat, et inde veritatem genuinæ προτάσεως confirmet. Propositio itaque ipsa non hoc sed sequenti §. continetur, et duo hominum genera complectitur, 1, eos, qui perpetuo nobiscum una sunt, 2. qui quando nobis adsunt, attente nos observant. Amborum enim rationem habemus, et ob id turpe quiddam illis præsentibus agere verecundamur. At qui vel rarius nobiscum versantur, vel, si forte adsunt, minus in nos sunt curiosi, horum minorem habemus rationem. Hujus ergo propositionis veritas demonstratur ex hoc axiomate, quo ea quæ in conspectu multorum et palam geruntur, cautius gerenda esse ratio ipsa admonet, et vulgare adagium confirmat. Mens adagii hujus est, quod pudor oculos maxime et vultum afficiat, atque in his prodatur, unde fit, ut, qui verecundantur, oculos fere demittant aut avertant. Indidem est, quod impudentem designaturi dicere soleamus, frons illi periit, frontem perfricuit. SCHRADER.

6, 18. Καὶ τὰ ἐν φανερῷ] Cod. Victorii addit μᾶλλον. BUHLE.

6, 18. παροιμία ἐν ὀφθαλμοῖς εἶ. αἰ.] Ad hoc proverbium respexit Apollonius Rhodius cum Venerem cum Junone ac Pallade loquentem ita induceret III. 92. Τμείων γὰρ, ἀναιδήτῳ περ ἐόντι Τυτθή γ' αἰδὼς ἔσσετ' ἐν ὄμμασιν· αὐτὰρ ἐμεῖο Οὐκ ὄθεται. VICTOR. Conf. Euripid. Cresphont. fr. III. Aristoph. Vesp.

445. Athenæus XIII. p. 564. B. et Casaub. Suidas v. Αἰδώς. Eustathius Il. N. p. 923, 17. Od. ξ. p. 1754, 39.

6, 18. Διὰ τοῦτο] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ διὰ τοῦτο. BUHLE.

6, 19. Περὶ ταῦτα ἐνόχους] Isingr. περὶ ταὐτὰ ἐν. Sequentia in edd. antiquioribus corrupta et perturbata Victorius integritati restituit, plurium Codd. MStorum auctoritatem secutus. Leguntur enim in Ald. Ven. Bas. Cam. et Spir. ita: περὶ ταῦτα ἐνόχους· δῆλον γὰρ, τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν τἀναντία δοκεῖν τούτοις· καὶ τοὺς μὴ συγγνωμονικούς· ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μὴ νεμεσᾶν. Eadem expressit Georgius Trapezuntius. At vetus interpres Latinus Victorianam lectionem confirmat. BUHLE.

6, 19. Μὴ περὶ ταῦτα.] Melius scribetur ταὐτά. Ita Muretus vertit, *eidem culpæ*. Paullo post ante verba, ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, subaudiendum est; Ad veniam autem tribuendam faciles non sunt, qui se eodem modo peccare non putant; *quæ enim aliquis ipse faciat* etc. VATER.

6, 19. μὴ συγγνωμονικοὺς.] *Minime proclives ad ignoscendum.* Μὴ συγγνωμονικὸν, vel συγγνώμονα potius significavit Cicero, cum in Or. pro L. Muræna, de decretis Stoicorum loquens, quomodoque illi sapientem suum fingerent, declarans, inquit, *Neque cujusquam delicto ignoscere.* Virgilius, cum *faciles nymphas* appellavit, συγγνωμονικὰς intellexit. VICTOR.

6, 19. Ὥστε ἃ μὴ ποιεῖ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὥστε ἂν μὴ ποιῇ. Nostrum e Codd. dedit Victorius. BUHLE.

6, 20. ἐξαγγελτικοὺς—ἐξαγγέλλειν.] Eos etiam verentur, qui, quod viderunt, parum ipsis probatum, libenter commemorare solent, ac multis prodere. A contrario quoque hoc probat, dicens, peccata namque flagitiaque aliorum occulere ac reticere perinde est atque judicare illa peccata non esse: parum enim aut nihil refert illorum, qui in aliquo facinore deprehensi sunt, non videri sua illa existimarique peccata, aut aliis non enuntiari: intelligunt enim, nisi divulgata illa fuerint, se non existimationem perdituros, neque periculum legum magistratuumque subituros. VICTOR.

6, 20. Ἢ μὴ ἐξαγγέλλειν.] Supplendum est, τινὰ, quasi μὴ ἐξαγγέλλοντά τινα εἶναι, *et neminem efferre foras.* Vulgo vertitur, ut si legeretur, ἐξαγγέλλεσθαι. VATER.

6, 20. Καὶ οἷς ἡ διατριβή.] Subaudiri oportet, καὶ αἰσχύνοντο τούτους, οἷς ἡ διατριβή. Aliter Victorius, qui supplet, καὶ ἐξαγγελτικοὶ, οἷς. Vix recte. Nam descripto hoc hominum genere additur, κακολόγοι γάρ πως οὗτοι καὶ ἐξαγγελτικοί, quæ, si Victorium sequeris, mera erit repetitio. Contra nostra ratione bene hoc adjungitur. Sic enim hæc caussa est, ex antece-

dentibus petita, cur istos vereantur, quoniam statim ante demonstratum est, hominum, qui quæque libenter enuntient, (τῶν ἐξαγγελτικῶν), plerosque omnes pudere. Præterea Aristoteles accurate non scriberet, si hoc enuntiato, καὶ ἐξαγγελτικοί εἰσι, sequenti, in quo omnes consentiunt, καὶ αἰσχύνονται intelligendum esset. Caussa difficultatis, ni fallor, hæc est, quod, cum, ἐξαγγελτικοὶ δὲ—τοὺς ἁμαρτάνοντας, quasi in parenthesi prolatum esset, Aristoteles ab instituta constructione, qua hominum, quos vereantur, genera casu quarto posuit, in hisce duabus propositionibus paullisper declinavit, et demum tertio abhinc enuntiato ea rursus utitur, repetita voce αἰσχύνονται. VATER.

6, 20. Καὶ κωμῳδοποιοῖς] Respexit Aristoteles ad comœdiam veterem. BUHLE.

6, 20. κωμῳδοποιοῖς.] Veteris appellatæ comœdiæ poetas intelligit: hi enim in insectandis peccatis, sceleribusque aliorum toti occupati erant, ac fabulas plenas probrorum in innocentissimos etiam homines docebant, ut Horatius quoque noto carmine testatur. VICTOR.

6, 20. Ἡδοξηκότες] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. ἠξιωκότες. Georgius Trapezuntius, Hermolaus Barbarus et vetus interpres Latinus idem tuentur. Nescio, an melius. BUHLE.

6, 20. Ἡδοξηκότες ἐν αὐτοῖς.] Ex codice antiquiss. Victorius hanc lectionem restituit. Edd. vett., priscus Intpr. et major librorum scriptorum pars consentiunt in altera, ἠξιωκότες. In aliis libris scriptis etiam aliud vocabulum fuisse Victorius testatur. At testibus hisce omnibus præferendus est codex ille aureus, qui, ut centum aliis in locis, ita hic quoque lectionem veram servavit, quæ ad sequentia, τὰ γὰρ βέλτιστα τεθέανται, et ad argumentum totius loci (cf. §. 14. 24.) mire quadrat. Videtur vir doctus hæsitare, quam præferat lectionem, sed ἠξιωκότες nullum sensum fundit. Cujus vocis si qua posset adhiberi significatio, hanc oporteret: *siquidem apud istos nunquam tales se præbuerunt.* Quæ tamen apta non est, quia deest, quales se præbuerint, et quia ne hoc quidem ad verendum aliquid faciat, si quis putet, se alicui nondum benevolentiam suam ostendisse. Vera lectio, quæ, præter Muretum, Majoragio quoque et Riccobono, alibi fere edd. vett. sequentibus, probatur, etiam a Schol. Gr. notata est. Ita habet: Γράφεται καί· οὐδέν πως ἠδοξηκότες, quod ita explicatur: εἴγε οὐδέποτε ἐφάνημεν αὐτοῖς ἄδοξοι· ἀλλ' ὡς ἀεὶ τιμώμενοι παρ' αὐτῶν, ἐκτελοῦμεν καὶ τὴν αἴτησιν.

Τοιοῦτοι refertur ad τοὺς πρῶτόν τι δεηθέντας, ἐν οἷς οὐδέν πω ἠδοξηκασι. Talium igitur hominum duo genera sunt, *et qui recens amici nobis esse cupiant, et qui nullius nobis turpitudinis*

conscii sint; quæ quidem magis ad posterius ex illis duobus, *quod nondum male de altero existimant,* respiciunt. Hæc supplendi ratio cui non satis facilis videatur, is conjicere posset, antea pro ἡδοξηκότες legendum esse, ἀπηξιωκότας. Sed hoc nihil opus. Paullo post pro, τὰ γὰρ βέλτιστα τεθέανται, Schol. Gr. habet, τὰ γὰρ βέλτιστα τίθενται. VATER.

6, 20. Διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς τοὺς Συρακουσίους] Responsum ab Aristotele prætermissum explicavit Schol. Græcus: Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακουσίους πρεσβὺς ἀποσταλεὶς, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἀνένευον, εἶπεν· ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, εἰ καὶ δι' οὐδὲν ἄλλο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας. Contendit Ruhnkenius (Hist. crit. Orat. Gr. Vol. VIII. Orat. Reisk. p. 150), tam apud Aristotelem, quam apud Scholiastem pro Εὐριπίδου legendum esse Ὑπερίδου· *Hyperidem* enim varias pro republica Atheniensium legationes suscepisse, non *Euripidem.* Cui sententiæ sagacissimi viri quamvis faveam, nolui tamen textum Aristotelis immutare, cum incertum sit, an *hoc* responsum Syracusanis datum Aristoteles vere innuerit; neque enim de fonte constat, unde Græculus narratiunculam hauserit. Conf. Victor. Comment. p. 345, et Majorag. p. 138. BUHLE.

6, 20. ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπ. π. Σ.] In hanc historiam numquam incidi: quæ autem a Græco interprete traduntur, ficta, ut arbitror, et commenticia sunt: consuevit enim, cum aliquid ignorat, audacter fingere; nedum enim ille, quod abditum est, aliunde, studio et diligentia eruere possit: ea etiam, quæ satis nota et pervulgata sunt, sæpe ignorat: minutas vero quasdam hujuscemodi res ab auctoribus, qui supersunt, rerum non narrari mirum videri non debet. Syracusanos, reliquosque Siculos fabulis Euripidis valde delectatos esse, ac carmen ipsius studiose conquirere ac perdiscere solitos, ostendit Plutarchus in Nicia. Quare ingenio suo elegantissimus poëta absens multis saluti fuit, post res adversas Atheniensium in Sicilia: qui enim in manus hostium vivi venerunt, si quid Euripidis recitare potuissent, liberaliter tractabantur, ac salvi etiam domum dimittebantur: alii etiam, qui e prœlio aufugerant, cum in insula errarent, quo vitam perducerent, carmina Euripidis canendo, sibi feruntur comparasse. VICTOR.

6, 20. καὶ τῶν πάλαι—συνειδότες.] Intelligi hic ἀπὸ κοινοῦ debet τοιοῦτοί εἰσι: respondetque manifesto pars hæc superiori illi, cum inquit, οἵ τε: quis enim non videt sententiam illam imperfectam esse, atque aliud membrum requiri. VICTOR.

6, 21. Τὰ σημεῖα] Ald. Bas. Frob. Cam. Major. addunt αὐτῶν. BUHLE.

6, 21. τὰ σημεῖα.] Ut apud Terentium Adelphis Æschinus

erubuit, cum vidit patrem, ostium impudicæ domus pulsasse ipsum, intellexisse, culpamque inficiando a se removere conatus est: nec tamen fores pulsasse crimen fuit, sed quia indicium erat meretriciæ consuetudinis: quod etiam Micio expressit, cum simulans se id credere, inquit, *Ita: nam mirabar, quid hic negotii esset tibi.* VICTOR.

6, 21. λέγοντες.] Hinc præceptum Isocratis ad Demonicum p. 5. A. Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. VICTOR.

6, 22. Δηλώσοντας αὐτοῖς] Ex emendatione Victorii. Nec aliter habent vetus interpres Latinus et Georgius Trapezuntius. Ald. Ven. Cam. Bas. Ricc. Spir. Major. τοὺς δηλώσοντας αὐτούς. Utrum malueris, sensus fere eodem redit. BUHLE.

6, 22. Δηλώσοντας αὐτοῖς recte restitutum est ex cod. Victorii et prisco Intpr. Αὐτοὺς præter edd. vett. habent codd. quidam scripti. VATER.

6, 23. Πολὺ καταφρονοῦσι] Vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, et Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. et Major. πολλοὶ καταφρονοῦσι. Minus bene. Nostrum tuentur Codd. Victorii. BUHLE.

6, 23. Ὧν πολὺ καταφρονοῦσι τῆς δόξης τοῦ ἀληθεύειν.] Muretus omittit τοῦ ἀληθεύειν. Si retinetur, ni fallor, sensus hic est: *quorum existimationem valde contemnunt, ut multum absit, quin eam veram esse putent.* Vulgo vertitur, *quorum, quod ad veritatem pertinet, existimationem contemnunt.* Paullo post pro τὰ πρὸς τὸν νόμον in quibusdam exemplaribus legitur, τὰ πρὸς τὴν δόξαν μόνον. Utramque lectionem Schol. Gr. expressis verbis laudat, et hanc quidem omisso voc. τήν: vulgatam sequitur. VATER.

6, 23. Παιδία καὶ θηρία] Eædem edd. θηρία καὶ τὰ παιδία. BUHLE.

6, 23. Τὰ πρὸς τὸν νόμον] In marg. Ven. et Isingr. τὰ πρὸς τὴν δόξαν μόνον. Vulgatum bene defendit Victor. Comment. p. 347. BUHLE.

6, 23. τὰ πρὸς τὸν νόμον.] Appellat hic πρὸς νόμον quæ antea πρὸς δόξαν vocarat: νόμος namque Græcis *existimatio* etiam est, et *judicium*, quo intellectu sumebatur ab illis, qui aiebant, νόμῳ χροιὴν εἶναι, νόμῳ γλυκὺ, id est, *colores ex opinionibus, ac judiciis hominum; itidem etiam sapores, non ex veritate, quæ nulla est in his rebus, perpendi debere:* cujus in primis sententiæ Democritus fuit: id autem expressit Cicero I. Academ. ad Varronem, cum, de illo ipso loquens, inquit, *Opinionibus et institutis omnia teneri.* Eodem pacto locutus est Laërtius in Pyrrhone IX. 61. Καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν. Quia igitur visum non nullis est, quædam turpia ac fœda habentur, quæ hujuscemodi non sunt, ut ipse docuit Ethic. Nic. IV. quam-

vis illic πρὸς δόξαν appellet, quæ hic πρὸς νόμον. Idem tamen eodem verbo aliis in locis eodem intellectu usus est, ut ibid. V. 5. ubi de vi hujus vocabuli νόμισμα disputat, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστι: totam autem rem aperit in libro Sophist. Elench. I. 12. declaratque νόμον valere morem institutumque, quod ex hominum judiciis, opinionibusque pendet: ὁ γὰρ νόμος δόξα τῶν πολλῶν. VICTOR.

6, 24. Οὗτοι ἢ ὁρῶντες] Sic recte e Codd. vetere versione Latina, et marg. Ven. emendavit Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. οὗτοι οἱ ὁρῶντες. Perperam. Georgius Trapezuntius: *illi* vel *oculis videntes*. BUHLE.

6, 24. Σάμου κληρουχίας.] Κληροῦχοι appellabantur, quos Athenienses mittebant in victas urbes, locaque bello capta, tamquam colonos; quod singulis certus modus agri divideretur, atque assignaretur, vocati: κληρουχία vero res ipsa dicebatur. Κληροῦχοι a Cicerone *agripetæ*, vel *agrarii* vocantur de Nat. Deor. I. 26. cum de Epicuro loqueretur, et hanc ipsam, de qua orationem habuit Cydias, divisionem agrorum intelligeret, inquit, *Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait a se Sami auditum: ibi enim Adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater ejus Neocles* agripeta *venerat*. Laertius in Epicuro c. 1. eandem historiam prodidit: τοῦτόν φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατίωνος ἐπιτομῇ, κληρουχησάντων Ἀθηναίων τὴν Σάμον, ἐκεῖ τραφῆναι. VICTOR.

6, 24. Ὥσπερ Κυδίας] Samii in potestatem Atheniensium redacti sunt a Pericle. Durissimas deditionis conditiones memoravit Thucyd. I, p. 48; nulla tamen divisionis agrorum inter colonos ab Atheniensibus Samum missos ab eo mentio fit. Attulit ista divisio Atheniensibus haud parum dedecoris, quare etiam Isocrates (Paneg. p. 63) cives suos purgare conatus est. Cydias in oratione sua eam dissuasit. Floruit Cydias Ol. CVII, ut docuit Ruhnkenius Hist. crit. Or. Gr. Vol. VIII. Orat. Reiskii p. 153. Plura huc spectantia vide ap. Victor. Comment. p. 348; Schrader. in Comment. p. 283. BUHLE.

6, 24. In Cydiæ oratione hoc πιθανὸν Aristoteles observavit, quod Athenienses a divisione agri Samii dehortaturus, cogitare illos jussit et animo concipere, ac si Græci universi circumsisterent, et veluti corona cingerent agri alieni divisores, atque injustitiam illam coram spectarent. Obtutus enim ille adstantium Græcorum, licet effictus, in ruborem dare iniquitatis ministros poterat. Ciceroni III. de Oratore c. 53. *ficta personæ inductio*, Auctori ad Herenn. IV. 53. *conformatio* appellatur, et definitur, *cum aliqua, quæ non adest, persona confingitur, quasi adsit*. SCHRADER.

De hoc Antiphonte, ab oratore
P. Van Spaan Dissert. in Orat.

P. VII.

Græcis, ut *gratiam* Latinis, duo
2. *Beneficii gratam memoriam et*
di. Prima significatione non notat
ificatione altera. Utraque hic oc-
n principio, prima in fine hujus §.
Sophoclis, *χάρις χάριν τίκτει*, h. e.
luntatem parit. SCHRADER.
Χάριν non solum *gratiam*, sed etiam
que nostro in loco, si lectio sana est.
utem. Nam præterquam quod mi-
vocis alicujus significatione vox ea-
nsu, usurpatur; accedit, quod *ὑπουρ-*
adjuvare, neque alibi ejusmodi voca-
R.

ἑνῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir.
sine articulo. BUHLE.

οῦντι] Vetus interpres Latinus vertit,
ur itaque legisse, *τῷ αὐτῷ ὑπουργοῦντι*.
μεγάλων bis posita sunt in textu ed.
BUHLE.

μένων] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc.
α δεομένων. Isingr. *ἂν ᾖ σφόδρα δεομένων*.

μένων.] Cod. Victorii, *δεομένῳ*, itidemque
νῳ μεγάλων καὶ χαλεπῶν jungit. *Δεομένῳ*,
Nam minus accurate duo genitivi di-
positi sunt. *Δεομένων* genitivus absolutus
plere oportet, *ἢ μεγάλων ᾖ ἡ χάρις* vel *ἡ*
ἢ (scil. *ἄν τις ὑπουργῇ*) *ἐν καιροῖς τοιούτοις*
ribus, quibus valde indiget alter, aut
ile est auxilium. VATER.

καὶ ὀρέξεις] Vetus interpres Latinus legit,
BUHLE.

μένου] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major.
egerunt ita quoque Georgius Trapezun-
Barbarus. At Codd. plures Victorii,
t vetus interpres Latinus nostrum agno-

Sic dedit Victorius e Cod. antiquissimo,
tina. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir.

6, 24. ὁρᾶσθαι—οὐ βούλονται.] Hecuba apud Euripidem, (v. 962.) cum Polymestore, Thracum rege, loquens, consilium suum ulciscendi Polydorum, ope hujus sententiæ, texit: cum enim rectis oculis eum, ut interfectorem filii, spectare non posset, finxit, se pudore ac verecundia impeditam, humi oculos tenere: quod nollet, se ab eo, qui ipsam beatam quondam vidisset, in tanta miseria constitutam aspectari. Idem etiam egregie expressit Cicero in peroratione pro L. Muræna c. 41. *Ibit igitur in exilium miser. quo? ad Orientisne partes in quibus annos multos legatus fuit, et exercitus duxit, et res maximas gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore decesserit, eodem cum ignominia reverti.* VICTOR.

6, 25. Ἃ καταισχυνοῦσιν] Cod. Victor. ἃ καταισχύνωσιν. BUHLE.

6, 24. ἔργα—προγόνων.] Phædra apud Euripid. Hippol. 424. Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχός τις ᾖ, Ὅταν συνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά. Animadvertendum autem accurate quid intersit inter ἔργα et πράγματα: non enim arbitror idem omnino utrumque verbum significare. An ἔργα præterita opera ac facta vocavit, quæ ex ipsorum turpi vita, sceleratisque facinoribus in memoria hominum restiterint; πράγματα vero res, negotiaque, quæ ab ipsis gerantur, ac tunc ipsum administrentur? VICTOR.

6, 24. εἰσι δὲ οὗτοι.] Hi autem sunt, scilicet, ὑπὲρ ὧν αἰσχύνονται, qui supra explicati sunt, ut majores, cognatique, nec non ii quoque, qui ex ipsis pendent: id est, quorum magistri consiliariique fuere: si enim qui disciplinam et artem ab aliquo accepit, aliquid sceleris molitur, ea res non eum tantum, verum etiam auctorem disciplinæ illius, et qui artem tradidit, deturpat: unde non defuere, qui Platonem insimularent, quod ex ipsius schola prodiisset interfector hospitis, summi viri, Callippus: quamvis ipse, se purgans, docuerit aliunde in familiaritatem Dionis venisse impurum illum et nefarium hominem, nec umquam in familia sua fuisse: Polycrates quoque Sophistes accusationem Socratis scribens, ipsi, ut probrum, objecit, quod Alcibiadem, turbulentum et inutilem reipublicæ civem, auditorem habuisset. Eadem ratio est consiliariorum; ipsi enim quoque præstare debent, quæ a consultoribus gerantur. VICTOR.

6, 25. Ὧν διδάσκαλοι] Ibidem: ἢ ὧν διδάσκαλοι. Non male. BUHLE.

6, 26. Καὶ ποιοῦσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ non agnoscunt. BUHLE.

6, 27. Ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν] De Antiphonte conf. supra not. ad lib. II, cap. 2, §. 19. Adde Victorii Comment. pag. 350. BUHLE.

6, 27. Ἀντιφῶν ὁ ποιητής.] De hoc Antiphonte, ab oratore ejusdem nominis diverso, vide P. Van Spaan Dissert. in Orat. Gr. Reiskii T. VII. p. 827.

CAP. VII.

7, 1. Notandum est χάριν Græcis, ut *gratiam* Latinis, duo significare: 1. *Beneficium.* 2. *Beneficii gratam memoriam et cupiditatem illud remunerandi.* Prima significatione non notat affectum, notat autem significatione altera. Utraque hic occurrit et secunda quidem in principio, prima in fine hujus §. Ambæ junguntur in illo Sophoclis, χάρις χάριν τίκτει, h. e. *beneficium remunerandi voluntatem parit.* SCHRADER.

7, 1. Χάριν ὑπουργεῖν.] Χάριν non solum *gratiam*, sed etiam *beneficium* significat, hocque nostro in loco, si lectio sana est. Sed χάριν scholion esse putem. Nam præterquam quod minus bene in declaranda vocis alicujus significatione vox eadem, quamvis diverso sensu, usurpatur; accedit, quod ὑπουργεῖν absolute significat, *adjuvare*, neque alibi ejusmodi vocabulum adjicitur. VATER.

7, 2. Ὑπουργεῖν τῷ δεομένῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὑπουργεῖν δεομένῳ, sine articulo. BUHLE.

7, 2. Αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι] Vetus interpres Latinus vertit, *sibi subvenienti.* Videtur itaque legisse, τῷ αὐτῷ ὑπουργοῦντι. In sequentibus verba ἢ μεγάλων bis posita sunt in textu ed. Lips. operarum errore. BUHLE.

7, 2. Ἂν ἡ σφόδρα δεομένων] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Spir. Major. ἂν ἡ σφόδρα δεομένων. Isingr. ἂν ᾖ σφόδρα δεομένων. BUHLE.

7, 2. Ἡ σφόδρα δεομένων.] Cod. Victorii, δεομένῳ, itidemque Schol. Gr. qui ἢ δεομένῳ μεγάλων καὶ χαλεπῶν jungit. Δεομένῳ, ni fallor, melius est. Nam minus accurate duo genitivi diverso sensu juxta se positi sunt. Δεομένων genitivus absolutus est; ad μεγάλων supplere oportet, ἢ μεγάλων ᾖ ἡ χάρις vel ἡ ὑπουργία. Paullo post ἢ (scil. ἄν τις ὑπουργῇ) ἐν καιροῖς τοιούτοις significat: iis temporibus, quibus valde indiget alter, aut magni pretii et difficile est auxilium. VATER.

7, 3. Δεήσεις δέ εἰσιν αἱ ὀρέξεις] Vetus interpres Latinus legit, καὶ αἱ ὀρέξεις. Male. BUHLE.

7, 3. Τοῦ μὴ γιγνομένου] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. τοῦ μεταγιγνομένου. Legerunt ita quoque Georgius Trapezuntius et Hermolaus Barbarus. At Codd. plures Victorii, margo ed. Venetæ, et vetus interpres Latinus nostrum agnoscunt. BUHLE.

7, 3. Τῆς δεήσεως] Sic dedit Victorius e Cod. antiquissimo, et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir.

Major. τῆς αἰτήσεως. Scholiastes Græcus et margo ed. Venetæ, τῆς αἰσθήσεως. BUHLE.

7, 3. ἐν Λυκείῳ τὸν φορμόν.] Quis, cui, quando dederit, incertum est. Aristoteles enim strictim hic refert, quod aliunde plenius discere nunc non licet. Pauperi, mendico, exuli humi cubanti, stoream sive mattam, quam substernat, præbere, benignitas est, eo major quo opportunior, et magis necessaria. SCHRADER.

7, 4. Καὶ ἐφ' οἷς γίγνεται χάρις.] Edd. Ald. Bas. καὶ πῶς γίγνεται. VATER.

7, 4. Τοιοῦτόν τι ὑπηρετοῦντας] Isingr. ante ὑπηρετοῦντας insertam habet disjunctivam ἤ. Non bene. BUHLE.

7, 5. ποιεῖν ἀχαρίστους.] Ἀχαρίστους hic appellat, quibus gratia non habetur: non ingratos, et qui in alios grati non sint: quo sensu nomen hoc passim capitur. Ποιεῖν ἀχαρίστους spoliare illos gratia, qui videri volunt beneficium dedisse: id est, efficere oratione nostra, ne id præstitisse credantur. VICTOR.

7, 5. ποιεῖν ἀχαρίστους.] h. e. facere ut affectu illo, qui ad gratiam habendam referendamve fertur, vacui fiant auditores. SCHRADER.

7, 5, Ἀπὸ τύχης συνέπεσεν] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἀπὸ τύχης συνέπεσον. BUHLE.

7, 5. ἀπέδωκαν ἀλλ' οὐκ ἔδωκαν.] Inter Macedonum regem Atheniensesque magna quondam lis de his nominibus fuit, cum se Philippus Halonesum Atheniensibus δοῦναι, id est *muneri dare ac largiri* paratum esse diceret: illi autem sibi regem insulam hanc ἀποδοῦναι, id est *reddere ac restituere* vellent: tanta vis in duabus syllabis erat, ut non verbis de hoc tantum, sed armis quoque certatum sit. Demosthenes autem civibus suis auctor fuerat, ne acciperent, si δοῦναι, ἀλλὰ μὴ ἀποδοῦναι pergeret: unde et ab Æschine, (p. 475. sq.) acerrimo ipsius adversario, et ab comicis poëtis, (Athenæi VI. p. 223. D.) non parum eo nomine exagitatus est: majoris tamen ponderis res erat, quam videbatur, ut ex hoc quoque loco intelligitur. VICTOR.

7, 5. Ἀπέδωκαν, ἀλλ' οὐκ ἔδωκαν] Eædem edd. excepta Spirensi, ἀπέδωκαν, οὐκ ἔδωκαν, omisso ἀλλά. BUHLE.

7, 6. τοδί] Substantia, sive rei natura, ut cibus famelico, vestis nudo, pecunia egeno, consilium anxio, navis, currus, equus fugienti, accommoda sunt, et maxime grata. SCHRADER.

7, 6. τοσονδί.] E prædicamento quantitatis peti vel maxime potest, cum amplificatio, tum diminutio beneficii. Artaxerxes Themistocli urbes plures donavit, Magnesiam, quæ pa-

nem, Lampsacum quæ vinum, Myuntem quæ obsonium præberet. Corn. Nep. in Themistocle X. 3. Urbium harum numerus et magnitudo augent beneficium. SCHRADER.

7, 6. τοιονδὶ.] Xenophon Exped. I. ix. 25. Κῦρος γὰρ ἔπεμπε βίκους οἴνου ἡμιδεεῖς πολλάκις, ὅποτε πάνυ ἡδὺν λάβοι, λέγων, ὅτι οὔπω δὴ πολλοῦ χρόνου τούτου ἡδίονι οἴνῳ ἐπιτύχοι κ. τ. λ. SCHRADER.

7, 6. σημεῖον,] h. e. animi parum benevoli. SCHRADER.

7, 6. φαῦλα εἰδώς.] Ut Calaber ille hospes quem Horatius ridet Ep. I. 7, 14. SCHRADER.

7, 6. εἰ ἔλαττον μὲν] Ita f. leg. *Si minus dederint, quam par esset.* TOUP.

7, 6. Εἰ ἔλαττον μὴ ὑπηρέτησαν] Vetus interpres Latinus vertit: *si minori non succurrerunt.* Legit itaque: εἰ ἐλάττονι μὴ ὑπηρέτησαν. Non bene. BUHLE.

7, 6. Εἰ ἔλαττον μὴ ὑπηρέτησαν.] Edd. eædem et Cam. μὴ ὑπηρέτησε. Itidem, ut videtur, Schol. Gr. VATER.

CAP. VIII.

8, 1. ἔλεος.] Stoici homines illiusque familiæ principes, ita misericordiam definierunt, ut a sententia Aristotelis non discreparent. Laërtius in Zenone §. 3.: ἔλεος οὖν ἐστι λύπη ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. Cicero autem Tusc. IV. 8. ita expressit: *Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis.* Φαινόμενον κακὸν appellat, quod nobis malum videatur: possemus enim in hoc falli, atque eam miseriam esse judicare, quæ minime sit: nec non ob eundem animi nostri errorem eos quandoque misereri, qui fortunati sint, quod ea in se habeant, quæ nos falso mala judicemus: adjungens vero φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ, cujus generis mala esse debeant, ostendit: sunt enim diversæ naturæ plura et atrocia mala, quæ, quamvis aliquem oppresserint, non miseret nos illius: si quis enim injustus est, si timidus, si intemperans, si illiberalis, et si magnis gravibusque vitiis premitur, misericordia illius non movemur: oportet, ut aut mortem, aut dolorem magnum afferant. Iisdem igitur malis, in probo viro positis, misericordia in animo alicujus commovetur, quibus imminentibus illi ipsi, ac propinquis, timet. Quod autem addidit τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, vitam etiam moresque ejus, qui adversa fortuna utitur, multum valere ostendit, ut misericordia excitetur: quamvis enim nihil eorum, quæ supra tradita sunt, requiratur; si improbus ipse, flagitiisque inquinatus fuerit, quamvis ejus etiam generis malis prematur, miserque ex omni parte sit, misericordia nos illius non capit. Quod si probum, innocentemque virum paupertate laborantem, aut acerrimis corporis doloribus oppressum videmus, miseret nos illius: in-

dignus enim erat his malis, proculque ab ipsis ob animi virtutes esse debebat. VICTOR.

8, 2. Ἐπὶ φαινομένῳ κακῷ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ. BUHLE.

8, 2. Προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν] Eædem edd. προσδοκήσειε παθεῖν, omisso ἄν. BUHLE.

8, 2. Προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν.] Edd. vett. ἂν omittunt, quod tamen per se non debet suspectum videri, nam ἂν sæpius in eodem enuntiato bis positum invenitur. VATER.

8, 2. Καὶ τοῦτο, ὅταν.] Cod. Victorii et priscus Intpr. καὶ τούτων ὅταν. Tunc τούτων ad τῶν αὐτοῦ referendum, aut potius scribendum est, τούτων ὅ, τ' ἄν. VATER.

8, 3. Οὐδὲν γὰρ ἂν] Vetus interpres Latinus, οὐδὲ γὰρ ἄν. BUHLE.

8, 3. Εἰ γὰρ ἅπαντα] Idem legit, notante Morelio, οἱ γὰρ ἅπαντα. BUHLE.

8, 3. Παθεῖν τι κακὸν] Idem, et Cod. Victorii: παθεῖν μηδὲν κακόν. BUHLE.

8, 4. Οἵ τε πεπονθότες] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Maj. omittunt dictionem encliticam τε. Minus bene. BUHLE.

8, 4. δειλότεροι μᾶλλον.] Μᾶλλον δειλοτέρους inquit ut I. 7, 18, locutus videtur, cum ait καὶ τὸ φιλεταῖρον εἶναι τοῦ φιλοχρήματον μᾶλλον κάλλιον: hunc enim modum loquendi sæpe usurpatum fuisse a veteribus Græcis scriptoribus multis exemplis collectis illic docui. Testatur autem Simplicius in librum Κατηγοριῶν eodem pacto locutum hunc fuisse, de his, quæ cum aliquo conferuntur, agentem: καὶ τὸ ἀνισαίτερον μᾶλλον καὶ ἧττον: ita enim tunc legebatur: qui tamen locus postea a recentioribus, mendosum ipsum falso opinantibus, depravatus est: ἄνισον enim illic nunc legitur. Sed hujus locutionis doctissimus interpres rationem reddit, declarans hæc, ceteraque hujusmodi, posse intendi ac remitti. Videtur itaque μᾶλλον, secundæ collationis nominibus adjunctum, præstantiam ejus, quod confertur, ad illud, cum quo confertur, augere. VICTOR.

8, 4, εὐλόγιστοι γάρ.] Εὐλόγιστοι sunt, qui accurate ducunt rationem rerum humanarum, nec plus ipsis tribuunt quam vere tribuendum sit: quos autem infra ἀλογίστους vocavit, his respondere puto, contrariosque significare. VICTOR.

8, 5. Γονεῖς, ἢ τέκνα] Eædem edd. γονεῖς, καὶ τέκνα. In sequentibus pro αὐτοῦ τε legunt αὐτοῦ γάρ. BUHLE.

8, 5. Τὰ εἰρημένα] Eædem edd. διὰ τὰ εἰρημένα. Nostram lectionem præbuerunt Victorii Codd. Referendum est τὰ εἰρημένα ad antecedens ταῦτα. BUHLE.

8, 5. Αὐτοῦ τε γὰρ ταῦτα καὶ (τοιαῦτα,) οἷα παθεῖν, τὰ εἰρημένα.] Postrema verba conjungi debent, interpunctione deleta, *ut patiantur ea, de quibus ante dictum est.* Alioquin εἰρημένα plane idem est ac ταῦτα, idque sine caussa repetitur, et simul

constructio interrumpitur. Nostra ratio nulla difficultate premitur, nam etiam ea, quæ passos misereri soleant, significata sunt, κακὰ φθαρτικὰ καὶ λυπηρὰ, ut huc τὰ εἰρημένα respiciant. VATER.

8, 6. Καὶ μήτε] Eædem edd. καὶ οἱ μήτε. BUHLE.

8, 6. Ἐν ὀργῇ, ἢ θάῤῥει] Vict. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἐν ὀργῇ καὶ θάῤῥει. Minus apte. BUHLE.

8, 6. Ἀλλ' οἱ μεταξὺ τούτων.] Edd. Ald. Bas. ἀλλ' ἀεὶ μεταξύ. VATER.

8, 6. ἐκπεπληγμένοι.] Accommodatum hic valde exemplum est de nece Cn. Magni, quo in primo libro usus sum c. 14. Ἐκπεπληγμένους autem intelligit *metu perculsos, pavore consternatos:* qui enim ob ingentem vim metus quasi ad stuporem rediguntur, ἐκπεπληγμένοι vocantur. VICTOR.

8, 7. Κἂν οἴωνται, τινὰς εἶναι ἐπιεικεῖς] Cod. Victorii: κἂν οἴονται, τινὰς εἶναι ἐπιεικῶν. BUHLE.

8, 7. ὁ γὰρ μηδένα οἰόμενος.] Talis erat Timon ille Atheniensis Ciceroni Tusc. IV. 11. Læl. 23. memoratus, item Mamercus, scito Martialis epigrammate derisus V. 29. SCHRADER.

8, 7. Ὅλως δὴ, ὅταν ἔχῃ οὕτως] Ald. Bas. 1. 2. Frob. et Ricc. καὶ ὅλως δὲ, ὅταν οὕτως. Ven. Cam. Spir. Major. καὶ ὅλως δὲ, ὅταν οὕτως ἔχει. Isingr. καὶ ὅλως δὲ, ὅταν οὕτως ἔχωσιν. Equidem Victorium secutus sum. BUHLE.

8, 7. ἀναμνησθῆναι.] Quod ad recordationem veterum incommodorum pertinet, vimque, quam habent ad nos misericordes efficiendos, cum eadem, aut paria in aliis spectamus, Virgilius ex persona Didonis hoc significavit, cum ita illam, cum Trojanis loquentem inducit; *Non ignara mali, miseris succurrere disco.* Theseus quoque apud Sophoclem Œd. Col. 562. ὡς οἶδά γ' αὐτὸς, ὡς ἐπαιδεύθην ξένος, Ὥσπερ σὺ, χὤστις πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης Ἥθλησα κινδυνεύματ' ἐν τῷ μᾷ κάρᾳ· Ὥστε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ὄνθ', ὥσπερ σὺ νῦν, Ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσώζειν· ἐπεὶ Ἐξοιδ' ἀνὴρ ὢν κ. τ. λ. Animadvertendum autem hic ἐλπίσαι de rebus malis dixisse Aristotelem, ut Virgilius quoque fecit, cum eandem reginam, ita loquentem, induxit. *Hunc ego si potui tantum* sperare *dolorem.* Sophocles Œd. Tyr. 771. ἐλπίδας appellavit opinionem futurorum malorum Κοὐ μὴ στερηθῇς γ' ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων Ἐμοῦ βεβῶτος. Consuetudo tamen sermonis *sperare* rebus secundis, *metuere* autem adversis tribuit. VICTOR.

8, 8. Ὅσα τε γὰρ τῶν λυπηρῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὅσα τε γὰρ ἐκ τῶν λυπηρῶν. BUHLE.

8, 8. Ὅσα τε γὰρ τῶν λυπηρῶν.] Ἐκ, quod ante τῶν in edd. vett. est, Victorius delevit auctoritate codicis antiquiss. et prisci Intpr. Statim post in verbis ὀδυνηρῶν φθαρτικὰ Muretus φθαρτικὰ non expressit vertendo. VATER.

8, 8. ὅσα τε γὰρ.] Λυπηρὰ et ὀδυνηρὰ ita differunt, ut prius animi, posterius corporis dolorem designet. Ceterum assentiar propemodum aut Mureto, illud φθαρτικὰ, aut Hermolao, illud ἀναιρετικὰ, vertere omittenti: omnino enim alterutrum abundare videtur. Duum nempe generum mala e definitione hic repetit, φθαρτικὰ et λυπηρά. Φθαρτικὰ vero et ἀναιρετικὰ idem plane notant: unde mox inter φθαρτικὰ recenset mortes. Si tamen cuiquam religio est id in textu delere, quod vel non satis capit, vel non probat, sequatur P. Victorii, eruditi, gravis, et considerati interpretis, qualemcunque hujus loci declarationem. SCHRADER.

8, 8. ὅσα ἀναιρετικά.] Nisi fallor, cum supra inquit ὅσα τε γὰρ τῶν λυπηρῶν καὶ ὀδυνηρῶν φθαρτικὰ, non dixit res omnes, quæ interimunt, esse miserabiles, sed docere voluit, quæ mala e genere malorum, ægritudinem animo, et cruciatum corpori importantium, miserabilia forent: affirmavitque hujuscemodi tantum illa esse, quæ interitum afferrent: sunt enim non paucæ res, quæ animum sollicitant, et corpus vexant, quæ misericordiam aliis non movent, ut si leviora etiam illa sint. Nunc vero generatim, non ad ea, quæ dolorem tantum faciunt, sermonem referens, inquit, cuncta mala, quæcunque illa sint, quæ perdendi vim habent, et ἀναιρετικὰ sunt, misericordiam excitare. VICTOR.

8, 10. Διὸ καὶ] Abest διὸ a Cod. Victorii. BUHLE.

8, 10. Ἀπὸ τῶν φίλων] Abest τῶν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

8, 10. αἶσχος ἀσθένεια ἀναπηρία.] Easdem has corporis labes conjunxit, et iisdem verbis appellavit Ethic. Nic. III. quo etiam in loco misericordiam excitare ipsas dixit. VICTOR.

8, 10. ὅθεν προσῆκεν—συμβῆναι.] Hinc docte eleganterque misericordiam expressit Catullus, cum Ariadnam infelicem casum suum ita deplorantem induxit, ac merita sua ingrato infidoque amatori objicientem. *Certe ego te in medio versantem turbine leti Eripui, ac potius germanum amittere crevi, Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem: Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque Præda, neque injecta tumulabor mortua terra.* VICTOR.

8, 10. Τὸ πολλάκις τοιοῦτο] Eædem edd. τὸ πολλάκις τοιοῦτον. BUHLE.

8, 11. πεπονθότος.] Velleius Paterc. II. 70. *Deciderat Cassii caput, cum evocatus advenit, nuncians Brutum esse victorem.* SCHRADER.

8, 11. Καὶ τὸ πεπονθότος γενέσθαί τι ἀγαθὸν] Isingr. καὶ τὸ πεπονθότι. Melius forsitan. BUHLE.

8, 11. Διοπείθει—τεθνεῶτι] Quisnam ille *Diopithes* fuerit, incertum est. Alius est hujus nominis, cujus, ut vatis magnæ

auctoritatis, meminerunt Aristophanes in Equitibus, et Plutarchus in vita Lysandri; alius, memoratus a Demosthene in oratione Philippica tertia, erat copiarum Atheniensium dux. Misit Diopithi, uter horum tandem ille fuerit, rex Persarum munera amplissima, quibus tamen Diopithes frui non poterat, cum mortuus esset, antequam illa ad eum pervenirent. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. legunt ὅτι τεθνεῶτι. Eliminavit ὅτι Victorius Codd. auctoritate. BUHLE.

8, 11. Βασιλέως, τεθνεῶτι.] Edd. vett. ὅτι τεθνεῶτι, sed a prisco Intpr. et a libris scriptis ὅτι abest. Paullo post ταῦτα καὶ τοιαῦτα sine dubio est mendum ed. Lips. in Bipontina repetitum. Edd. omnes, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα. VATER.

8, 11. Καὶ τὸ ἢ μηδὲν] Eædem edd. καὶ τὸ μηδὲν, sine disjunctiva. BUHLE.

8, 12. Ἐγγὺς ὅσιν οἰκειότητι] Eædem edd. ἐγγὺς ὅσιν οἰκειότητος, ut alibi passim οἱ ἐγγὺς γένους. BUHLE.

8, 12. Οἰκειότητι est ex cod. Victorii. Edd. vett. casu secundo hoc habent. Eædemque §. 13. ἐπ' αὐτῶν—ἐπ' ἄλλων pro ἐφ' αὑτῶν—ἐπ' ἄλλων. VATER.

8, 12. Διὸ καὶ Ἄμασις] De *Psammenito* hoc narravit Herodotus III, 14; quare Aristoteles aut memoria lapsus, aut alios scriptores ab Herodoto dissentientes secutus est. BUHLE.

8, 12. Ἐπὶ τὸ ἀποθανεῖν] Isingr. ἐπὶ τῷ ἀποθ. Minus recte. BUHLE.

8, 12. ἐκκρουστικόν.] Ἐκκρουστικὸν quod facultatem exturbandi aliunde quippiam, ejiciendique habet, appellatur: cum enim Cicero Tusc. IV. 35. inquit, *Etiam novo quodam amore veterem amorem, tamquam clavo clavum, ejiciendum putant*, hoc verbum expressit: in ea enim sententia exponenda Græci eo uti consuerant. Plutarchus in Comment. quo docet vitam ab Epicuro laudatam, ne jucundam quidem esse, de dolore loquens, inquit, p. 1087. μόλις ὑπ' ἄλλων πόνων, ὥσπερ ἥλων σφοδροτέρων, ἐκκρουόμενος ἀπαλλάττεται. Sic etiam Ethic. Nic. III. 12. accusans effrenatas cupiditates, inquit, κἂν μεγάλαι, καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. VICTOR.

8, 12. δεινὸν—ἐλεεινοῦ.] Shaksperius nostras *K. Lear* A. v. sc. 3. *This judgment of the heavens, that makes us tremble, Touches us not with pity.* Ad quem locum Tyrwhittus: *If Shakspeare had studied Aristotle all his life, he would not perhaps have been able to mark with more precision the distinct operations of* terror *and* pity.

8, 12. πολλάκις τῷ ἐναντίῳ χ.] Miserabile lenit animos ac mitigat, atrocitas, h. e. malum ingens et truculentum, eosdem duros sæpe reddit, et inexorabiles; itaque peccarint oratores, si malum nimium exaggerent, tum cum misericordiam ciere

volunt; quod enim immane et horrendum esse intelligitur, animum non tam ad misericordiam, quam ad horrorem, ad vindictam, ad furorem interdum impellit. SCHRADER.

8, 13. Ἐλεοῦσιν ἐγγὺς] Ibidem: ἐλεοῦσιν τοὺς ἐγγύς. Quod si τοὺς admittamus, legendum est quoque in sequentibus ὄντας pro ὄντος. Cod. Victorii non αὐτοῦ τοῦ δεινοῦ, sed αὐτοῖς τοῦ δεινοῦ, sed αὐτοῖς τοῦ δεινοῦ legit. BUHLE.

8, 13. Κατὰ ἡλικίαν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. κατὰ ἡλικίας. Eædem edd. sequentia commatia sic habent: καὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς ἕξεις, καὶ τὰ ἀξιώματα, καὶ τὰ γένη. BUHLE.

8, 13. Ἐπ' ἄλλων γιγνόμενα] Eædem edd. ἐπ' αὐτῶν γιγνόμενα. Male. In antecedentibus restituit Victorius e Codd. et vetere versione Latina καὶ ἐνταῦθα, quæ verba edd. Victoriana antiquiores non agnoscunt. BUHLE.

8, 14. πάθη.] Πάθη vocat hic, non motus animi, de quibus nunc accurate copioseque agit, sed casus quosdam sævos et atroces, cujusmodi in tragœdiis tractari consuerunt; ipse enim quoque in primo libro de Arte Poetarum hoc valere πάθος affirmavit, dicens esse factum, quod perdendi vim habeat, aut dolorem corpori inurat, ut sunt, inquit, neces in aperto, acerrimi corporis cruciatus, vulnera, hujuscemodique alia. Quod vero μυριοστὸν ἔτος inquit, finitum tempus pro infinito posuit: est autem usitatus modus loquendi. VICTOR.

8, 14. Ἀνάγκη τοὺς συναπεργαζομένους.] Hæc manifesto est ἀπόδοσις illius ἐπεί: positis enim illis, necessario, quod nunc narrat, consequitur: Non potest fieri, inquit, quin illi, quorum acerbi casus exponuntur, expressi repræsentatique iisdem corporis gestibus, quibus in malo sustinendo usi fuerunt, ac vocibus, et vestitu, ad summamque omnibus rebus, quibus actores fabularum utuntur, studiumque illud proprium ipsorum requirit, miserabiliores sint, ac majorem luctum afferant iis, qui cernunt. Συναπεργάζεσθαι valere quod ostendi, manifestum est: eodem autem verbo usus est Poet. c. 17. Δεῖ δὲ τοὺς μυθοὺς συνιστάναι καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιστα πρὸ τῶν ὀμμάτων τιθέμενον: et paullo post, ὅσα δὲ δυνατὸν καὶ τοῖς σχήμασι συναπεργαζόμενον. VICTOR. Vide Twiningium p. 375.

8, 14. Σχήμασι] Isingr. σχήματι. BUHLE.

8, 14. Καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει] Cod. Victorii, et vetus interpres Latinus: καὶ ὅλως ἐν ὑποκρίσει. BUHLE.

8, 14. ἐγγὺς γὰρ ποιοῦσι.] Hoc quoque fuerat consilium T. Labieni, accusatoris C. Rabirii, quem arguebat necesse L. Saturninum, cum in concionem Saturnini imaginem attulit: de qua Cicero in defensione ipsius: quærebat enim reo invidiam facere, et animos multitudinis misericordia commovere, refricans ita veterem plagam. VICTOR.

8, 15. Διὰ τὸ αὐτὸ] Idem: διὰ τοῦτο. BUHLE.

8, 16. Ἐσθῆτάς τε] Abest dictio enclitica τε ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

8, 16. Καὶ λόγους τῶν ἐν τῷ πάθει ὄντων] Vetus interpres Latinus, Cod. Victorii, et Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. καὶ λόγους, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἐν τῷ πάθει ὄντων. Georgius Trapezuntius vertit: *et verba, cum jam morirentur.* Itaque τῶν ἐν τῷ πάθει ὄντων in Codice suo non legit. BUHLE.

8, 16. καὶ μάλιστα.] Præsertim vero, inquit, misericordiam movet, si eos, qui crudeliter interfecti sunt, oratores ostenderint in ipsis illis acerbissimis casibus fortes fuisse, constantique animo mortem tulisse: *cum enim*, ut Cicero (De Or. II. 52.) inquit, qui prorsus hoc significare voluit, *singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiantur, tamen afflicta ac prostrata virtus maxime luctuosa est.* VICTOR.

8, 16. Ὄντας ἐλεεινὸν] Non habent ἐλεεινὸν Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Reposuit illud e MSto et vetere versione Latina Victorius. BUHLE.

8, 16. Καὶ ὡς ἀναξίου τε ὄντος] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Majorag. καὶ ὡς ἀναξίους τε ὄντας. BUHLE.

8, 16. Ἀναξίου τε ὄντος.] Cum in edd. vett. et Schol. Gr. sit ἀναξίους τε ὄντας, illud libris scriptis melioribus et prisco Intpr. auctoribus recte legitur. VATER.

8, 16. ἐσθῆτας. Quintilianus VI. 1. 31. *Populum Romanum egit in furorem prætexta Cæsaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipsum impositum lecto erat, vestis tamen illa sanguine madens ita repræsentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maxime occidi videretur.* Vide de hac M. Antonii eloquentia Plutarchum p. 922. B. Suetonium Jul. 84. Appianum Bell. Civ. II. 146. SCHRADER.

CAP. IX.

9, 1. νεμεσᾶν.] Quod Græco par sit, nostri Latinum verbum non habent: et hæc causa est, cur externo sæpe usi illi sint. Qui hoc facere noluerunt, *indignationem* dixerunt: non plene tamen, nisi fallor, vim hujus rei Latinum nomen exprimit. Horatius cum in Ode in Menam, S. Pompeii libertum, *liberrima indignatio* inquit, νέμεσιν intellexit. Plinius quoque eo verbo usus est. *Ab Antonio proscriptus est Nonius senator, filius Strumæ Nonii, quem Catullus in sella curuli visum indigne tulit.* Nam intelligi a Plinio epigramma, *Quid est, Catulle, quid moraris emori*, apertum est; ut etiam motum illum animi Catulli a Græcis appellari nemesin, constat. VICTOR.

9, 1. Τῷ γὰρ λυπεῖσθαι] Ald. Bas. Frob. Ricc. et Spir. τὰ

γὰρ λυπεῖσθαι, sicut etiam in sequentibus legunt τὸ λυπεῖσθαι. Male. Isingr. τὸ γὰρ λυπεῖσθαι, at in sequentibus agnoscit τῷ λυπεῖσθαι. Sic etiam vetus interpres Latinus. BUHLE.

9, 1. ἤθους χρηστοῦ.] Ex hoc aperte colligitur, quantopere discreparit a sententia judicioque Stoicorum, qui misericordiam vituperabant: nam omnem Peripateticorum familiam laudasse, quod hic princeps ipsius facit, hos affectus, tradit etiam Plutarchus in Homeri vita c. CXXXII. Πάλιν δὲ τῶν περὶ Ἀριστοτέλην ἀστεῖα πάθη ἡγουμένων τὴν νέμεσιν, καὶ τὸν ἔλεον, (τὸ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς δάκνεσθαι ἐπὶ τοῖς πλησίον, εἰ παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦσι, νέμεσις καλεῖται· τὸ δὲ λυπεῖσθαι, εἰ παρ' ἀξίαν δυστυχοῦσιν, ἔλεος λέγεται·) ταῦτα καὶ Ὅμηρος προσήκειν τοῖς ἀγαθοῖς νομίζει, ὅπου καὶ τῷ Διῒ ἀνατίθησιν αὐτά· κ. τ. λ. VICTOR.

9, 2. Καὶ ἐλεεῖν] Restituit hæc verba Victorius e MSto, et vetere versione Latina. Desunt in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

9, 3. Ὡς συνεγγὺς ὂν καὶ ταὐτὸν] Eædem edd. ὡς συνεγγύς τε καὶ ταὐτὸν ὄν. BUHLE.

9, 3. Λύπη γὰρ] Eædem edd. λύπη μὲν γάρ. BUHLE.

9, 3. Λύπη γὰρ ταραχώδης. Edd. Ald. Bas. λύπη μέν. VATER.

9, 3. οὐ τοῦ ἀναξίου.] Magn. Ethic. I. 28. Νέμεσις δέ ἐστι μεσότης φθονερίας καὶ χαιρεκακίας· ἀμφότεραι γὰρ αὗται ψεκταί εἰσιν· ὁ δὲ νεμεσητικὸς ἐπαινετός. Ἔστι δὲ ἡ νέμεσις περὶ ἀγαθὰ, ἃ τυγχάνει ὑπάρχοντα ἀναξίῳ ὄντι, λύπη τίς. Νεμεσητικὸς οὖν ὁ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λυπητικός· καὶ αὐτός γε πάλιν οὗτος λυπήσεται, ἄν τινα ἴδῃ κακῶς πράττοντα ἀνάξιον ὄντα. Ἡ μὲν οὖν νέμεσις καὶ ὁ νεμεσητικὸς, ἴσως τοιοῦτος· ὁ δέ γε φθονερὸς ἐναντίος τούτῳ· ἁπλῶς γὰρ, ἄν τε ἄξιός τις εἴη, ἄν τε μὴ, τοῦ εὖ πράττειν, λυπηθήσεται. Ὁμοίως τούτῳ ὁ ἐπιχαιρέκακος ἡσθήσεται κακῶς πράττοντι καὶ τῷ ἀξίῳ καὶ τῷ ἀναξίῳ· ὁ δέ γε νεμεσητικὸς οὔ, ἀλλὰ μεσότης τίς ἐστι τούτων.

9, 3. ἴσου καὶ ὁμοίου.] Ἴσον ὅμοιονque inquit, ut veteres Græci auctores in fœderibus faciendis loqui solebant: necnon, ut Cicero quoque in lib. XIII. epistolarum ad Atticum de litteris ad Cæsarem dictatorem missis, dixit, *Nec mehercule scripsi aliter, ac si πρὸς ἴσον ὅμοιονque scriberem.* Discrimen autem esse inter ἴσον et ὅμοιον tradunt veteres grammatici ostendisse etiam Euripidem, cum inquit, (Phœn. 504.) *οὔθ' ὅμοιον οὐθὲν, οὔτ' ἴσον βροτοῖς.* Esse vero ὅμοιον qualitatis, ἴσον quantitatis, perspicuum est. VICTOR.

9, 3. τὸ δὲ μὴ ὅτι αὐτῷ κ. τ. λ.] Omnes qui invident et qui indignantur hoc habent commune, ut propter aliena bona perturbentur. Sed ejus perturbationis causa non inde nascitur, quod putent illa bona aliena sibi detrimentum aliquod aut damnum allatum, sed quia bona illis evenerunt, quibus potius male optant, et quos nihil habere boni cuperent. Cum autem dolemus alicui bonum ejusmodi evenisse, quod nobis aliquo modo nocere posset, tunc ea perturbatio non Nemesis

aut invidia vocatur, sed metus potius. Quo enim feliciorem fortunam habent inimici nostri, eo fiunt insolentiores, et in nobis metus duplicatur, cum audimus inimicum nostrum aut opibus aut dignitatibus auctum. MAJORAG.

9, 3. Ἅπασιν ὁμοίως] Ibidem: ὁμοίως πᾶσιν. Magis concinne. BUHLE.

9, 3. Τὸ μὲν φθόνος· τὸ δὲ νέμεσις] Ibidem mutato ordine: τὸ μὲν νέμεσις· τὸ δὲ φθόνος. BUHLE.

9, 3. Ἀλλὰ φόβος] Cam. φθόνος, haud dubie operarum peccato. BUHLE.

9, 3. Ἂν διὰ τοῦτο] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἂν δι' αὐτὸ τοῦτο. BUHLE.

9, 4. Ἐπὶ τοῖς ἀναξίοις κακοπραγοῦσιν—τοῖς ἐναντίοις κακοπραγοῦσιν] Cod. Victorii, margo Isingr. et vetus interpres Latinus: ἐπὶ τοῖς ἀναξίως κακοπραγοῦσιν—τοῖς ἐναντίως κακοπραγοῦσιν. Melius. BUHLE.

9, 4. Ἡ ἄλυπος ἔσται.] Edd. eædem ἢ ἄλυπός πως ἔσται. VATER.

9, 4. Οἷον, τοὺς πατραλοίας] Ven. Cam. Spir. Majorag. οἷον, διὰ τοὺς πατραλοίας. BUHLE.

9, 4. Οἷον τοὺς πατραλοίας.] Ita omnes libri scripti et priscus Intpr. Hoc est anacoluthon. Aristoteles casum quartum posuit, ut pergeret, οὐδεὶς ἂν ἐλεήσει χρηστός; post, interjecto inciso aliquo, ex hac constructione excidit, et passiva voce utitur. Correctione, quæ in edd. Ven. Cam. invenitur, οἷον διὰ τοὺς opus non est. VATER.

9, 5. ὁ γὰρ αὐτός ἐστιν.] Invidus et ἐπιχαιρέκακος sunt duo diversa extrema indignationis. Nemesin enim inter virtutes, atque inter φθονερίαν et χαιρεκακίαν mediam collocat Aristot. Ethic. Nic. II. 7. Magn. Ethic. I. 28. Non itaque idem sunt sed potius opposita. Nihilominus hæc est indoles utriusque hujus extremi, et uni horum obnoxius, sit et alteri. SCHRADER.

9, 5. Στερήσει, καὶ τῇ φθορᾷ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. στερήσει καὶ φθορᾷ, non repetito articulo. BUHLE.

9, 6. Τίσι τε νεμεσῶσι] Non agnoscunt eædem edd. particulam τε. In sequentibus pro καὶ πῶς habent καὶ ὅπως. BUHLE.

9, 7. Ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς] Ald. Bas. et Ricc. ἐπὶ πᾶσι ἀγαθοῖς. BUHLE.

9, 8. Εἰ δίκαιος] Cam. omisit εἰ. BUHLE.

9, 8. Νεμεσήσει τούτῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. νεμεσᾷ τούτῳ. BUHLE.

9, 8. Εἰσὶν οἱ ἀγαθοί.] Ed. Cam. articulum omittit; item edd. Ald. Bas., in quibus hæc ita leguntur: οἷς, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνάξιοί εἰσιν ἀγαθοῖς. VATER.

9, 8. Καὶ οἱ τὰ φύσει] Ald. Bas. et Ricc. καὶ εἰ οἱ τὰ φύσει. Non bene. BUHLE.

9, 9. Καὶ διὰ τοῦτο] Vetus interpres Latinus et Cod. Victorii: ἢ διὰ τοῦτο. BUHLE.

9, 9. Καὶ διὰ γένους] Ita correxit Victorius fide MStorum. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ διὰ γένος. BUHLE.

9, 9. Διὰ γένους.] Edd. vett. διὰ γένος. Illud libri scripti omnes et Schol. Gr. Aliquanto post edd. vett. καὶ διὰ τὸν πλοῦτον. Auctoritate optimorum codd. καὶ a Victorio deletum est. VATER.

9, 9. Ἄρχοντες διὰ τὸν πλοῦτον] Eædem edd. ἄρχοντες καὶ διὰ τὸν πλοῦτον. Expunxit καὶ Victorius. Recte. BUHLE.

9, 11. γάμοι διαφέροντες.] Uxorem h. e. summo loco natam, corporisque atque animi dotibus eximiam; sic Plutarchus in Pelop. p. 279. C. Πελοπίδᾳ δὲ ἦν γάμος λαμπρός. Objecit, quod ad arma pertinet, Ajax apud Ovidium Ulyssi, in contentione de armorum judicio. VICTOR.

9, 11. Ἐὰν οὖν ἀγαθὸς ὢν μὴ τοῦ ἁρμόττοντος τυγχάνῃ.] Muretus vertit perinde ac si scriptum esset, τοῦ μὴ ἁρμόττοντος: *Evenit, ut interdum, etsi vir bonus consequatur aliquid boni, quia tamen id bonum ipsi non convenit, commoveatur indignatio.* At si ἀγαθὸς ὢν hoc sensu prolatum esset: id, ni fallor, aliquo modo significatum esset, ut addito περ. Manet quidem difficultatis aliquantulum, si cum Sigonio reddis: *Si, qui bonus est, rem convenientem non adipiscatur, movet stomachum;* quia potius dicendum erat, si, qui malus est, rem non convenientem adipiscatur. Sed propositio hæc facile potest intelligi, declarata altera, quæ ex adverso posita est. Buhlius, ut sæpe, Mureti lectionem in versione, vulgarem in oratione Græca expressit. VATER.

9, 11. Τὸν ἧττω τῷ κρείττονι] Eædem edd. τὸν ἥττω κρείττονι. Minus concinne, ut jam sensit Sylburgius. Ibidem in sequentibus μάλιστα μὲν οὖν omissum est οὖν. BUHLE.

9, 11. Ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται] Homer. Iliad. XI. 542. Alter versus ab Aristotele excitatus a vulgatis Homeri editionibus abest; occurrit autem in vita Homeri Plutarcho adscribi solita, ubi pro νεμέσασχ' ὅτ' legitur νεμέσασθ' ὅτι, sicut Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. habent νεμέσησεν ὅτι, invito metro. BUHLE.

9, 11. Αἴαντος δ' ἀλέεινε.] Duo hi continentes versus apud Homerum nunc minime leguntur: non pauci enim ex eo poemate olim a criticis sublati sunt: prior sane in XI. Iliadis (Λ. 542) legitur, nec sequitur ipsum, qui hic ipsi adjunctus est: eum tamen locum arbitror significari, posterioremque hunc illic defecisse suspicor. Eosdem vero Plutarchus in vita ejus poëtæ adducit c. CXXXII. VICTOR.

9, 11. Ζεὺς γὰρ οἱ νεμέσασχ'.] Edd. Vett. νεμέσησεν. Victorio judice aut νεμέσασχ' aut νεμέσησ' scribendum est. Utrumque in libris scriptis inveniri dicit, illud in fidelioribus. Hoc Muretus et Wolfius præferunt. VATER.

9, 11. Ταῦτα γὰρ] Eædem edd. ταῦτά τε γάρ. BUHLE.

9, 12. Τυγχάνωσιν ὄντες] Reposuit ὄντες e Codd. Victorius, quod in edd. iisdem exciderat. BUHLE.

9, 12. Τυγχάνωσιν ὄντες.] Ὄντες, quod edd. vett. omittunt, ex cod. Victorii et prisco Intpr. est. Ex eodem codice restitutum est ἠξιῶσθαι, cum edd. vett. ἀξιοῦσθαι habeant. VATER.

9, 12. Τῶν ὁμοίων ἠξιῶσθαι] Itidem ex emendatione Victorii. Edd. eædem: τῶν ὁμοίων ἀξιοῦσθαι. Lectionem Victorianam confirmat vetus interpres Latinus. BUHLE.

9, 13. Σπουδαῖοι τυγχάνουσι.] Muretus vult scribi, οὐ τυγχάνουσι, *qui cum boni gravesque viri sint, ea non consequuntur.* Quocum consentire nequeo. Pronuntiati caussa hæc adjicitur. *Injustitiam qui odit, et, quid injustum sit, intelligit, iste indignatur.* Inde perspicitur, hic non quæri, utrum aliquid consecuti fuerint, nec ne; sed tantummodo de eo, quod possint et velint recte judicare. Ὄντες τυγχάνουσι pro εἰσι est positum. *Secundo loco, si sint boni et virtute præditi.* Schol. Gr. cum vulgato facit. VATER.

9, 13. Κρίνουσί τε γὰρ εὖ, καὶ τὰ ἄδικα μισοῦσι] Edd. eædem: κρίνουσι γὰρ εὖ, καὶ τὸ ἄδικον μισοῦσι. Georgius Trapezuntius: *oderuntque, quod injustum est.* BUHLE.

9, 14. Πράξεων] Codd. quidam Victorii: πραγμάτων. BUHLE.

9, 14. Ὀρεγόμενοι τινῶν πράξεων.] Ita præter edd. vett. etiam priscus Intpr. et Schol. Gr. Πράξεων vix placeat. Νεμεσῶσι ὀρεγόμενοι τινῶν πράξεων significat, *indignari eos, qui quod alter potest facere et facit, se efficere posse optent.* Quod cum sane obscurius ita significatum fuerit, magis convenit, sicut alias φιλότιμοι cum aliis, qui alicujus *rei* cupidi sint, junguntur (L. I. 6. extr.), ita hic adjici, ὀρεγόμενοι τινῶν πραγμάτων. Quam lectionem, cum non solum in nonnullis proletariis codicibus, sed etiam in egregio illo et antiquissimo reperta sit, anteponendam esse arbitror. Paullo post pro τυγχάνουσι haud bene edd. Ald. Bas. Cam. τυγχάνωσι. VATER.

9, 15. Διὸ καὶ οἱ ἀνδραποδώδεις] Non habent καὶ Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Majorag. BUHLE.

9, 15. Οὐ αὐτοὺς οἴονται] Ald. Bas. Frob. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. οὐ αὐτοὺς οἴονται. Recte ex Isingr. in Lips. receptum αὐτοὺς, quod recipiendum esse, jam Sylburgius monuerat. In antecedentibus οὐδὲν γάρ ἐστι τοιοῦτον non agnoscunt τοιοῦτον plures Victorii Codices. BUHLE.

CAP. X.

10, 1. φθόνος.] Xenophon Memor. III. 9. φθόνον δὲ σκοπῶν ὅ τι εἴη, λύπην μέν τινα ἐξεύρισκεν αὐτὸν ὄντα, οὗ τι μέντοι τὴν ἐπὶ φίλων ἀτυχίαις, οὔτε τὴν ἐπ' ἐχθρῶν εὐτυχίαις γιγνομένην· ἀλλὰ μόνους ἔφη φθονεῖν τοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων εὐπραξίαις ἀνιωμένους. Æschyl. Agam. 841. Παυροῖς γὰρ ἀνδρῶν ἐστι συγγενὲς τόδε, Φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἄνευ φθόνου σέβειν. Utrumque locum excerpsit Stobæus tit. XXXVIII.

10, 1. Περὶ τοὺς ὁμοίους] Ald. Bas. Ven. Ricc. Spir. ἐπὶ τοὺς ὁμοίους. BUHLE.

10, 1. Μὴ ἵνα τι αὐτῷ.] Muretus felicissime emendat, μὴ ἵνα μή τι αὐτῷ: quare vertit, *ut ne quid eveniat.* Idque sine dubio hac de caussa, quod Aristoteles nullo in loco, quod negari vix poterit, negavit, invidentes sibi cupere, quæ videant in aliis. At dixerat, metu non effici, ut invideant, (c. IX. §. 3. μὴ ὅτι τι συμβήσεται). Quam sententiam Aristoteles hic repetiisse videtur, et nonnisi aliter expressisse: μὴ ἵνα μή τι αὐτῷ scil. συμβαίνῃ. Idem, ni fallor, Schol. Gr. ante oculos habuit, quod ita reddit: οὐχὶ, διότι αὐτοῖς μέλλει γενέσθαι τι κακόν. Sæpe in his libris legitur, ἵνα τι αὐτῷ, *ut lucretur aliquid:* hoc librariorum menti obversatum corruptioni ansam dedisse existimo. VATER.

10, 1. μὴ ἵνα τι.] Nimium sibi iterum indulget Muretus noster, dum μὴ ἵνα τι transmutat in μὴ ἵνα μή τι citra necessitatem. Plana enim est lectionis, quam invenit, præ illa, quam intrusit, sententia, nempe ista: Invidus dolet ob bonum alterius, μὴ ἵνα τι αὐτῷ, non quod ex alterius bono ipse quippiam mali sibi metuat, aut ex alterius malo sibi quidquam boni speret, sed quod alterius felicitatem spectare haut sustineat. Sua nimirum commoda, dum invidia æstuat, non attendit, nec animo propterea angitur, quod res secundæ alterius vel sibi officiant, vel ad se ab ipso translatum iri, speret: Id enim si animo verset, alterius generis affectus fuerit. Invidus autem, qua talis, una ea de caussa dolet, quod bonis quibusdam ornatum cernit eum, in quo ferre ista nequit. SCHRADER.

10, 2. Καθ' ἡλικίαν, καθ' ἕξιν.] Cod. Victorii, καθ' ἡλικίας, κατὰ ἕξεις. VATER.

10, 2. κατὰ ἕξιν—ὑπάρχοντα.] Κατὰ ἕξιν similes appellat, qui artibus, scientiis, et hujuscemodi rebus pares sunt: κατὰ δόξαν vero gloria, dignitate, et hominum erga ipsos existimatione similes: κατὰ τὰ ὑπάρχοντα patrimonio ac re familiari. VICTOR.

10, 2. Οἷς μικροῦ ἐλλείπει] Isingr. οἷς μικρὸν ἐλλείπει. BUHLE.

10, 2. Καὶ εὐτυχοῦντες] Cod. Victor. καὶ οἱ εὐτυχοῦντες. BUHLE.

10, 3. Καὶ ὅλως οἱ φιλόδοξοι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. καὶ οἱ ὅλως φιλόδοξοι. Minus apte. BUHLE.

10, 3. μικροψυχοί.] De hac labe et opposita illi virtute agit Aristoteles Eth. IV. 3. In libello De Virtutibus et Vitiis Aristoteli tributo pusillanimis ita describitur p. 227. ed. Sylb. Μικροψυχίας δέ ἐστι τὸ μήτε τίμην μήτε ἀτιμίαν, μήτε εὐτυχίαν μήτε ἀτυχίαν δύνασθαι φέρειν, ἀλλὰ τιμώμενον μὲν χαυνοῦσθαι, μικρὰ δὲ εὐτυχήσαντα ὑπεξαίρεσθαι· ἀτιμίαν δὲ, μηδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐνεγκεῖν δύνασθαι· ἀπότευγμα δὲ, ἄτην καὶ ἀτυχίαν κρίνειν μεγάλην· ὀδύρεσθαι δὲ ἐπὶ πᾶσι, καὶ δυσφορεῖν. Ἔτι δὲ τοιοῦτός ἐστιν ὁ μικρόψυχος, οἷος πάντα τὰ ὀλιγωρήματα καλεῖν ὕβριν καὶ ἀτιμίαν, καὶ τὰ δι' ἄγνοιαν ἢ λήθην γιγνόμενα. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μικροψυχίᾳ, μικρολογία, μεμψιμοιρία, δυσελπιστία, ταπεινότης. SCHRADER.

10, 4. Φιλοτιμοῦνται ἔργοις] Codex Victorii addit: ἢ κτήμασι. BUHLE.

10, 4. Δεῖν αὐτοὺς ἔχειν.] Necessario αὐτοὺς scribendum videtur, et ita jam impressum est in exemplis accuratioribus, ut Victorii, Sylburgii, Casauboni. Itidem haud multo post, παρ' αὐτοῖς legendum erit. VATER.

10, 5. καὶ ἡλικίᾳ.] Hoc tamquam fundamento nisus est Fabius Maximus apud T. Livium ad extinguendum invidiæ crimen, quo flagrare se intelligebat, quia adversabatur pulcherrimo conatui florentissimi juvenis: docuit enim si nullæ aliæ res ab ea culpa ipsum vindicarent, ætatem saltem liberare debere, quod nulla æmulatio seui cum P. Scipione esse posset, qui ne filio quidem ipsius æqualis foret. VICTOR.

10, 5. Τὸ συγγενὲς] In Bruto (c. 42.) quoque Cicero hoc eleganter expressit, cum ita loquentem ipsum de se ac Ser. Sulpicio induxit, quorum amicitiam multarum rerum similitudo contaminare non poterat. *Simul illud gaudeo, quod et æqualitas vestra, et pares honorum gradus, et artium studiorumque finitima vicinitas, tantum abest ab obtrectatione invidiæ, quæ solet lacerare plerosque, uti ea non modo exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur.* VICTOR.

10, 5. Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ] Idem: τὸ συγγενὲς καὶ γάρ. BUHLE.

10, 5. Παρ' αὐτοῖς, ἢ παρὰ] Ibidem: παρ' αὐτοῖς, καὶ παρά. BUHLE.

10, 5. Πρὸς τούτους, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα] Ibidem: πρὸς τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα. BUHLE.

10, 6. Ἐπεὶ δὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐπειδὴ δέ. BUHLE.

10, 6. Ὅθεν εἴρηται] Vetus interpres Latinus, et Cod. Victorii: διόπερ εἴρηται. BUHLE.

10, 7. Καὶ τοῖς—φθονοῦσι.] Hæc paragraphus in Cod. Victorii loco movetur et, præmissis iis, quæ sequuntur, ante δῆλον γὰρ collocatur. VATER.

10, 7, Ἢ οἱ μόλις] Isingr. οἱ ἢ μόλις. Melius. BUHLE.

10, 8. Ὧν ἢ κεκτημένων] Abest disjunctiva ἢ ab Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

10, 8. Εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι, ἐγγὺς καὶ ὅμοιοι.] Facile intelligetur, non omnes, qui nanciscantur aut perficiant aliquid, quod nobis non licet, eo ipso nobis ἔγγυς καὶ ὁμοίους εἶναι. Potius declaratur, qui sint ii, *quibus id, quod volunt, consecutis et bene rem gerentibus, aliquod nobis dedecus confletur.* Itaque ἔγγυς καὶ ὅμοιοι non est prædicatum; neque articulus deesse poterit, sed scribendum erit, οἱ ἔγγυς καὶ ὅμοιοι. Οἱ propter exitum vocis οὗτοι facile absorberi potuit. Καὶ ante ὅμοιοι, quod deest in edd. vett. Victorius ex antiquissimo et aliis libris scriptis bene restituit. VATER.

10, 8. Ἐγγὺς καὶ ὅμοιοι] Eædem edd. ἐγγὺς ὅμοιοι. Non male. BUHLE.

10, 9. πρεσβύτεροι.] Non sine causa igitur multi suspectam habebant sententiam Q. Fabii de non transportando in Africam exercitu: putabantque ipsum impedire consilium P. Scipionis obtrectationis magis atque invidiæ causa, quam quod non intelligeret rationem illam belli gerendi utilissimam esse reipublicæ, ac posse liberare Italiam maximis malis, quia non ferret æquo animo crescentem in dies gloriam fortissimi juvenis: tota enim illa bene gerendæ reipublicæ laus antea ipsius erat. VICTOR.

10, 9. Πρεσβύτεροί γε νεωτέροις.] Γε in edd. Ald. Bas. Cam. omittitur. VATER.

10, 11. ὡς γὰρ μὴ ἔχοντες.] *Quomodo affecti dolent.* Ita vertit Muretus, omissa negandi particula, quæ in Græco hic comparet. Firmat Mureti correctionem veteris tralationis in membrana scriptæ exemplum nostrum primum, in quo legitur, *Quomodo enim habentes tristantur, sic habentes de contrariis delectabuntur.* Unde ab hujus interpretis Græco codice negandi particulam abfuisse liquet. Veritas autem hujus lectionis e re ipsa quoque fiet manifesta, si per πρότάσεις a §. 2 ad 9 transeas, et huc illas applices. Ambitiosi e. g. dolent honore alterius, iidem, sive eodem modo affecti, gaudent alterius opprobrio. Qui res magnas gerunt, et fortuna utuntur prosperrima, dolent, si alium ad eundem fortunæ gradum cernant evectum: iisdem vero illi gaudent cum alios longe infra si relinqui conspiciunt. SCHRADER. In membr. Balliol. locus sic redditur: *Quomodo enim* (qñ̃o. n. sic MS.) *habentes tristantur sic habentes delectabuntur.*

10, 11. Ὡς γὰρ μὴ ἔχοντες λυποῦνται.] Muretus censet, omisso μὴ, legendum esse, ὡς γὰρ ἔχοντες, hancque lectionem Schraderus in antiquæ versionis Latinæ codice membranaceo invenit. Si hæc tantummodo ad verba, quæ antecedunt, postrema, πῶς ἔχοντες, referrentur, tunc ἔχοντες bis significa-

ret, *ita affecti*, et tunc, ni fallor, sine dubio μὴ delendum esset. Nam versio Majoragii, qui, retento μὴ, utrobique ita vertit, ferri vix poterit: *Quo enim modo non sunt affecti, cum dolent, eodem modo affecti contrariis rebus lætabuntur.* Cum enim hujus gaudii natura e natura doloris, quæ in loco de invidia declarata est, definiatur: quæ demum est illa significatio, si dicitur, quomodo invidi non sunt affecti, eodem modo sentiunt nacti id, quod volunt? Itaque intelligetur, ἔχοντες bis significare *possidentes*, *nacti*, et respici ad bona, quæ invidentes appetant, non ad solam animi affectionem. Recte Riccobonus, *ut enim non habentes molestia afficiuntur, sic habentes ex contrariis voluptatem percipiunt.* VATER.

10, 11. Ὡς γὰρ μὴ ἔχοντες λυποῦνται, οὕτως ἔχοντες ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἡσθήσονται.] Hic nollem Riccoboni rationem prætulisses Muretinæ correctioni. Hæc mihi, sive tenorem sententiarum seu usum sermonis spectanti, verissima videtur. Dabo Tibi paraphrasin meam: Nam *quo modo afflígitur* invidus, quum ceteris hominibus acciderunt alia atque ea, quæ iis accidere vellet, *eodem modo lætetur necesse est*, si contra evenit, h. e. si mala iis acciderunt. Utrobique videlicet idem affectus est animorum, eadem ἕξις. WOLF.

10, 11. Ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις] Isingr. καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. Cod. Victor. ἐπὶ τοῖς ἐναντίως. BUHLE.

10, 11. Οἷοι οἱ εἰρημένοι] Ven. Cam. Spir. Majorag. οἷοι καὶ οἱ εἰρημένοι. BUHLE.

CAP. XI.

11, 1. Πῶς δ' ἔχοντες ζηλοῦσι] Sic recte emendavit Victorius e MSto, et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πῶς δ' ἔχουσιν οἱ ζηλοῦντες. Idem quoque expressit Georgius Trapezuntius. Conf. ad hanc §. Victorii Comment. p. 385. BUHLE.

11, 1. ζῆλος.] *Æmulationem* ζῆλον reddidi, ut Cicero Tusc. IV. 8. fecit: eundem enim hunc affectum Stoici eodem nomine appellabant: nam ζῆλον ille expressit, cum æmulationem definiit. Eam autem principes illius familiæ æmulationis definitionem afferebant, quæ non valde ab Aristotelea discreparet. Hyperbaton vero hic est, pendetque omnis sententia usque ad verba illa ἀνάγκη δὴ ζηλωτικούς. VICTOR.

11, 1. οὐχ ὅτι ἄλλῳ.] Cicero Tusc. IV. 8. *Æmulatio ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.* Idem in eodem libro c. 26. *Cum sit æmulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat.* VICTOR.

11, 1. Τὸν πλησίον μὴ ἔχειν] Ald. et Bas. omiserunt μὴ ἔχειν. Male. BUHLE.

11, 1. Ζηλωτικοὺς μὲν εἶναι] Abest μὲν ab Ven. Cam. Isingr. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

11, 1. Ὧν μὴ ἔχουσι.] Sententia, quæ sequitur, *neminem ea, quæ fieri non possunt, expetere*, postulat antecessisse aliam, ad quam referatur. Quare, ut opinor, Muretum sequi debemus, qui præcipit, interjicienda esse hæc, ἐνδεχόμενον αὐτοῖς λαβεῖν, (*quibus carent, cum tamen eorum capaces sint*), quæ desint in vulgatis. Conjicere licet, hæc eum in libro quodam scripto invenisse. Nam, ubi ipse emendat, aliter loquitur. Accedit, quod in æmulatione plurimum ab eo pendet, ut æmulaturus putet, se ea, quæ cupit, assequi posse. Neque alia ratione locus expediendus videtur. Si in sequenti enuntiato, οὐδεὶς γὰρ—ἀδύνατα, malis γὰρ in δὲ mutare, hæc sententia sine vinculo male suspensa est. Ne vero totum commation, οὐδεὶς—ἀδύνατα, delendum esse existimes, vetant verba, quæ sequuntur. Vix enim tunc Aristoteles scripsisset: Διὸ οἱ νέοι—τοιοῦτοι; sed, ni fallor, sic perrexisset: Διὸ οἱ νέοι καὶ οἱ μεγαλοψυχοί. Post incisum aliquod τοιοῦτοι illud fere additur. VATER.

11, 1. Post ὧν μὴ ἔχουσιν quædam verba excidisse intelliget, qui rationem Aristoteli continuo additam cum præmissa conclusione contendet. Neque enim ratio illa locum habet nisi de iis loquatur, qui se bonorum illorum compotes fieri posse arbitrantur. Tale ergo quiddam supplendum hic est, quod et Muretus fecit. SCHRADER.

11, 1. Ἔστι γὰρ ταῦτα] Isingr. ἔστι δὲ ταῦτα. BUHLE.

11, 1. Ὡς γὰρ προσῆκον—προσῆκε—ἀγαθῶν.] Pro προσῆκε edd. Ald. Bas. Cam. προσῆκεν. Sententia loci facile perspicitur: cum bona quædam excellentia nacti fuerint, appetunt τὰ ἔντιμα, et se dignos fortuna volunt præstare. At in propositione universe expressa imperfectum προσῆκε locum non habet. Deinde difficultas aliqua in eo est, quod τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν necessario sunt bona ἔντιμα, quæ æmulentur. Hoc vero in legendo vix suspicari poteris, quia paullo ante τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν, πλοῦτος, πολυφιλία, ἀρχαί, nominata sunt, et ad hæc ipsa refertur τὸ ἀγαθῶς ἔχουσι, quasi dictum esset, ἔχουσι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν. Atque his, ni fallor, caussis adductus Muretus correxit, ὡς προσῆκον αὐτοῖς ἀγαθοῖς εἶναι, ὅτι προσήκει τοῖς ἔχουσι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν. Γὰρ una cum ζηλοῦσι deletum est, quod, si ζηλοῦσι inculcatum erat, γὰρ hujus caussa inserere oportebat. Plane non dubito, scholion in hoc loco insidere, cujus tamen ut origo manifestior sit, putem, potius, quam ἀγαθῶς, spuria esse verba, τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν, et, ὅτι προσήκει, forsan etiam γὰρ et ζηλοῦσι. Τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν facilius, quam ἀγαθῶς, ut explicatio hujus vocis, ex antecedentibus addi potuit, et in ed. Cam. revera deest. Ita prodit

brevis enuntiatio, ὡς προσῆκον ἀγαθοῖς εἶναι τοῖς ἀγαθῶς ἔχουσι. Vel, ut γὰρ et ζηλοῦσι, quod non prorsus damnem, retineantur, ὡς γὰρ προσῆκον ἀγαθοῖς εἶναι τοῖς ἀγαθῶς ἔχουσι, ζηλοῦσι scil. ἀγαθοὶ εἶναι. Ὡς προσῆκον absolute positum est pro ὅτι προσήκει. Atque inde puto apparere hoc, quod in vulgatis præter illud legitur, scholion esse. VATER.

11, 1. Τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν] Omissa sunt hæc in ed. Major. In edit. Camotii vero non solum hæc, sed etiam sequentia, καὶ οὓς οἱ ἄλλοι ἀξιοῦσι, exciderunt. BUHLE.

11, 3. καὶ ὧν πρόγονοι.] Solere homines maxime sectari, quæ majores propinquique cum laude tractarint, docet Cicero de Offic. I. *Quorum vero patres aut majores in aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere.* Ipsum quoque illum, quem defendebat, idem servasse magna in re præclaraque narrat in Orat. pro L. Flacco. *Quod maxime florere in generis sui gloria viderat, laudem patriæ in libertatem vindicandæ, Prætor adamarat.* VICTOR.

11, 3. Ζηλωτικοὶ περὶ ταῦτα.] Edd. Ald. Bas. Cam. ζηλωτοί. Illud Victorius ex codd. MSStis emendavit. Paullo post hæc subaudienda sunt: καὶ (οἴονται) ἄξιοι (εἶναι) τούτων. VATER.

11, 3. διαφερόντως hic *eximie* valet, ac *supra reliquos omnes.* In IV. Ethic. Nic. c. 6. aliter accipi debet; significat enim ibi *non uno modo.* Διαφερόντως δ' ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι, καὶ τοῖς τυχοῦσιν. VICTOR.

11, 4. τοῖς πλησίον.] Τοὺς πλησίον dicens, intellexit, illo excepto, qui ea possidet, pæne cunctos alios, ut infinitis locis locutus est: et quandoque τοὺς πέλας, cum eosdem significare vult, inquit, ut Ethic. Nic. IV. ὅσων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις τοῖς πέλας. VICTOR.

11, 6. Ἢ οὓς πολλοὶ θαυμάζουσιν, ἢ οὓς αὐτοὶ θαυμάζουσι] Posterius commation non agnoscunt Ald. Bas. et Frob. Isingr. prius θαυμάζουσιν omittit. Georgius Trapezuntius: *aut quos multi admirantur, aut quos ipsi.* Equidem posterius θαυμάζουσι expungendum esse puto. BUHLE.

11, 7. λογογράφων.] Hos Græci λογογράφους appellabant, qui studiose conficiebant orationes, laudem aut vituperationem alicujus continentes: sive etiam causas forenses componebant, quibus alii in judiciis uterentur: hæ autem plerumque ab oratoribus exagitabantur, ut inanes, et callide fictæ. Æschines c. Timarchum p. 114. Καίτοι λογογράφος γέ τις φησὶν, ὁ μηχανώμενος αὐτοῖς τὴν ἀπολογίαν, ἐναντία με λέγειν ἐμαυτῷ. Quos hic significat philosophus, manifesto intellexit Cicero, cum lib. II. de Orat. c. 84. ita induxit Antonium loquentem: *Ipsi enim Græci, magis legendi, et delectationis aut hominis alicujus ornandi, quam utilitatis hujus forensis causa, laudationes scriptitaverunt, quorum sunt libri quibus Themistocles,*

Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander, aliique laudantur. VICTOR. Vide Ammonium c. nota Valckenærii p. 90. Ernest. Lex. Techn. in v. Λογογραφία. Schol. Platonis p. 63. Λογογράφους γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντας, καὶ πιπράσκοντας αὐτοὺς εἰς δικαστήρια· Ῥήτορας δὲ τοὺς δι' ἑαυτῶν λέγοντας.

11, 7. Ὥστε ζηλῶσαι τινας, ἢ ζηλοῦσθαι] Cam. et Major. ὥστε ζηλοῦσθαι, omissis intermediis. BUHLE.

11, 7. Ἐξ ὧν αἱ πίστεις] Isingr. καὶ ἐξ ὧν αἱ πίστεις. Melius. BUHLE.

CAP. XII.

12, 1. ἤθη.] Mores hic non significant ipsos vitiorum virtutumve habitus, sed quiddam habitum, affectum, ætatem et fortunas hominum consequens, dum indolem atque inclinationem isthinc ortam secuti homines, hoc probant in vita, illud damnant, hoc eligunt, illud fugiunt. Proderit vero cum his capitibus conferre quæ Horatius in Ep. ad Pisones futuro Poetæ præcipit v. 156. et seqq. *Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores:* Aristotelicis hisce concisiora, at magnam partem convenientia. SCHRADER.

12, 1. ἤθη.] Hic ἤθη valent indolem atque ingenium, et tamquam hominum proprietates: quæ scilicet probent ac damnent, quæ sequantur ac fugiant in vita: non videntur enim hic ἤθη pro moribus absolute poni, cum mores habitus sint: habitus vero inter reliqua complura, ex quibus ἤθη considerantur, et quæ videlicet consequantur, enumerati sint. Quare non ἤθη simpliciter, verum ἤθη κατὰ τὰ πάθη inquit. Hoc quoque intellectu ἦθος ipse et in lib. de Arte Poët. et aliis in libris crebro usurpavit. Quod tamen hic vocat ἦθος Cicero *mores* appellasse videtur in Or. de lege agraria ad Quirites, qui sane locus a sententia, quæ hic exponitur, non discrepat: inquit enim, c. 35. *Non ingenerantur hominibus mores, tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, et a vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Carthaginienses fraudulenti et mendaces,* et quæ sequuntur. VICTOR.

12, 1. Κατὰ τὰ πάθη] Ald. et Bas. καὶ τὰ πάθη. Male. BUHLE.

12, 1. Τὰ δὲ ἤθη ποῖοί τινες κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἕξεις καὶ τὰς ἡλικίας καὶ τὰς τύχας διέλθωμεν.] Edd. Ald. Bas. καὶ τὰ πάθη. Nec aliter, ut videtur, Schol. Gr. cujus verba hæc sunt: Ποῖοι δέ εἰσι κατὰ τὰ ἤθη καὶ κατὰ τὰ πάθη διέλθωμεν. Sic hominum affectiones quinque modis considerantur, quod huc vix quadrat. Tunc enim sicut τῶν πάθων et τῶν ἕξεων, ita etiam τῶν ἤθων quædam descriptio adjecta esse deberet; nec quisquam intelligat, quæ de-

mum sint ἤθη ab ἕξεσι et πάθεσι separata, cum mores non nisi aut in affectibus aut in habitibus animi cernantur. De externis ætatum habitibus, ut de vestitu, Aristoteles nusquam disserit, neque ii ad mores pertinent, nisi ad propensionem quandam, ut ad caussam, referantur, atque hæc τῶν ἕξεων est. Non magis satisfacit altera interpretandi ratio, qua vulgo volunt Aristotelem promisisse, se hominum mores secundum ea, quæ vim habeant ad mores conformandos, secundum perturbationes et habitus animi et ætatem et fortunam esse explicaturum; et tunc illis, quæ jam disputata fuerint, prætermissis, ad ætates et fortunas perrexisse. Quis enim statim finito loco de perturbationibus animi ita inquiet: *Jam quales moribus sint pro affectibus, pro habitibus animi, pro ætatibus et pro fortunis, posthac persequamur;* et mox transgredietur ad locum de ætatibus? his verbis: *cum vero de affectibus et habitibus jam disputatum sit, qui mores consequantur ætates et fortunas, explicemus.* Accedit, quod, quanquam prima libri parte declaratur, quales sint homines, ut cum irascantur; qui tamen mores sequantur et habitus et perturbationes animi, nondum expositum est. Quam ob caussam Aristoteles dicere nequit, se de his jam disseruisse. Separanda sunt illa quatuor; τὰ πάθη et αἱ ἕξεις ad ipsa ἤθη pertinent, ut partes τῶν ἠθῶν; et ætatum fortunarumque diversarum mores, h. e. perturbationes et habitus, ab Aristotele proponuntur. Hoc ipsa tractatione confirmatur; nam quæcunque, ut hoc capite de juvenibus, dicuntur, eorum vel ad πάθη vel ad ἕξεις pertinent. Quod vero adjicitur, *de his jam dictum esse;* id ad declarandam eorum naturam et notionem respicit, quæ cum jam exposita sit, non uberius excutitur. Sic verto: *Moribus vero quales sint ratione affectuum et habituum animi in diversis ætatibus et fortunis, posthac explicemus.* Aut cum Mureto: *Nunc autem, qui mores, aut animorum motus aut habitus, unamquamque ætatem ac fortunam consequi solent, explicemus.* Modo ne jungas, *qui aut mores aut animorum motus aut habitus;* quæ enim lectioni Aldinæ, eadem et huic rationi obstant. Utrum καὶ τὰ πάθη, an κατὰ τὰ πάθη legas, haud multum intererit; sententia non mutatur. Sed κατὰ τὰς ἕξεις scribendum videtur, quod etiam I. M. Gesnero placuit. Hic (Chrestom. Gr. XI.) καὶ τὰ πάθη—κατὰ τὰς ἕξεις legit, itidemque, ni fallor, Muretus.

Ἦθη, mores, et agendi rationem et propensionem, unde illa oritur, continent. Accurate de usu hujus vocis apūd Aristot. disputat Twiningius (in Versione Poeticæ p. 47).

Restat tamen, ut opinor, difficultas aliqua in hoc capitis exordio. Cur enim, cum statim ante locum de τοῖς πάθεσι Aristoteles finiverit clausula hac: *Quænam igitur ea sunt, quibus animorum motus aut excitari aut sedari queant,—expli-*

catum est; jam ut de re nondum tacta pergat: *Nunc autem, qui mores aut animorum motus—explicemus. Dico autem animorum motus, iram et cupiditatem aut talia:* hoc equidem vix intelligo. Quinctilianus (V. 10. init.) ita scribit, quasi ab Aristotele hoc libro plura, quam quæ nunc leguntur, ut, quid milites, quid rustici petant, tractata essent. Quæ quanquam fortasse magis, quam videtur, universe a Quinctiliano dicta, ideoque non premenda sint: hic saltem locus est, ubi videri possit aliquid excidisse. Tunc enim in promptu esset caussa, cur rursus τὰ πάθη describantur. VATER.

12, 1. εὐτυχίαν καὶ δυστυχίαν.] Non mediocris bona aut mala fortuna εὐτυχία aut δυστυχία vocata est: sed hoc nomen a Græcis usurpatur, cum magnitudinem res habet ac modum superat. Testatur hoc Aristoteles Auscult. Phys. II. 5. quo etiam loco tradit eruditissimus interpres Simplicius p. 77. b. καὶ γὰρ πανταχοῦ τὸ εὖ, τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἔκπρεπὲς προστίθησιν· ὥσπερ εὐκλεῆ λέγομεν οὐ τὸν ὁπωσοῦν ἐπίδοξον, ἀλλὰ τὸν πάνυ, καὶ εὐμαθῆ ὁμοίως. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δὺς μόριον, τὸ ἀντικείμενον σημαίνει μέγεθος. VICTOR.

12, 2. Εἴρηται καὶ] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. εἴρηται δὲ καί. Conf. Rhet. I, 9. BUHLE.

12, 2. Τύχην δὲ λέγω] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τύχας δὲ λέγω. Melius forsitan. Conf. §. 1. BUHLE.

12, 2. Εὐγένειαν, καὶ πλοῦτον, καὶ δυνάμεις] Eædem edd. εὐγένειαν, πλοῦτον, δυνάμεις, omissa conjunctione. BUHLE.

12, 3. Ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσι] Cam. et Major. ὡς ἂν ἐπιθυμήσωσι. BUHLE.

12, 3. Τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια] Revocavi pristinam lectionem, quam etiam sequens commation, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης, exigit. Tuentur eam Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Georgius Trapezuntius: *maxime autem ex cupiditatibus ejus sequaces sunt, quæ ex rebus venereis est.* Victorius, secutus Codicem antiquissimum et veterem interpretem Latinum, mutavit τῆς in ταῖς. Sed nihil mutandum erat. Quam facile enim fieri potuit, ut librarii ταῖς pro τῆς exararent. BUHLE.

12, 3. εὐμετάβολοι καὶ ἀψίκοροι.] Horatius priorem vocem eleganter expressit, *et mutatur in horas:* posteriorem quoque vertit ut opinor, cum inquit, *et amata relinquere pernix:* is enim est ἀψίκορος, quem cito omnis rei fastidium capit, ac simul atque attigit, satiatus illa expletusque est. VICTOR.

12, 4. τάχυ δὲ παύονται.] Hoc quoque Plato in Ep. ad Dionis propinquos scripsit, cum suspectum se Dionysii, tunc adolescentis, ingenium habuisse doceret, quamvis bonam indolem præ se ferret: αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων, ταχεῖαι. VICTOR.

12, 4. οὐ μεγάλαι.] Non magna hic, nisi fallor, non firma,

non perdurantia significat. Si quis autem non magna levia intelligeret, repugnaret id superiori sententiæ, cum σφόδρα ἐπιθυμοῦσιν inquit. C. Cæsar, quod commune omnium ejus ætatis Aristoteles hic esse vult, uni M. Bruto tribuit: acrem enim illum vehementemque in desideriis suis esse inquit: fortasse quod æquales etiam in ea re Brutus superaret. Nota autem Cæsaris vox de ingenio ipsius: *magni refert quid velit, sed quidquid vult, valde vult.* Plutarchus cum his verbis eam exponeret, ætatem addidit: Οὗτος ὁ νεανίας οὐκ οἶδα ὃ μὲν βούλεται· πᾶν δ', ὃ βούλεται, σφόδρα βούλεται. VICTOR.

12, 4. θυμικοὶ καὶ ὀξύθυμοι.] Horatius de pueri ingenio: *et iram Colligit, ac ponit temere.* Θυμικοὶ sunt, qui facile excandescunt: θυμὸν enim Cicero *excandescentiam* vertit. Ὀξύθυμοι qui levioribus de causis, et pusilla quaque injuria lacessiti, subito irascuntur. Nam Latinos etiam scriptores *animum*, Græcos imitantes, appellasse iracundiam, apertum est: ut Horatius, *Animum rege, qui nisi paret, Imperat.* VICTOR.

12, 5. ὑπεροχῆς.] Cicero de Finib. V. 22. de puerorum ingenio loquens: *Quanta studia decertantium sunt? quanta ipsa certamina? ut illi efferuntur lætitia cum vicerint? ut pudet victos—Quos illi labores non ferunt, ut æqualium principes habeantur.* VICTOR.

12, 6. Τὸ Πιττακοῦ—ἀπόφθεγμα] Dictum hoc Pittaci intercidit. BUHLE.

12, 7. κακοήθεις dicuntur, qui in deteriorem partem fere accipiunt quæ audiunt ac vident. Ita enim hæc vox exponitur ab ipso Aristotele c. seq. SCHRADER.

12, 7. εὐήθεις, h. e. ingenii simplicis ac fatui, beneque de omnibus existimant: εὐήθεια enim, quamvis bonam indolem præ se ferat, tamen vitio tribuitur: εὐήθειςque a Græcis appellantur, qui antiquorum morum sunt, qui fraudem numquam timent, et quæcunque vident aut audiunt, in meliorem partem interpretantur. Plato Rep. III. p. 409. A. Διὸ δὴ καὶ εὐήθεις, νέοι ὄντες, οἱ ἐπιεικεῖς φαίνονται, καὶ εὐεξαπάτητοι ὑπὸ τῶν ἀδίκων, ἅτε οὐκ ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς παραδείγματα ὁμοιοπαθῆ τοῖς πονηροῖς. VICTOR.

12, 8. ὥσπερ οἱ οἰνώμενοι.] Aristot. Problem. XXX. 1. Ὅτι πάντας ὁ οἶνος, ὁ πολὺς, εὐέλπιδας ποιεῖ, καθάπερ ἡ νεότης τοὺς παῖδας.

12, 8. Διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἀποτετυχηκέναι] Cod. Victor. et vetus interpres Latinus: διὰ τὸ μὴ πολλὰ ἀποτετυχ. BUHLE.

12, 8. Τῇ γὰρ πρώτῃ] Ald. Bas. et Riccob. τῇ γοῦν πρώτῃ. BUHLE.

12, 9. Θαῤῥαλέον ἐστί.] Ingeniosa est conjectura ornatissimi Ulrici (in scriptione singulari de c. XII—XVII, quæ in Opp. Civium Scholæ Turicensis, qui in certamine publico præmium tulerunt, 1791, p. 101 seq. impressa est): θαῤῥαλέου

ἐστὶ legi vult. Hoc ex adverso responderet τῷ ὀργιζομένῳ; sed ut respondeat, non omnino necesse est. Sæpe ab altera constructione ad alteram cito transitur. Neque cum ante legatur, τὸ εὐέλπιδα εἶναι θαρρεῖν ποιεῖ: hæc mera repetitio est. Additur enim caussa et explicatio rei, ἀγαθόν τι ἐλπίζειν. VATER.

12, 10. Καὶ αἰσχυντηλοί· οὐ γάρ πω καλὰ ἕτερα ὑπολαμβάνουσι, ἀλλὰ πεπαίδευνται ὑπὸ τοῦ νόμου μόνον.] Idem Ulricus conjicit, ἀλλ' ἃ legendum esse, quod vox ἕτερα postulet. Ad Grammaticen ita jungere, aut ejusmodi aliquid intelligere oportet; at non raro hæc loquendi forma in unaquaque lingua negligitur, dummodo sententiæ inter se oppositæ sint. Hic si ἀλλ' ἃ legeris, aut ἄλλα pro εἰ μὴ acceperis, μόνον non solum supervacaneum, sed vix convenire videtur.—Muretus vult, *juvenes a lege tantum institutos, quod nondum perceperint, quæ pulchra sint, expetenda esse, facile pudefieri.* Sed νόμος non est rigida pædagogi lex, ad quam educati sint juvenes, neque *consuetudo ab educatione contracta*, quod Gesnero placet; sed *opiniones et judicia hominum, quæ ad eorum instituta accommodata sunt.* Huc ducunt loci paralleli, c. VI, 23. *Pudor nos subit, apud familiares, eorum, quæ ad veritatem; apud externos autem, eorum, quæ ad opinionem* (τὰ πρὸς τὸν νόμον); et c. XIII, 10. qui nostro manifeste opponitur, *Senes inverecundi potius quam verecundi sunt: qui enim non æque curant id, quod pulchrum est, et id, quod utile, de opinione aliorum* (τοῦ δοκεῖν) *non laborant.* Itidem Elench. Soph. XII, 8 et 11. dicitur, Ἦν δὲ τὸ μὲν κατὰ φύσιν αὐτοῖς τὸ ἀληθές· τὸ δὲ κατὰ νόμον τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν.—Ὁ νόμος δόξα τῶν πολλῶν. Quæ igitur ad mores et judicia hominum instituta est agendi ratio, pulchri et honesti speciem habet. Si quis autem non intelligit, alia quoque pulchra esse, et ita, quid revera pulchrum honestumque sit, judicare non potest; is ab ea, quam de moribus suis habeat, persuasione non pendet, sed a judicio aliorum. Inde demum scit, quid sit honestum, ideoque sæpius putabit se offendisse et facilius pudori obnoxius erit. Verterim: *nondum etiam aliud honestum esse assequuntur, sed sola hominum consuetudine et opinione magistra usi sunt.* VATER.

12, 11. Οὔπω τεταπείνωνται] Eædem edd. ποτὲ ταπεινοῦνται. BUHLE.

12, 12. τῶν συμφερόντων.] Idem docuit Horatius A. P. 164. *Utilium tardus provisor.* VICTOR.

12, 12. Τῷ γὰρ ἔθει.] Impressi libri omnes, τῷ γὰρ ἤθει. Haud dubie ἔθει vitium est ed. Lipsiensis, quod inde traxit Bipontina. Sin conjectura est; vix quadrat. Nam qui consuetudinem aliorum in agendo sequitur, per hoc commodo perinde ac honestati vivere poterit, prout comparati sunt,

quos sequatur. Accedit, quod ex c. XIII, 14. qui locus nostro plane respondet, statim intelligitur, ἤθει recte habere. Ex eodem loco perspicitur, quid sit τῷ ἤθει ζᾶν: sensu turpitudinis et honesti duci in agendo; et cur conjungatur cum verbis, ἡ δ' ἀρετὴ (quæ scil. τῷ ἤθει efficitur) τοῦ καλοῦ ἐστι. Ibi enim legitur, τὸ ἦθός ἐστι τῆς ἀρετῆς. VATER.

12, 13. Καὶ φιλόφιλοι] Cod. Victor. et vetus interpres Latinus addunt: καὶ φίλοι. BUHLE.

12, 14. Παρὰ τὸ Χιλώνειον] Chilonis sententia: Μηδὲν ἄγαν. *Ne quid nimis. Moderata durant.* BUHLE.

12, 14. παρὰ τὸ Χιλώνειον.] Contra ac fieri debere sapientissimus vir Chilon censebat, qui laudavit hanc sententiam, vel ipsius potius auctor fuit, μηδὲν ἄγαν, quam Latinis verbis protulit Terentius And. I. 1. 32. *Horum ille nihil egregie præter cætera Studebat, et tamen omnia hæc mediocriter.* Pamphilus igitur non congruentes mores ætati habebat, de quo pater hæc pronuntiat. VICTOR.

12, 14. παρὰ τὸ Χιλώνειον.] De hoc proverbio nonnulla lectu digna habet Scholiastes Euripid. Hippol. 264.

12, 14. Οἳ καὶ εἰδέναι] Molestum est hoc loco pronomen relativum οἵ. Non agnoscunt etiam illud Cod. Victorii, vetus interpres Latinus, Georg. Trapezuntius, et ed. Isingr. Igitur uncinos applicavi. BUHLE.

12, 14. Διϊσχυρίζονται.] Διϊσχυρίζεσθαι *asseverare* significat, ac *contendere*. In VI. de Nat. Anim. c. 21. ἔνιοι δὲ διϊσχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμερολεγδόν. VICTOR.

12, 14. Τοῦτο γὰρ αἴτιόν ἐστι καὶ τοῦ, πάντα ἄγαν.] Gesnerus scribit, τούτου—καὶ τὸ πάντα ἄγαν, quocum Ulricus consentit. Illud tamen vulgatum defendi poterit. Nam opinio juvenum, qua se omnia scire, et certum uniuscujusque rei modum cognoscere putant, non minus dici poterit caussa esse, cur modum excedant, quam contra, τὸ πάντα ἄγαν, caussa, cur omnia se scire opinentur. Præterea hæc propositio ad præcedentem idcirco adjicitur, ut hæc opinio juvenibus propria esse ostendatur. Atqui jam declaratum est, propriam esse juvenum affectionem, qua omnia supra modum faciant. Quæ si affectio eo effici dicatur, quod se omnia scire et rerum omnium naturam et rationem assecutos esse putent; inde intelligitur, etiam hoc juvenibus inesse oportere. Nam ubi effectus conspicitur, caussa non deerit. Sic γὰρ et καὶ bene quadrant; hoc quidem ita, ut istam juvenum opinionem præter alia etiam hoc consequatur, ut modum excedant, (cf. c. XIII, 12. αἴτιον καὶ τῆς ἀδολεσχίας). Certe alioquin caussa non esset adjecta, cur juvenes modum excedant, et moris est Aristoteli ejusmodi caussam afferre. Alteri lectioni καὶ vix conveniet. Tunc enim, ni fallor, scribendum erat, καὶ τοῦ-

του γὰρ αἴτιον τὸ πάντα ἄγαν, ut τούτου et καὶ conjungerentur. VATER.

CAP. XIII.

13, 1. Ἥττόν τε ἄγαν ἅπαντα] Isingr. ἄγαν τε ἧττον πάντα. BUHLE.

13, 2. οἴονται.] Contra ac juvenes, qui cuncta se nosse, ac comperta habere affirmant: hi enim suspicari se dicunt, scire nihil: οἶμαι enim, qui nihil certi de aliqua re habet, dicere consuevit. Ut Aristoph. Plut. 114. Chremylus: οἶμαι γὰρ οἶμαι, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται. Latini homines *arbitror*, quo verbo testes in judicio semper utebantur, ut Cicero pro Fonteio docet. *Qui primum illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis*, arbitror, *quo nos etiam tum utimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit.* VICTOR.

13, 2. Καὶ ἀμφισβητοῦντες] Codex Victorii: καὶ ἀμφιδοξοῦντες. BUHLE.

13, 3. Καχύποπτοι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ταχύποπτοι. Nostrum dedit Victorius e Codd. et vetere versione Latina. Georgius Trapezuntius: *suspiciosi namque sunt.* Conf. Victorii Comment. p. 401. In marg. ed. Venetæ afferuntur lectiones: καὶ ὕποπτοι—ἢ κακύποπτοι. BUHLE.

13, 3. Καχύποπτοι.] Edd. vett. ταχύπονται. Illud præter libros scriptos etiam Schol. Gr. Idem, ut videtur, §. 5. πρὸς τὸν βίον legit, quod Victorius dedit. Edd. vett. habent περὶ τὸν βίον. VATER.

13, 3. καχύποπτοι.] Plato quoque Republ. III. p. 409. verbo hoc usus est: ὁ δὲ δεινὸς ἐκεῖνος καὶ καχύποπτος, ὁ πολλὰ ἠδικηκὼς, καὶ πανοῦργος, καὶ σοφὸς οἰόμενος εἶναι. VICTOR.

13, 4. Διὰ ταῦτα.] Probo Ulrici correctionem, ταὐτά. VATER.

13, 4. Κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην] Cic. Læl. cap. 16: *Negabat* (Scipio Africanus), *ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset*, ita amare oportere, ut aliquando esset osurus. BUHLE.

13, 4. Βίαντος ὑποθήκην.] Ὑποθήκην *præceptum* hic significare, atque utilem vitæ degendæ sententiam, manifestum est: nam plures sunt hujus verbi intellectus. Hesiodus ita inscriptum librum edidisse diu creditus est: primus autem Aristophanes grammaticus, ut Quintilianus tradit, ὑποθήκας negavit esse hujus poetæ. Latinis his verbis expressit priorem partem vocis Biantis M. Cicero in Lælio, contraque eam accurate disputavit c. 16. *Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ*

potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esset osurus. Ut ex hoc vero Aristotelis loco intelligimus, non amicitiam tantum ille, sed etiam odium remissum ac mediocre esse volebat. VICTOR. Hanc Biantis sententiam multi postea frequentarunt; e. g. Sophocles Aj. 687. ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι μὲν ἀρτίως ὅτι Ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις· ἔς τε τὸν φίλον Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. Ubi vide Lobeckium. Demosth. c. Aristocr. p. 660, 24. ἔστι γὰρ οὐχ ὑγιαινόντων ἀνδρῶν, οἶμαι, οὔθ', ὅταν τινα ὑπειλήφωσι φίλον, οὕτω πιστεύειν, ὥστε, ἂν ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ, τὸ ἀμύνεσθαι σφῶν αὐτῶν ἀφελέσθαι, οὔθ', ὅταν ἐχθρόν τινα ἡγῶνται, οὕτως αὖ μισεῖν, ὥστε, ἂν παυσάμενος βούληται φίλος εἶναι, τὸ ποιεῖν ἐξεῖναι ταῦτα κωλύσαι· ἀλλ' ἀχρὶ τούτου καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρὴ καὶ μισεῖν, μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντας.

13, 5. Τῶν πρὸς τὸν βίον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τῶν περὶ τὸν βίον. BUHLE.

13, 6. ἀνελεύθεροι] *Plautus maketh it a wonder to see an old man beneficent.* Milit. Gl. III. 1, 40.: Benignitas hujus ut adolescentuli est. BACON. *Dign. Adv. Learn.* I. p. 84. ed. 1753. fol.

13, 7. πάντα προφοβητικοί.] Hoc quoque pulchre expressit Horatius: *Vel quod res omnes timide gelideque ministrant.* VICTOR.

13, 7. προωδοπεποίηκε.] Problem. XXX. p. 215, 22. ὥστε φοβερόν τι ὅταν εἰσαγγελθῇ, ἐὰν μὲν ψυχροτέρας οὔσης τῆς κράσεως τύχῃ, δειλὸν ποιεῖ· προωδοπεποίηκε γὰρ τῷ φόβῳ, καὶ ὁ φόβος καταψύχει. Part. Anim. II. 4. Ὁ γὰρ φόβος καταψύχει· προοδοποιεῖται οὖν τῷ πάθει τὰ τοιαύτην ἔχοντα τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ κράσιν. VICTOR.

13, 7. Προωδοπεποίηκε] Eædem edd. προωδοποίηκε, omisso posteriori augmento. Non bene. BUHLE.

13, 7. φόβος κατάψυξίς τις.] Virgil. Æn. I. 69. *Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra.* Servius: *Frigore, i. e. timore, et est reciproca translatio, nam et timor pro frigore, et frigus pro timore ponitur.* SCHRADER.

13, 8. Καὶ μάλιστα] Vetus interpres Latinus, et Cod. Victorii: καὶ μᾶλλον. BUHLE.

13, 8. Διὰ τὸ ἀπόντος—καὶ οὗ—ἐπιθυμοῦσι.] Ingeniosa est Ulrici, conjectura, διὰ τὸ ἀπιόντος, quia vita senibus plane abesse dici non possit; ea tamen non prorsus necessaria. Si enim universe pronuntiatur, *Propterea quod rei absentis est desiderium*, facile suppleri potest sententia: Quo vero quid magis amovetur, eo magis abest. Itaque ἀπεῖναι latius quidem est, sed idem significat, quod ἀπιέναι. Senibus longe major pars vitæ præteriit, ergo abest. Hoc de senibus omnibus valet: jam de senibus decrepitis dicendum erat, quod fit verbis, καὶ οὗ ἐνδεεῖς μάλιστα ἐπιθυμοῦσι. Quod discessit, ejus

idcirco non tanta necessitas est, quanta vitæ ei, qui vivere jam desiturus est. Μάλιστα hoc loco respondet superiori μάλιστα. Hanc ob caussam non consentio cum Ulrico, qui posterius enuntiatum inter scholia refert. VATER.

13, 8. Καὶ οὗ δὲ ἐνδεεῖς] Abest δὲ a versione Georgii Trapezuntii, et ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Quamobrem uncinis illud compescui. BUHLE.

13, 9. Καὶ φίλαυτοι μᾶλλον] Sic emendavi fretus auctoritate Cod. Victorii, veteris interpretis Latini, et edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. Versiones Latinæ MStæ Helmstad. habent: *amatores sui.* Vid. Schraderi Comment. p. 350. In aliis edd. legitur: καὶ φιλαίτιοι μᾶλλον. Sic etiam Georgius Trapezuntius: *accusandi quoque studiosi magis.* Voce φιλαίτιος usus est sæpius Cicero, cum Latinam ei respondentem non haberet, v. c. Epist. ad div. III, 7. V, 7; ad Atticum XIII, 20. Verum querulam et objurgandi cupidam indolem senum infra demum Aristoteles attigit; quare lectio φίλαυτοι mihi præferenda visa est. Sequitur eandem Hermolaus Barbarus. BUHLE.

13, 9. Καὶ φιλαίτιοι.] Jure a Buhlio V. Cl. recepta est vera lectio, φίλαυτοι, testibus nixa fidelissimis, ad quos Schol. Gr. accedit. Φίλαυτοι potissimum hanc ob caussam mihi præferendum videtur, quod paullo post τὸ φιλαύτους εἶναι τοὺς πρεσβυτέρους affertur, ut caussa, cur *ad utilitatem omnia dirigant.* Nec solet Aristoteles, ut caussam, ponere, quod antea probatum non est. Atqui debet in antecedentibus inesse, senes φιλαύτους εἶναι. Ergo ita legendum est. Muretus hic, nescio quomodo, vulgatum sequitur. VATER.

13, 9. φίλαυτοι.] Varia lectio hunc locum reddit ambiguum. In nonnullis enim libris φιλαίτιοι, in aliis φίλαυτοι est expressum. Φιλαίτιος significat objurgandi cupidum, qua voce, quod Latinam commodam non haberet, Cicero utitur ad Appium Pulchrum III. Ep. 7. v. 7. et XIII. ad Attic. ep. 20. Cum utraque lectio hic ferri possit, sunt enim senes et φιλαίτιοι et φίλαυτοι, prætulerim tamen posteriorem: 1. Quia in antiquissimo codice Græco MS. P. Victorii φίλαυτοι est scriptum. 2. Ambæ versiones Latinæ vetustissimæ quæ in membrana scriptæ asservantur in Bibliotheca nostræ Acad. Juliæ vertunt *amatores sui.* 3. Quia infra hanc senum indolem repetit, et, ut solet, conclusionem ibi allatam, tanquam principium sequentis constituit. 4. Ratio addita rectius convenit in φίλαυτον quam in φιλαίτιον. 5. Querulam et objurgandi cupidam senum indolem infra indicat Aristoteles, ut cur idem fere h. l. scribere voluerit, caussa non comparet. SCHRADER.

13, 11. Διὰ τὴν ἐμπειρίαν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir.

Major. διά τε τὴν ἐμπειρίαν. Non male, cum mox sequatur καὶ ἔτι διὰ τὴν δειλίαν. BUHLE.

13, 11. ἐμπειρίαν.] Æschines c. Timarch. p. 50. Οἱ πρεσβύτεροι τῷ μὲν εὖ φρονεῖν ἀκμάζουσιν, ἡ δὲ τόλμα αὐτοὺς ἄρχεται ἐπιλείπειν, διὰ τὴν ἐμπειρίαν.

13, 11. Τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν πραγμάτων] Cod. Victorii, margo Ven. et vetus interpres Latinus: τὰ γὰρ πλείω τῶν γινομένων. Melius forsitan. Cf. tamen supra §. 1. BUHLE.

13, 11. Ἀποβαίνει γοῦν] Ibidem: ἀποβαίνει γάρ. BUHLE.

13, 12. Τὸ μὲν λοιπὸν] Ita mutavit Victorius e Codice antiquissimo, et vetere versione Latina. Ald. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τὸ μὲν μέλλον. Vix necesse erat, ut Victorius vulgatam lectionem mutaret. BUHLE.

13, 12. ἀδολεσχίας.] Vide Cephalum apud Platon. Rep. I. pp. 328. 329.

13, 13. Οὔτε ἐπιθυμητικοὶ, οὔτε πρακτικοὶ] Cod. Vict. et vetus interpres Latinus alio ordine: οὔτε πρακτικοὶ, οὔτε ἐπιθυμητικοί. BUHLE.

13, 13. Διὸ σωφρονικοὶ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. διὸ καὶ σωφρονικοί. BUHLE.

13, 13. σωφρονικοί.] Σωφρονικοὶ vocantur, qui naturæ impulsu disciplinaque a turpibus voluptatibus abhorrent. Ethic. Nic. VII. καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τἆλλα ἕξομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς. Quod autem inquit οἱ τηλικοῦτοι, senes manifesto intellexit, qui ad hanc ætatem pervenerunt: similiter Ethic. Nic. VIII. οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ οἱ τηλικοῦτοι διώκουσι. VICTOR.

13, 13. Ἐπιθυμίαι ἀνείκασι] Cam. ἐπιθυμίαι ἀνείκαστοι. BUHLE.

13, 14. Κατὰ τὸ ἦθος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. non agnoscunt articulum τό. BUHLE.

13, 14. Εἰς κακουργίαν] Ex emendatione Victorii. Eædem edd. εἰς ἀδικίαν. BUHLE.

13, 14. κακουργίαν—ὕβριν.] Rep. IV. 11. Τῶν δ' ἀδικημάτων, τὰ μὲν γίγνεται δι' ὕβριν, τὰ δὲ διὰ κακουργίαν.

13, 14. Εἰς κακουργίαν ex Cod. Victorii est, edd. vett. εἰς ἀδικίαν. VATER.

13, 15. Διὰ ταὐτὸ] Cod. Victorii et vetus interpres Latinus: διὰ ταὐτά. BUHLE.

13, 15. Πάντα γὰρ οἴονται] Vetus interpres Latinus: πάντες γὰρ οἴονται. BUHLE.

13, 15. Ἦν ἐλεητικοῦ] Idem, et Cod. Victorii: ἦν ἐλεητικόν. BUHLE.

13, 15. Φιλογέλοιοι] Cod. Victor. φιλόγελοι, *risus cupidi*. Idem videtur tueri vetus interpres Latinus. BUHLE.

CAP. XIV.

14, 1. Θρασύτης γὰρ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. θρασύτητος γάρ. BUHLE.

14, 1. Καλῶς δὲ πρὸς ἄμφω] Abest δὲ ab iisdem edd. BUHLE.

14, 2. Οὔτε πᾶσι πιστεύοντες.] Hæc desunt in edd. Ald. Bas. VATER.

14, 2. Κρίνοντες μᾶλλον.] Eædem edd. κρίνοντες μόνον. Nostrum reposuit Victorius e Codd. BUHLE.

14, 2. Καὶ οὔτε πρὸς τὸ καλὸν—ἀλλὰ πρὸς ἄμφω] Ibidem hæc desiderantur. Victorius (Comment. p. 408) ad h. l. ita: *Hæc—verba restitui, inventa a me in* pluribus scriptis exemplaribus; *sed a* vetere quoque tralatione *illa expressa sunt.* Georgius Trapezuntius ea non habet. BUHLE.

14, 2. Πρὸς τὸ ἁρμόττον] Abest articulus τὸ ab iisdem edd. BUHLE.

14, 3. Ἐν γὰρ τοῖς νέοις] Vetus interpres Latinus: ἐν δὲ τοῖς νέοις. BUHLE.

14, 3. Ὅσα μὲν διῄρηται] Margo ed. Venetæ: διῄρηνται. Minus bene. Ald. διείρηται, operarum vitio, quod etiam observatur in Bas. et Frob. BUHLE.

14, 3. Ταῦτα ἄμφω ἔχουσιν] Restituit ἄμφω ex Codd. Victorius; nam deest in edd. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

14, 3. Ταῦτα ἄμφω ἔχουσιν.] Ἄμφω, quod edd. vett. non habent, ex libris scriptis omnibus recte restitutum est, et in Schol. Gr. quoque legitur. Paullo post §. 5. pro *μέχρι τῶν πέντε*, edd. Ald. Bas. Cam. *μέχρι καὶ τῶν.* VATER.

14, 4. Ἀκμάζει τὸ μὲν σῶμα.] Tempus quod de corporis et animi vigore Aristoteles hic et Polit. VII. 16. determinat, perpetuum utique non est: alios enim vigor iste celerius, alios tardius accedit ac linquit. Voluit tamen id quod communiter evenit, atque adeo a sapientibus viris probabatur, hic afferre. Hi enim cum ætatem humanam in hebdomadas annorum dividerent, quarta quintaque hebdomade corpus, septima animum inprimis vigere censebant. Vide Solonis fr. n. XIV. Idem et in Macrobio, veterum exscriptore, invenies Somn. Scip. I. 6. Perpetuis tamen septenariis ætatem hominum metiri improbat Aristoteles Polit. VII. 17. sub finem, si vera est illius loci lectio. Ceterum quod corporis vigorem trigesimo ætatis anno inprimis attribuit, hac in re non multum a Solone discrepat, cum aliis autem apprime convenit Aristoteli Macrobius l. c. *Quinta annorum hebdomas omne virium, quantæ inesse unicuique possunt, complet augmentum.* Hinc illud Platonis Legg. IV. p. 721. γαμεῖν δὲ, ἐπειδὰν ἐτῶν ᾖ τις τριάκοντα, μεχρὶς ἐτῶν πέντε καὶ τριάκοντα· εἰ δὲ μὴ, ζημιοῦσθαι χρήμασί τε καὶ ἀτιμίᾳ. Aristot. Polit. VII. 16.

Διὸ τὰς μὲν ἁρμόττει περὶ τὴν ὀκταικαίδεκα ἐτῶν ἡλικίαν συζευγνύναι, τοὺς δ' ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν· ἐν τοσούτῳ γὰρ ἀκμάζουσί τε τοῖς σώμασι σύζευξις ἔσται κ. τ. λ. Quod ipsum Solonis quoque elegia jam citata probat, nimirum animi vigorem septima hebdomade maximum esse. Idem Macrobius quoque indicat, cum in loco jam allegato ita pergit: *Notandum vero quod cum numerus septem se multiplicat, facit ætatem quæ proprie perfecta habetur et dicitur, adeo ut illius ætatis homo et consilio aptus sit, nec ab exercitio virium alienus habeatur.* SCHRADER. Vide Platonis Rep. V. p. 460. E.

14, 4. Ἡ δὲ ψυχὴ περὶ τὰ ἑνὸς δεῖν] Cod. Victor. et vetus interpres Latinus: ἡ δὲ ψυχὴ ἑνὸς δεῖν. Melius. BUHLE.

CAP. XV.

15, 2. Ἐντιμότης προγόνων ἐστὶ] Ald. Bas. et Ricc. ἐντιμοτέρα τις πρ. ἐ. Ven. Cam. Spir. Majorag. ἐντιμότης τις πρ. ἐ. Georgius Trapezuntius: *nobilitas autem* quædam *majorum claritas est.* BUHLE.

15, 2. Καὶ καταφρονητικὸν] Ald. et Bas.: καὶ καταφρονητική. BUHLE.

15, 2. Διότι πόρρω ταῦτα μᾶλλον—εὐαλαζόνευτα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. διὰ τὸ ταῦτα πόρρω μᾶλλον, ἢ ἐγγὺς γιγνόμενα, ἐντιμότερα εἶναι καὶ εὐαλαζόνευτα. BUHLE.

15, 2. Πόρρω ταῦτα.] Ταῦτα sunt ea, quibus alii majoribus nobilium similes sunt, et cum iis certant, quod neutiquam facile elici poterit. Quare ταὐτὰ melius scribetur, ut propositio universe pronuntietur: *res, quamvis eædem*, pro loci aut temporis distantia majores fiunt. Plane eandem constructionem verborum, ibique τὸ αὐτὸ positum invenies L. II. 9, 9. VATER.

15, 2. εὐαλαζόνευτα] Edd. Ald. Bas. εὐαλαζονεύοντα. VATER.

15, 2. εὐαλαζόνευτα.] Ἀλαζόνες sunt, qui inanem laudem ac ventum sequuntur, et de aliquibus rebus gloriantur: εὐαλαζόνευτα ea, quæ ita præclara sunt, ut magnam facultatem intolerantius nos jactandi præbere nobis videantur. VICTOR.

15, 3. εὐγενές.] Unde virtus generis Polit. III. 8, 17. veteres divitiæ et virtus Polit. VIII. 4. §. pen. aliudve quid eorum quæ in honore habentur, et a majoribus derivata sunt, Rhet. I. 5. 11. appellatur. SCHRADER.

15, 3. εὐγενὲς—γενναῖον.] Iisdem pæne verbis libro de Animal. I. 1. p. 6. distinxit duo hæc: εὐγενὲς μὲν γάρ ἐστιν τὸ ἐξ ἀγαθοῦ γένους· γενναῖον δὲ τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως. VICTOR.

15, 3. Ὅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ] Abest ὡς ab iisdem edd. BUHLE.

15, 3. Φορὰ γάρ τίς ἐστιν ἐν τοῖς γένεσιν] Eædem edd. φορὰ

γάρ ἐστι καὶ ἐν τοῖς γένεσιν. Ibidem in sequentibus pro καὶ ἐνίοτε, ἂν ᾖ ἀγαθὸν, legitur: ἐνίοτε καὶ ἂν ᾖ. Isingr. καὶ plane omisit. Cf. Victorii Comment. p. 413. BUHLE.

15, 3. Γιγνομένοις· καὶ ἐνίοτε] Edd. æd. et Cam. καὶ omittunt. VATER.

15, 3. περιττοί.] Problem. XXX. init. Διὰ τί πάντες, ὅσοι περιττοὶ γεγόνασιν ἄνδρες, ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, ἢ πολιτικὴν, ἢ ποίησιν, ἢ τέχνας, φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες; *Ingeniosos* Cicero reddit, quamvis, ut opinor, verbum exprimere non curavit, aut fortasse non potuit, Tusc. I. 33. *Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse* etc. A numeris hoc verbum translatum esse, manifestum est: impar enim numerus a Græcis περιττὸς vocatur. VICTOR.

15, 3. κἄπειτα πάλιν ἀναδίδωσιν.] Schol. Gr., et qui Vict. sequuntur, vertunt, *rursus flaccescit et retro fertur*. At cum hæc vocabuli significatio nusquam inveniatur, immo vero ἀναδιδόναι simpliciter ac proprie de productione et generatione usurpetur, eodem sensu hic expressum erit, ut διά τινος χρόνου suppleas. Recte Muretus reddit: *ac deinde rursus ex intervallo alios emittit* scil. viros egregios. Proventum retro ferri et pejorem fieri, haud obscure significatur verbis διά τινος χρόνου. Nam, quæ ex intervallo fiunt, interjecto tempore aliter eveniunt, et ἐξίστανται. Ad hoc sequentia referuntur, ut subaudias: Ipso autem, quo degenerant, intervallo, *degenerant illæ quidem familiæ, quæ ingenio excellunt, in mores insaniores*. VATER.

15, 3. κἄπειτα πάλιν ἀναδίδωσιν.] Vera videtur hujus loci interpretatio quam Victorius loco secundo posuit. Sic autem ille: "Posteaque rursus, intervallo aliquo temporis edit ac "gignit industrios item atque insignes viros: ut intelligere "debeamus, medio illo spatio, eam, tamquam effœtam, tenuis "ingenii homines et inertes procreasse: quod hic signi- "ficare omnino vult Aristoteles, ut addiderit præterea, quem- "admodum fœcunditas illustrium virorum non manet, ita "etiam sterilitatem perpetuam non esse."

15, 3. φορὰ—ἀναδίδωσιν.] Pindarus Nem. VI. 14: Τεκμαίρει δέ νυν Ἀλκιμίδας Τὸ συγγενὲς ἰδεῖν Ἄγχι καρποφόροις Ἀρούραισιν, αἴ τ' ἀμειβόμεναι Τόκα μὲν ὧν βίον ἄνδρεσ-σιν ἐπητανὸν πεδίων ἔδοσαν, Τόκα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι σθένος ἔ-Μαρψαν. Ibid. XI. 48. ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ Ἀμφέροντ' ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν σθένος. Ἐν σχέρῳ δ' οὔτ' ἂν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι· Δένδρεά τ' οὔτ' ἐθέλει πάσαις ἐτέων περ ὁδοῖς Ἄνθος εὐῶδες φέρειν, πλούτῳ ἶσον, Ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι. καὶ Θνατον οὕτω σθένος ἄγει Μοῖρα.

15, 3. Τὰ μὲν εὐφυᾶ γένη] Eædem edd. τὰ μὲν εὐφυῆ γένη. Vetus interpres Latinus videtur legisse γένει. BUHLE.

15, 3. εὐφυᾶ γένη εἰς μανικώτερα.] Fieri omnibus in rebus lapsus in res propinquas constat: quamvis autem non parum

inter se discrepent, qui *ingeniosi* a Latinis, εὐφυεῖς a Græcis vocantur, quique a Græcis μανικοὶ, non omnino tamen illos dijunctos esse, cognosci etiam potest, quia sæpe, cum de alteris loquitur, alteros etiam ponit. In Probl. XXX. de atra bile loquens, inquit, In quibus autem permulta calidaque fuerit, μανικοὶ καὶ εὐφυεῖς. In A. P. c. 16. Διὸ εὐφυοῦς ἐστὶν ἡ ποιητικὴ, ἢ μανικοῦ. VICTOR.

15, 3. στάσιμα.] Familias ingenio stabili firmoque præditas, ut in Probl. XIX. 48. in quo de choris tragœdiarum disputat, ἦθος στάσιμον vocavit. Non omnino autem valere στάσιμον *quietem pacatum*que inde etiam intelligitur, quod hujuscemodi indolem naturamque congruere choro illic affirmat, cum stabilem alienam ab eo esse, et nullo modo illi convenire, tradat. Quod vero dixit migrare hos degenerareque εἰς ἀβελτερίαν, eodem hoc nomine usus est Rep. V. 11. p. 162, 24. VICTOR.

15, 3. Εἰς ἀβελτηρίαν] Desunt hæc in Ald. Bas. et Ricc. BUHLE.

CAP. XVI.

16, 1. πλούτῳ ᾧ ἕπεται ἦθη.] Cicero in Or. de Lege Agraria ad Quirites mores divitum opulentorumque eleganter atque erudite descripsit, dicens, (c. Rull. II. 35.) *Campani semper superbi, bonitate agrorum et fructuum, magnitudine urbis, salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primum illa nata sunt; arrogantia, qua a majoribus nostris alterum Capua consulem postulavit, deinde ea luxuries, quæ ipsum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit.* VICTOR.

16, 1. πάσχοντές τι.] Πάσχοντές τι inquit, significans eos contraxisse hanc quasi labem inde: et animo ita affectos, quia hanc vim habet pecunia, ut inficiat animos mortalium, ut infra quoque locutus est, ἅμα δὲ καὶ εἰκότως τοῦτο πάσχουσι. VICTOR.

16, 1. Ὑπερήφανοι, πάσχοντές τι.] Acute Ulricus conjicit, dempta interpunctione, οἱ πάσχοντές τι legendum esse, quia πάσχοντες subjectum enuntiati est. Cui suspicioni plane assentior. Quanquam interdum iste subjecti articulus deest, hic tamen magis quam alias desideratur. Vulgo vertitur: *Contumeliosi enim sunt divites et superbi, quam quasi labem a divitiarum possessione contrahunt.* Sic quasi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ intelligetur, οἱ πλούσιοι γὰρ ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι, quæ ratio hic, ni fallor, perquam dura est. Πάσχοντές τι non sunt necessario ii, *qui labem contrahunt*, sed etiam ii, *quorum mores divitiarum possessione afficiuntur*, quasi scriptum esset, τοιαῦτα

γὰρ ἤδη ἅπτεται τῷ πλούτῳ, ὥστε εἶναι τοὺς ἀνθρώπους ὑβριστάς. Ceterum edd. Ald. Bas. τι non habent. VATER.

16, 1. Ὁ γὰρ πλοῦτος] Cod. Victorii, vetus interpres Latinus, et Cam. et Majorag. ὁ δὲ πλοῦτος. Eædem edd. in sequentibus pro ὄντια habent ὄντεια. Minus usitate. BUHLE.

16, 2. Διὰ τὴν τρυφὴν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. διά τε τὴν τρ. BUHLE.

16, 2. Σαλάκωνες.] Retinuerunt in Latina versione Græcam vocem Victorius, Majoragius, Muretus, quam Trapezuntius, Sigonius, Riccobonus, vertunt *arrogantes*, vetustissimus interpres, ut et Hermolaus Barbarus, *jactatores*, Sturmius, *in luxu se ostentantes*, Æmilius Portus, *suarum opum ostentatores*, Italus interpres, *boriosi*, Gallicus, *les riches ont une vanité si insupportable qu'ils ne font que parler de ce qui est à eux, et de ce qu'ils doivent avoir*. Et vero ex Hesychio, et quem hic allegat, Theophrasto, Suida, aliisque grammaticis, tum ex hoc ipso Aristotelis loco, satis liquet Salacones dici eos qui divitias suas sermone et factis inepte jactant ostentantque, sæpe etiam, quo non oportebat, impendunt. Quam appellationem a quodam Salacone, Autolyci patre, homine molli, ortam indicat Schol. Gr. ad Aristoph. Vesp. 1164. SCHRADER.

16, 2. Σαλάκωνες.] Schol. Gr. ad hoc voc. notat: ὑπερβολὴ τῆς μεγαλοπρεπείας. Hesychius ex Theophrasto, δαπανῶν, ἐπου μὴ δεῖ. Σόλοικοι simpliciter sunt *inepti*, etsi omnino apto vocabulo Latini carent. Significantur homines, qui deliciis alicujus rei capti, ejus caussa opes profundunt, et aliis hanc vivendi rationem præire volunt. VATER.

16, 2. σόλοικοι.] Ita appellantur non tantum qui dicunt, sed et qui agunt inepte. Soli Ciliciæ fuit oppidum, cujus incolæ Solœci, qui cum barbare loquerentur, inde vocabulum hoc ad omnes vitioso sermone utentes, et tandem ad illos quoque, qui in actionibus suis ineptiunt, est translatum. SCHRADER. Victorius sequentia loca apposuit: Plutarch. Polit. Præc. p. 817. A. Οὐχ ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἀπειροκάλων καὶ σολοίκων. Vita Dion. p. 965. A. Οὐδὲν ἐν τῇ διαίτῃ σόλοικον ἐπιδεικνύμενος. Xenophon Cyrop. VIII. 3. 21. Δαϊφάρνης δέ τις ἦν σολοικότερος ἄνθρωπος τῷ τρόπῳ, ὃς ᾤετο, εἰ μὴ ταχὺ ὑπακούοι, ἐλευθερώτερος ἂν φαίνεσθαι.

16, 2. Καὶ τὸ οἴεσθαι] Eædem edd. καὶ τῷ οἴεσθαι. Minus bene. BUHLE.

16, 2. Καὶ τὸ οἴεσθαι.] Ita libri scripti et ed. Cam. In ceteris vett. τῷ legitur. Paullo post in verbis, Πλούσιον εἰπεῖν—ἔφη—διατρίβοντας in edd. Ald. Bas. πλούσιον εἰπεῖν et διατρίβοντας deest. Contra ἔφη in omnibus impressis reperitur, et sine caussa in Bipontino deletum est. VATER.

16, 2. Τοῦτο *πάσχουσι*] Ibidem: *ταῦτα πάσχουσι*. BUHLE.

16, 2. Πολλοὶ *γάρ εἰσιν*] Abest *εἰσὶν* ab iisdem edd. BUHLE.

16, 2. Σιμωνίδου] Responsum hoc Simonidis, serio an joco prolatum, merito reprehendit Plato Rep. VI. p. 489. B. Dionysio, et ipsi postea Syracusanorum regi, percontanti cur Philosophi divitum limina terant, divites Philosophorum domos raro aut nunquam visant, Aristippus Socratis auditor argute respondit, Ὅτι *οἱ μὲν ἴσασιν ὧν δέονται, οἱ δ' οὐκ ἴσασιν*. Idem Aristippus indignanti cuidam quod Philosophos cerneret obsidere divitum fores, *καὶ γὰρ καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, παρὰ ταῖς τῶν νοσούντων· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτό τις ἕλοιτ' ἂν νοσεῖν ἢ ἰατρεύειν*. Utrumque refert Diogenes Laërt. in v. Aristippi c. 4. SCHRADER.

16, 2. Πλούσιον, *εἰπεῖν — διατρίβοντας*] Margo Isingr. *σοφὸν, φάναι· τοὺς γὰρ σοφοὺς* (ἔφη) *ἐστὶν ὁρᾶν ἐπὶ τὰς πλουσίων θύρας φοιτῶντας*. Non recte, saltem quoad verba *σοφὸν, φάναι*. In ipso textu Isingr. cum aliis ἔφη, a nonnullis post *θύραις* insertum, omisit, quod et ego expunxi. BUHLE.

16, 3. Καὶ *τὸ οἴεσθαι ἀξίους*.] Vulgo vertitur, *quia se putant*, ut hæc ad salacones referantur, et *διὰ* subaudiatur; quod durum est. Hoc enim, quod se dignos putent, qui imperent, non salaconum ineptorumque, sed universe divitum affectio est. Itaque Aristoteles instituta constructione excidisse videtur. Quod enim non semel ei accidit, ut, cum antea adjectiva, quibus hominum affectiones declarantur, conjunxerit; deinde substantiva affectionum immisceat: idem hic evenisse putaverim. Cum *καὶ οἱ οἰόμενοι* pergere oporteret, *τὸ οἴεσθαι* posuit. VATER.

16, 3. Ἀνοήτου *εὐδαίμονος ἤθους*] Cod. Victorii, vetus interpres Latinus, et Ald. Bas.: *ἀνόητον εὐδαίμονος ἤθος*. Vulgatum prætulit Victorius. Vid. ejus Comment. pag. 415. BUHLE.

16, 3. *ἀνοήτου*.] Leg. forte *ἀνοήτου ἀνδρὸς καὶ εὐηθοῦς ὁ πλοῦτός ἐστι*. Vel *ἀνοήτου τινὸς καί*. Vel *ἀνοήτου μόνου*. TOUP.

16, 3. *ἀνοήτου εὐδαίμονος*.] Ciceronis verba sunt in Lælio, quæ hæc Aristotelis exprimere pulchre videntur. *Nec quicquam* insipiente fortunato *intolerabilius fieri potest*. Videtur autem manifesto nunc *εὐδαίμων* usurpasse pro *εὐτυχής*· nam quomodo in libris de moribus cepit, ac vere beatum valens hoc verbum, locum hic non habet: neque enim stultus, a consilioque vacuus, beatus, quem fingunt philosophi, esse potest. VICTOR.

16, 4. *νεωστὶ κεκτημένοις*.] Νεοπλούτους Græci appellant, qui patrimonium amplum repente adepti sunt: quo verbo quoque Demosthenes improbos quosdam cives notavit in Or. de fœd. Alex. p. 218. Οὗτοι *δ' οἱ νεόπλουτοι μόνοι καταφρονεῖν ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν ἀναγκάζουσιν*. A damnatis autem meritoque exagitatis horum moribus, *νεόπλουτον* appellari quicquid insolens

atque improbum est, testimonio etiam Plutarchi confirmari potest Sympos. VII. p. 708. C. Καὶ περὶ οἴνων διαφορᾶς καὶ μύρων ἡρτῶν καὶ διαπυθάνεσθαι, φορτικὸν κομιδῇ καὶ νεόπλουτον. VICTOR. Æschyl. Agam. 1046. Εἰ δ' οὖν ἀνάγκη τῆσδ' ἐπιῤῥέποι τύχης, Ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις· Οἱ δ' οὐποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς, Ὦμοι τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.

16, 4. Τὰ δὲ ἀκρατευτικὰ] Ald. et Bas.: τὰ δὲ ἀκρατεύματα. BUHLE.

CAP. XVII.

17, 1. Ὁμοίως δὲ καὶ] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

17, 1. Τὰ δὲ βελτίω] Eædem edd. τὰ δὲ καὶ βελτίω. BUHLE.

17, 2. Φιλοτιμότεροι γὰρ] Ibidem: φιλότιμοι γάρ. Hoc etiam expressit Georg. Trapezuntius. Nostrum dedit Victorius e Codd. BUHLE.

17, 2. Ἀνδραποδίστεροί εἰσι.] Edd. Ald. Bas. Cam. εἰσὶ omittunt. VATER.

17, 2. ἐξουσία.] Ἐξουσίαν *potestatem facultatem*que appellat: sic enim Cicero hoc verbum interpretatus est. Zeno libertatem his verbis definiit (D. Laert. VII. 121.): ἐλευθερίαν εἶναι ἐξουσίαν αὐτοπραγίας. In quæstione illa incredibili Cicero, qua disserit, *solos sapientes esse liberos*, definitionem hanc exprimens, inquit, *Quid est enim libertas? potestas vivendi, ut velis.* VICTOR.

17, 4. σεμνότεροι ἢ βαρύτεροι.] Duplex quædam morum gravitas his vocabulis distinguitur: una, quæ gravitati humanitatem ac modestiam jungit, et dignitatem suam præ se fert citra arrogantiam atque ostentationem: altera, quæ severiori et altiori quam par est supercilio incedit, atque in amplitudine sua tuenda verba et facta frequentat, quæ aliis sint molesta. Prior illa gravitas venerationem, posterior odium creat. SCHRADER. Βαρεῖς, ut puto, appellat, qui in tuendo statu illo suo modum non tenent, ac nimis magnos spiritus gerunt, eaque de causa molesti aliis atque odiosi fiunt. Σεμνοὺς, qui idem modestia quadam adhibita, temperanterque faciunt, ut dignitatem sane suam ipsi non abjiciant aut minuant: nec tamen importune arroganterque se ostentando, in omnium oculos incurrant, apud ipsosque merito offendant. Hujuscemodi fuisse Niciæ ingenium tradit Plutarchus: p. 524. C. Καὶ γὰρ οὐκ ἦν αὐστηρὸν, οὐδ' ἐπαχθὲς ἄγαν αὐτοῦ τὸ σεμνὸν, ἀλλ' εὐλαβείᾳ τινὶ μεμιγμένον. Contra autem βάρος valere, quod indicavi, certum est: unde majores magistratus severioresque ab eadem dicti sunt βάρος habere, et βαρύτεροι esse in commentario, quo præcepta dat ad Remp. administrandam p. 813. D. καὶ τῶν μὲν βαρυτέρων ὑφίεσθαί τι, καὶ παρενδιδόναι μετριάζοντα· ταῖς δὲ

μικροτέραις ἀξίωμα προστιθέναι, καὶ ὄγκον, ὅπως μήτε περὶ ταύτας εὐκαταφρόνητοι, μήτ' ἐπίφθονοι περὶ ἐκείνας ὦμεν. VICTOR.

17, 4. Ποιεῖ γὰρ ἐμφανεστέρους] Cod. Victorii, et vetus interpres Latinus: ποιεῖ γὰρ σεμνοτέρους. BUHLE.

17, 4. Οὐ μικραδικηταί εἰσιν, ἀλλὰ μεγαλάδικοι] Ald. Bas. Frob. et Ricc. οὐ μικραδικητικοί εἰσιν, ἀ. μ. Ven. Cam. Isingr. Spir. Majorag. οὐ μικραδικητικοί εἰσιν, ἀλλὰ μεγαλαδικητικοί. BUHLE.

17, 5. Ἡ δ' εὐτυχία τὰ μόρια ἔχει τῶν εἰρημένων τὰ ἤθη] Cod. Victorii, vetus interpres Latinus, et Isingr. ἡ δ' εὐτυχία κατὰ μόριά τε τῶν εἰρημένων ἔχει τὰ ἤθη. Nescio, an melius. BUHLE.

17, 5. Αἱ μέγισται δοκοῦσαι] Uncinis seclusi μέγισται. Videtur enim vox interpolata esse, et deest in versione Georgii Trapezuntii, et in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. In sequentibus eædem edd. habent καὶ τὰ κατὰ τὸ σῶμα. Igitur cum τὰ defecisset in textu, quem operis exscribendum dedi, equidem illud restitui. BUHLE.

17, 5. Μέγισται δοκοῦσαι.] In edd. vett. μέγισται deest, ideoque Buhlio suspectum videbatur. Sed auctoritate Cod. Victorii et prisci Intpr. locum suum apte tuetur. Significat, *quæ inprimis hoc numero habentur, præcipuæ* (cf. L. I. 4, 7. et 13. et II. 5, 12.). VATER.

17, 5. Καὶ κατὰ τὸ σῶμα.] Ita ex Schradero Lips. ed. itidemque edd. vett. omnes. Victorius et Sylb. τὰ κατὰ τὸ σῶμα, quod necessarium videtur, quia definitum quoddam bonorum genus significatur. Verba, παρασκευάζει ἡ εὐτυχία πλεονεκτεῖν, Muretus non expressit. Sane supervacanea sunt, neque grata est verborum copia in re, de qua jam non agitur. Si Aristotelea sint, præter καὶ aliam conjungendi voculam, ut iterum ἔτι, exspectaverim. VATER.

17, 6. ὑπερηφανώτεροι.] Archytas Stobæi I. p. 16. Ὅθεν οὐκ ἀτυχίαν ἐνεγκὲν ἐμμελῶς χαλεπώτερόν ἐστιν, ἀλλ' εὐτυχίαν. Πάντες μὲν γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ μένοντες, ὡς ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται· ἐν δ' εὐπραγίαις ἀνδρεῖοι, μεγαλόφρονες, μεγαλόψυχοι. Δεινὰ γὰρ ἀτυχία συναγαγὲν καὶ καταρτίσαι τὰν ψυχάν, ἃ δ' εὐπραγία τοὐναντίον ἐπᾶραι καὶ κενῶσαι. Διὸ ποθεκτικοὶ μὲν ἅπαντες καὶ συνετοὶ τὸν τρόπον ἀτυχέοντες, ἐπιθετικοὶ δὲ καὶ θαρσαλέοι τὸν τρόπον εὐτυχέοντες.

17, 6. Βέλτιστον ἦθος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. βέλτιον ἦθος. BUHLE.

17, 6. Βέλτιστον ἦθος.] Ita legitur fide cod. Victorii et prisci Intpr. Edd. vett. βέλτιον. Paullo post pro, καὶ ἀδυνάτου, edd. vett. καὶ ἀδυναμία. Illud bene repositum est ex prisco Intpr. et libris scriptis melioribus. VATER.

17, 6. εὐτυχίᾳ ὅτι φιλόθεοι.] Contra Lactantius Div. Inst. II. 1, 8. *Tum* (in prosperis rebus) *maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis ejus fruentes, honorem dare di-*

vinæ indulgentiæ deberent. At vero si qua necessitas gravis presserit, tunc Deum recordantur. Lucretius III. 53. *multoque in rebus acerbis Acrius advertunt animos ad relligionem.*

17, 6. Ἀπὸ τῆς τύχης] Eædem edd. ὑπὸ τῆς τύχης. BUHLE.

17, 6. Καὶ ἀδυνάτου] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Majorag. καὶ ἀδυναμία. BUHLE.

17, 6. ἀδυνάτου.] In pluribus ac melioribus scriptis libris καὶ ἀδυνάτου legitur, quod respondet superiori sermoni, ut ἀδυνάτου dixerit, sicut πένητος et ἀτυχοῦς dixerat: eundem enim manifesto, quem supra, ordinem non conservat. Hujus quoque lectionis vestigium apparet in vetere tralatione. Quare altera ejecta, quæ ἀδυναμία habebat, hanc recepi. Omni autem quæstione de moribus diligentique harum rerum explicatione absoluta, exponendum videtur, quod mihi sæpe in mentem venit, ac non parum molestum fuit: Quintilianus enim lib. V. 10, 17. ubi de argumentis disputat, ostendit Aristotelem plenius uberiusque hunc locum tractasse, ac multa ad naturam moresque hominum pertinentia exposuisse, quæ nunc hic nullo modo leguntur. Verba ipsius hæc sunt: *Ideoque Aristoteles II. de Arte Rhet. libro diligentissime est executus, quid cuique rei et quid cuique homini soleat accidere, et quas res, quosque homines, quibus rebus aut hominibus vel conciliasset vel alienasset ipsa natura. Ut divitias quid sequatur, aut ambitum, aut superstitionem, quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici, quo quæque modo res vitari vel appeti soleat*; et quæ sequuntur. Ubi enim hic agitur de ambitu aut superstitione? Quod verbum ab Aristotele factum est de militibus aut rusticis? Quid igitur dicemus? Hanc hujus libri partem laceram ac fractam esse, eaque omnia desiderari, quæ a Quintiliano significantur; an magnum illum rhetorem lapsum esse, et quæ tractari hic credebat, cum in manibus librum non haberet, non quæ vere traderentur, nominasse? Omnino res dura; neque enim in hoc libro hiatus ullus apparet, sed contra continuata rerum series admirabilis. Nec temere debemus non omnino contemnendum scriptorem tantæ negligentiæ condemnare, quamvis quædam hic a philosopho tradantur, quæ in ea re explicanda omittere ipse non debuit. Quare, ut illa imprudenter præteriit, ita potuit alia, quæ minime hic tractata umquam fuerunt, nominare, et quasi pro ipsis supponere. VICTOR.

CAP. XVIII.

18, 1. Ἐπεὶ δὲ.] Caput hoc perfectam continet transitionem, cui præmittit hoc principium: *Omnis ad persuadendum adhibenda oratio huc tendit, ut auditor de vi persuadendi, quæ orationi insit, judicet, et illa inductus assentiatur.* Probat id

dialectice tum a contrario, tum inductione. Pendet autem sermo Aristotelis, variis μεταξυλογίαις interruptus a §. 1. usque ad illa §. 2. fin. *reliquum est ut de communibus disseramus.* Hæc enim demum verba ἀπόδοσιν continent et illius ἐπεὶ quod §. 1. et alterius quod §. 2. legimus. Quanquam et priori illi ἐπεὶ ex parte respondet illud, ὥστε διωρισμένον quod est §. 2. SCHRADER.

18, 1, 2. Ἐπεὶ δ' ἡ τῶν πιθανῶν λόγων——λοιπὸν ἡμῖν διελθεῖν περὶ τῶν κοινῶν.] Impeditissima est loci constructio, ejusque difficultate offensi Commentatores, ni fallor, lapsi sunt. Schol. Gr. et Victorius arbitrati sunt, apodosin prioris ἐπεὶ esse in verbis, ὥστε διωρισμένον—τοὺς λόγους τοὺς ἠθικοὺς ποιήσομεν. Hæc ad sententiam apodosis esset. Tantum enim abest, ut ad grammaticen τῷ ἐπεὶ ista verba respondeant, ut apodosis hoc vocabulo incipi posse non videatur. Sed ne ad sententiam quidem conveniunt. Protasis, ἐπεὶ ἡ τῶν πιθανῶν λόγων χρῆσις πρὸς κρίσιν ἐστὶ, ad omnia dicendi genera eorumque ambitum respicit. Itaque si τοὺς λόγους τοὺς ἠθικοὺς ποιεῖν itidem universe pronuntiatur, hæc apodoseos sententia plane non est præparata. Nam ex eo, quod *oratio ad judicium refertur et in unoquoque dicendi genere judex est*, non consequitur, *definitum esse, quomodo et quibus viis orationes moratas efficere possimus.* Aliter res se haberet, si concluderetur, hoc *definiendum esse.* Præterea, ut nunc hæc, quæ putatur, apodosis profertur, ea, quæ §. 2. leguntur, ἔτι δ' ἐξ ὧν ἠθικοὺς τοὺς λόγους ἐνδέχεται ποιεῖν, haud ferenda esset repetitio. Deinde ex enuntiatis, περὶ ὧν γὰρ ἴσμεν καὶ κεκρίκαμεν, et, τῷ γὰρ λόγῳ χρῆσθαι, καὶ ἀναιρεῖν τἀναντία, apparet, non solum de commovendo et afficiendo judice prima capitis parte quæri, sed de demonstratione et persuasione. Denique qui hæc sine temere capta opinione de nexu hujus capitis cum proxime antecedentibus legerit, is, ni fallor, ὥστε ἠθικοὺς τοὺς λόγους ποιεῖν, eo referet, quod præcedit, περὶ τῶν—ἠθῶν—εἴρηται πρότερον. Tunc vero si nihilominus, ὥστε ποιήσομεν, apodosis sit, protasi latissime patente hæc apodosis longe angustior est. Sic enim ad solum genus deliberativum pertinet. Τὰ κατὰ τὰς πολιτείας ἤθη non sunt mores ex singulorum hominum natura et fortuna derivati, qui L. II. c. 2—17. explicantur; sed ii, qui hominibus pro ratione administrandæ rei publicæ conveniunt, quosque Aristoteles L. I. c. 8. attigit. Hunc ad locum referuntur verba, ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἴρηται πρότερον. Itaque cum οἱ λόγοι οἱ ἠθικοὶ ipso loco cum his ἤθεσι conjungantur: quod defendunt Interpretes, et ipsa hujus capitis inscriptione significant: paragrapho prima, ἐπεὶ—ἠθικοὺς ποιήσομεν, declarari, cur libro secundo hactenus de affectibus et moribus hominum disputatum sit, id vix est verum. Cum vero hunc ad modum verbis ἠθικοὺς ποιήσομεν periodus absoluta videretur:

vinæ indulgentiæ deberent. At vero si qua necessitas gravis presserit, tunc Deum recordantur. Lucretius III. 53. *multoque in rebus acerbis Acrius advertunt animos ad relligionem.*

17, 6. Ἀπὸ τῆς τύχης] Eædem edd. ὑπὸ τῆς τύχης. BUHLE.

17, 6. Καὶ ἀδυνάτου] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Majorag. καὶ ἀδυναμία. BUHLE.

17, 6. ἀδυνάτου.] In pluribus ac melioribus scriptis libris καὶ ἀδυνάτου legitur, quod respondet superiori sermoni, ut ἀδυνάτου dixerit, sicut πίνητος et ἀτυχοῦς dixerat: eundem enim manifesto, quem supra, ordinem non conservat. Hujus quoque lectionis vestigium apparet in vetere tralatione. Quare altera ejecta, quæ ἀδυναμία habebat, hanc recepi. Omni autem quæstione de moribus diligentique harum rerum explicatione absoluta, exponendum videtur, quod mihi sæpe in mentem venit, ac non parum molestum fuit: Quintilianus enim lib. V. 10, 17. ubi de argumentis disputat, ostendit Aristotelem plenius uberiusque hunc locum tractasse, ac multa ad naturam moresque hominum pertinentia exposuisse, quæ nunc hic nullo modo leguntur. Verba ipsius hæc sunt: *Ideoque Aristoteles II. de Arte Rhet. libro diligentissime est executus, quid cuique rei et quid cuique homini soleat accidere, et quas res, quosque homines, quibus rebus aut hominibus vel conciliasset vel alienasset ipsa natura. Ut divitias quid sequatur, aut ambitum, aut superstitionem, quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici, quo quæque modo res vitari vel appeti soleat;* et quæ sequuntur. Ubi enim hic agitur de ambitu aut superstitione? Quod verbum ab Aristotele factum est de militibus aut rusticis? Quid igitur dicemus? Hanc hujus libri partem laceram ac fractam esse, eaque omnia desiderari, quæ a Quintiliano significantur; an magnum illum rhetorem lapsum esse, et quæ tractari hic credebat, cum in manibus librum non haberet, non quæ vere traderentur, nominasse? Omnino res dura; neque enim in hoc libro hiatus ullus apparet, sed contra continuata rerum series admirabilis. Nec temere debemus non omnino contemnendum scriptorem tantæ negligentiæ condemnare, quamvis quædam hic a philosopho tradantur, quæ in ea re explicanda omittere ipse non debuit. Quare, ut illa imprudenter præteriit, ita potuit alia, quæ minime hic tractata umquam fuerunt, nominare, et quasi pro ipsis supponere. VICTOR.

CAP. XVIII.

18, 1. Ἐπεὶ δὲ.] Caput hoc perfectam continet transitionem, cui præmittit hoc principium: *Omnis ad persuadendum adhibenda oratio huc tendit, ut auditor de vi persuadendi, quæ orationi insit, judicet, et illa inductus assentiatur.* Probat id

dialectice tum a contrario, tum inductione. Pendet autem sermo Aristotelis, variis μεταξυλογίαις interruptus a §. 1. usque ad illa §. 2. fin. *reliquum est ut de communibus disseramus.* Hæc enim demum verba ἀπόδοσιν continent et illius ἐπεὶ quod §. 1. et alterius quod §. 2. legimus. Quanquam et priori illi ἐπεὶ ex parte respondet illud, ὥστε διωρισμένον quod est §. 2. SCHRADER.

18, 1, 2. Ἐπεὶ δ' ἡ τῶν πιθανῶν λόγων——λοιπὸν ἡμῖν διελθεῖν περὶ τῶν κοινῶν.] Impeditissima est loci constructio, ejusque difficultate offensi Commentatores, ni fallor, lapsi sunt. Schol. Gr. et Victorius arbitrati sunt, apodosin prioris ἐπεὶ esse in verbis, ὥστε διωρισμένον—τοὺς λόγους τοὺς ἠθικοὺς ποιήσομεν. Hæc ad sententiam apodosis esset. Tantum enim abest, ut ad grammaticen τῷ ἐπεὶ ista verba respondeant, ut apodosis hoc vocabulo incipi posse non videatur. Sed ne ad sententiam quidem conveniunt. Protasis, ἐπεὶ ἡ τῶν πιθανῶν λόγων χρῆσις πρὸς κρίσιν ἐστὶ, ad omnia dicendi genera eorumque ambitum respicit. Itaque si τοὺς λόγους τοὺς ἠθικοὺς ποιεῖν itidem universe pronuntiatur, hæc apodoseos sententia plane non est præparata. Nam ex eo, quod *oratio ad judicium refertur et in unoquoque dicendi genere judex est*, non consequitur, *definitum esse, quomodo et quibus viis orationes moratas efficere possimus.* Aliter res se haberet, si concluderetur, hoc *definiendum esse.* Præterea, ut nunc hæc, quæ putatur, apodosis profertur, ea, quæ §. 2. leguntur, ἔτι δ' ἐξ ὧν ἠθικοὺς τοὺς λόγους ἐνδέχεται ποιεῖν, haud ferenda esset repetitio. Deinde ex enuntiatis, περὶ ὧν γὰρ ἴσμεν καὶ κεκρίκαμεν, et, τῷ γὰρ λόγῳ χρῆσθαι, καὶ ἀναιρεῖν τἀναντία, apparet, non solum de commovendo et afficiendo judice prima capitis parte quæri, sed de demonstratione et persuasione. Denique qui hæc sine temere capta opinione de nexu hujus capitis cum proxime antecedentibus legerit, is, ni fallor, ὥστε ἠθικοὺς τοὺς λόγους ποιεῖν, eo referet, quod præcedit, περὶ τῶν—ἤθων—εἴρηται πρότερον. Tunc vero si nihilominus, ὥστε ποιήσομεν, apodosis sit, protasi latissime patente hæc apodosis longe angustior est. Sic enim ad solum genus deliberativum pertinet. Τὰ κατὰ τὰς πολιτείας ἤθη non sunt mores ex singulorum hominum natura et fortuna derivati, qui L. II. c. 2—17. explicantur; sed ii, qui hominibus pro ratione administrandæ rei publicæ conveniunt, quosque Aristoteles L. I. c. 8. attigit. Hunc ad locum referuntur verba, ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἴρηται πρότερον. Itaque cum οἱ λόγοι οἱ ἠθικοὶ ipso loco cum his ἤθεσι conjungantur: quod defendunt Interpretes, et ipsa hujus capitis inscriptione significant: paragrapho prima, ἐπεὶ—ἠθικοὺς ποιήσομεν, declarari, cur libro secundo hactenus de affectibus et moribus hominum disputatum sit, id vix est verum. Cum vero hunc ad modum verbis ἠθικοὺς ποιήσομεν periodus absoluta videretur:

minus recte vulgo maxima interpunctione a sequentibus separata sunt.

Quod sequitur, ἐπεὶ δὲ περὶ ἕκαστον γένος τῶν λόγων ἕτερόν τι τὸ τέλος ἦν, ni fallor, cum superiori ἐπεὶ cohæret, ita ut, λοιπὸν ἡμῖν διελθεῖν περὶ τῶν κοινῶν, utriusque paragraphi apodosis sit, utque Aristoteles longa hac protasi non nisi hoc probare voluerit: omnia, quæ ad persuadendum pertinerent, jam a se disputata esse præter locum de communibus fidei instrumentis. Aristoteles ita orditur: *Quoniam orationis ad persuadendum comparatæ usus ad judicium refertur.* Hoc probat de tribus dicendi generibus valere, et cum pergere vellet, *cumque unicuique generi suus finis propositus sit*, inciso aliquo impeditus, propositionem, qua duæ hæ partes protaseos conjungerentur, non interjecit, ita ut ne cohærere quidem videantur. At hoc tamen modo cohærent. Quod ad persuadendum comparatum est, et ad judicationem refertur, eo aliquid conficiatur necesse est, quod nondum est demonstratum, et de hoc judicat judex, cujus de persuasione agitur. Atqui hoc, quod demonstrare oportet, est τὸ τέλος oratori propositum, quod in singulis generibus diversum est. Hanc enim solam vocis τέλος potestatem huc pertinere, ex usu Aristotelis patet. Præter argumentationem ut judicem, ad quem oratio dirigitur, aliquo modo afficias necesse est id quod facile quisque intelligit. Ita priori parti protaseos, qua, quid faciendum sit, declaratur, prorsus respondet altera, qua, quid traditum jam sit, exponitur.

In explicanda paragraphi primæ œconomia difficilius est definire, quænam ejus enuntiata ab ipsa particula ἐπεὶ pendeant. Res in eo vertitur, quid in verbis, ἐάν τε πρὸς ἀμφισβητοῦντα — ὁμοίως subaudias. In edd. Isingr. Sylb. Casaub. Lips. Bipont. hæc cum proxime antecedentibus conjunguntur: *Judex is est, cui persuadendum est aliquid, nec refert, utrum—an—* (*Utrobique judex est*). Sed cum Victorio, Mureto, Sigonio, hæc sejungenda sunt, ut, colo ante ἐάν τε posito, subaudias: ἔστι δὲ κρίσις, ἐάν τε κ. τ. λ. itidemque paullo post, ἔστι δὲ κρίσις ὡσαύτως καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς. Nam tria enuntiata, *etiamsi quis apud unum oratione utens* hortetur *aut* dehortetur; *sive adversus* controversantem; *et in* ostentativis *eodem modo*, inter se respondent, ut tria dicendi genera significentur, et idcirco idem ad unumquodque supplendum sit. Etiam particula τε in ἐάν τε haud obscure notari videtur, plura secutura esse, quæ cum verbis ἔστι δὲ κρίσις eodem modo conjuncta sint. Hæc igitur ab illo ἐπεὶ suspensa sunt, et inter has enuntiationes interjecta sunt incisa quædam. At verba, quæ dein sequuntur, ὅλως δὲ μόνος—περὶ ὧν βουλεύονται, in parenthesi dicta sunt, et non modo ad ἐπεὶ non referuntur, sed ab instituta constructione plane deflectunt. Verba pro-

xima ὥσπερ καὶ πρὸς κριτὴν, cur Aristoteles de judice pergeret, in caussa fuisse, atque rursus eo, quod ita pergeret, effectum videtur, ut ἐπεὶ posterius cum superiori non conjungeretur. Ad hanc parenthesin etiam, περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἤθων —ἠθικοὺς ποιήσομεν, si sanum est, pertinet; nam ad πολιτικοὺς ἀγῶνας respiciunt τὰ κατὰ τὰς πολιτείας ἤθη. Sed hæc mihi suspecta, et alieno loco posita videntur. Prius enuntiatum ad verba, ἔτι ἐξ ὧν—διώρισται, ut scholion adscriptum, et inde huc translatum, et posterius, ὥστε—ποιήσομεν, deinde ad voc. ἤθων adjectum esse putaverim. Prius magis ferrem, quam posterius. Hoc enim particulare, et universali illi, quod sequitur, *ac cum præterea explicatum sit de iis, quibus moratæ orationes fieri possunt*, subjectum est. Ideo seorsim notandum non erat. Schraderus vero, cum dicat, priori illi ἐπεὶ ex parte respondere τὸ ὥστε διωρισμένον κ. τ. λ. quid sibi velit, non satis assequor.

Singulorum ad nexum manifestius significandum, utriusque periodi versionem, ratione mea distinctam, adjicio. *Quoniam autem usus orationum ad persuadendum appositarum ad judicationem refertur; (quæ enim novimus ac judicavimus, de his nihil amplius oratione est opus;) quandoque refertur, sive apud unum aliquis verba faciens adhortatur aut dehortatur; (ut faciunt, qui admonent, aut qui suadent; nihilo enim secius existimator, s. judex est unus, quia, cui persuadere oportet, hic, ut simpliciter dicam, est judex;) sive adversus controversantem, sive ad hypothesin aliquis dicit, eodem modo; (quia orationem adhibere oportet, contrariaque labefactare, adversus quæ, ut adversus controversantem, verba facias;) itidemque refertur etiam in demonstrativis; (quia oratio ad spectatorem tanquam ad judicem est instituta;) [omnino autem solus et simpliciter is judicantis munere fungitur, qui in civilibus contentionibus ea, quæ quæruntur, judicat; quia et quæ in foro in controversiam, et quæ in concione in deliberationem vocantur, quomodo se habeant, quæruntur;—at rerum publicarum de moribus supra in deliberativis est disputatum; quare explicatum est, et quomodo, et per quæ moratas orationes efficiamus:] quoniam igitur in unoquoque orationum genere finis quidem diversus propositus erat, de his autem omnibus opiniones propositionesque paratæ sunt, ex quibus argumenta ducant, et qui consilium dant, et qui facultatis in dicendo specimen exhibent, et qui caussas agunt; cumque præterea, unde moratas reddere liceat orationes, sit explicatum: reliquum est jam, ut communes argumentorum fontes persequamur.* VATER.

18, 1. πρὸς κρίσιν.] Nempe ut id judicet auditor atque censeat, quod antea non judicabat. Oratio enim de re, quæ auditoribus dubia sit, esse solet. Dubitatio tolli nequit, nisi judicium ejus qui dubitat recte informetur. Hoc facit

ejusmodi oratio. Ad κρίσιν ergo auditoris illa spectat. Vide Ethic. Nic. VI. 10. Quæ vero adhuc tradita sunt eo faciunt ut rem de qua agitur utilem, honestam, justam, jucundam, aut contra esse, auditor recte judicare possit. Ex iis quæ sequuntur id discet existimare, fierine illa, an non fieri possit; futura, an non sit futura; facta sit, an non sit. SCHRADER.

18, 1. Οὐδὲν ἔτι δεῖ λόγου] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. οὐδὲν ἔτι δεῖται τοῦ λόγου. BUHLE.

18, 1. Δεῖ λόγου.] Edd. vett. τοῦ λόγου. Auctoritate cod. antiquissimi et propter usum loquendi Aristotelis et Theophrasti τοῦ a Victorio deletum est. VATER.

18, 1. Ἢ ἀποτρέπῃ] Deest hoc commation in edd. Ald. et Bas. BUHLE.

18, 1. πρὸς ὑπόθεσιν,] h. e. ut causam argumentumve aliquod defendat, omniaque, quæ pro eo dici possunt, exponat. Plutarch. Erot. p. 752. E. Καὶ ὁ Ἀνθεμίων, ὤνησας, εἶπεν, ὡς ἔδει γε ἀπ' ἀρχῆς λέγειν τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. Diodorus Sic. XIII. c. 53. συνεπελάβετο δὲ τῆς γνώμης ταύτης καὶ Κλεοφῶν, μέγιστος ὢν τότε δημαγωγὸς, ὅστις παρελθὼν, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν οἰκείως διαλεχθεὶς, ἐμετεώρισε τὸν δῆμον. ibid. de Dionysio c. 92. πρὸς δὲ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, πολλὰ διαλεχθεὶς, οἰκεῖα τοῖς πράγμασι, συμψήφους ἔλαβε τοὺς Συρακουσίους. VICTOR.

18, 1. ἀμφισβητοῦντα.] Hac voce is, qui in foro litigat, indicatur. Nam ut paullo supra deliberativi, et paullo infra demonstrativi, ita hic judicialis generis orationes intelligi par est. Sed et mox in fine §. 2. manifeste hoc verbum in foro disceptantes denotat. SCHRADER.

18, 1. In verbis, ὅλως δὲ μόνος ὡς ἁπλῶς, ex eodem cod. ὡς accessit, quod edd. vett. omittunt. Pro μόνος ed. Cam. μόνως. VATER.

18, 1. ὅλως δὲ μ.] In deliberationibus, ut et in judiciis, suffragia colliguntur post orationem, et secundum illa decernitur. In demonstrativis orationibus neutrum fit. Magis itaque judicat deliberativarum et judicialium orationum auditor quam demonstrativarum. SCHRADER.

18, 1. Πολιτικοῖς ἀγῶσι.] Πολιτικοὺς ἀγῶνας opinor hic valere civiles omnes controversias, ac quidquid inter cives in disceptationem venit. Ἀγῶνες concertationes forenses, judicialesque causæ vocari plerumque solent, hic tamen controversiæ quoque quæ in curia habentur, hoc nomine significantur: qui enim de Rep. verba faciunt, cum contrarie sæpe de iisdem rebus sentiant, contendere inter se ac controversari solent, et quæ in senatu igitur, concioneque de Rep. quæruntur, et quæ in foro causæ aguntur, intellexit: quod etiam ex iis, quæ statim adjungit, satis aperte perspicitur. Τὰ ζητούμενα de quibus quæstio est, quæque ut veritas rei intelligatur, di-

diligenter examinantur. Quod ad scripturam attinet, ab antiquissimo libro abest ὡς, vetus quoque tralatio ipsum non exprimit. Si legatur tamen illud eo loco, intelligendum videtur εἰπεῖν, ut loqui consuevit, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. VICTOR.

18, 1. εἴρηται πρότερον.] Lib. I. c. 8. Non videtur autem hoc incisum cum præcedenti apte cohærere, sed lacunæ suspectum esse, omnia enim argumentorum genera, adhuc a se tractata, ut indicaret, ordo requirebat. At non nisi moratam orationem memorat, cum et affectus debuisset. SCHRADER.

18, 1. Τοὺς ἠθικοὺς ποιήσομεν] Margo Ven. τοὺς ἠθικοὺς καὶ παθητικοὺς π. Marg. Isingr. pro ποιήσομεν habet ποιητέον. Idem tuetur Cod. Victor. et vetus interpres Latinus. BUHLE.

18, 2. εἰλημμέναι δόξαι καὶ προτάσεις.] Factum est Lib. I. cujus capp. 5, 6, 7, 8. generi deliberativo, c. 9. demonstrativo, c. 10. ad fin. libri judiciali, accommodatæ propositiones magno numero afferuntur. SCHRADER.

18, 2. πίστεις φέρουσι.] Usitatus Aristoteli modus loquendi: ut enim hic πίστεις φέρειν, ita φέρειν τεκμήριον, φέρειν συλλογισμὸν, παράδειγμα, παραβολὴν, ἔνστασιν sæpe dixit. Ut autem φέρειν παράδειγμα, i. e. exemplo uti ad aliquid probandum, et tamquam simile afferre, dixit ipse Topic. VIII. 2. εἰς δὲ σαφήνειαν, παραδείγματα, καὶ παραβολὰς οἰστέον. Isocrates in Sophist. p. 293. C. Οἱ ποιητικοῦ πράγματος τεταγμένην τέχνην παράδειγμα φέροντες, λελήθασι σφᾶς αὐτούς. VICTOR.

18, 2. Καὶ ἐπιδεικνύοντες] Cod. Victorii: καὶ ἐπιδεικνύμενοι. BUHLE.

18, 2. ἐξ ὧν ἠθικούς.] Factum est I. capp. 8 et 9. et II. 12—18. SCHRADER.

18, 4. μειοῦν καὶ αὔξειν.] In hoc consistere omnem vim oratoris Gorgias Leontinus crediderat, ut Cicero in Bruto ostendit c. 12. *quod judicaret oratoris esse maxime proprium rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere.* In Æneid. XI. 401. moliri hoc, ac crebro facere Drancem Turnus arguit—*atque extollere vires Gentis bis victæ, contra premere arma Latini.* VICTOR.

18, 4. Καὶ συμβουλεύοντες ἢ ἀποτρέποντες, καὶ ἐπαινοῦντες ἢ ἀπολογούμενοι] Sic bene lectionem constituit Victorius, secutus fidem Codicis antiquissimi, et veteris versionis Latinæ. Georg. Trapezuntius, et Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. legunt: καὶ συμβουλεύοντες καὶ προτρέποντες, καὶ ἀποτρέποντες καὶ ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, καὶ κατηγοροῦντες ἢ ἀπολογούμενοι. In his nonnulla interpolationi deberi, facile apparet. BUHLE.

18, 4. Καὶ συμβουλεύοντες ἢ ἀποτρέποντες.] Cum in edd. vett. καὶ συμβουλεύοντες καὶ προτρέποντες καὶ ἀποτρέποντες legeretur, Victorius ex antiquiss. codice et prisco Intpr. καὶ προτρέποντες,

ejusmodi oratio. Ad κρίσιν ergo auditoris illa spectat. Vide Ethic. Nic. VI. 10. Quæ vero adhuc tradita sunt eo faciunt ut rem de qua agitur utilem, honestam, justam, jucundam, aut contra esse, auditor recte judicare possit. Ex iis quæ sequuntur id discet existimare, fierine illa, an non fieri possit; futura, an non sit futura; facta sit, an non sit. SCHRADER.

18, 1. Οὐδὲν ἔτι δεῖ λόγου] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. οὐδὲν ἔτι δεῖται τοῦ λόγου. BUHLE.

18, 1. Δεῖ λόγου.] Edd. vett. τοῦ λόγου. Auctoritate cod. antiquissimi et propter usum loquendi Aristotelis et Theophrasti τοῦ a Victorio deletum est. VATER.

18, 1. Ἡ ἀποτρέπῃ] Deest hoc commation in edd. Ald. et Bas. BUHLE.

18, 1. πρὸς ὑπόθεσιν,] h. e. ut causam argumentumve aliquod defendat, omniaque, quæ pro eo dici possunt, exponat. Plutarch. Erot. p. 752. E. Καὶ ὁ Ἀνθεμίων, ὥνησας, εἶπεν, ὡς ἔδει γε ἀπ' ἀρχῆς λέγειν τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. Diodorus Sic. XIII. c. 53. συνεπελάβετο δὲ τῆς γνώμης ταύτης καὶ Κλεοφῶν, μέγιστος ὢν τότε δημαγωγὸς, ὅστις παρελθὼν, καὶ πολλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν οἰκείως διαλεχθεὶς, ἐμετεώρισε τὸν δῆμον. ibid. de Dionysio c. 92. πρὸς δὲ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, πολλὰ διαλεχθεὶς, οἰκεῖα τοῖς πράγμασι, συμψήφους ἔλαβε τοὺς Συρακουσίους. VICTOR.

18, 1. ἀμφισβητοῦντα.] Hac voce is, qui in foro litigat, indicatur. Nam ut paullo supra deliberativi, et paullo infra demonstrativi, ita hic judicialis generis orationes intelligi par est. Sed et mox in fine §. 2. manifeste hoc verbum in foro disceptantes denotat. SCHRADER.

18, 1. In verbis, ὅλως δὲ μόνος ὡς ἁπλῶς, ex eodem cod. ὡς accessit, quod edd. vett. omittunt. Pro μόνος ed. Cam. μόνως. VATER.

18, 1. ὅλως δὲ μ.] In deliberationibus, ut et in judiciis, suffragia colliguntur post orationem, et secundum illa decernitur. In demonstrativis orationibus neutrum fit. Magis itaque judicat deliberativarum et judicialium orationum auditor quam demonstrativarum. SCHRADER.

18, 1. Πολιτικοῖς ἀγῶσι.] Πολιτικοὺς ἀγῶνας opinor hic valere civiles omnes controversias, ac quidquid inter cives in disceptationem venit. Ἀγῶνες concertationes forenses, judicialesque causæ vocari plerumque solent, hic tamen controversiæ quoque quæ in curia habentur, hoc nomine significantur: qui enim de Rep. verba faciunt, cum contrarie sæpe de iisdem rebus sentiant, contendere inter se ac controversari solent, et quæ in senatu igitur, concioneque de Rep. quæruntur, et quæ in foro causæ aguntur, intellexit: quod etiam ex iis, quæ statim adjungit, satis aperte perspicitur. Τὰ ζητούμενα de quibus quæstio est, quæque ut veritas rei intelligatur, di-

ligenter examinantur. Quod ad scripturam attinet, ab antiquissimo libro abest ὡς, vetus quoque tralatio ipsum non exprimit. Si legatur tamen illud eo loco, intelligendum videtur εἰπεῖν, ut loqui consuevit, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. VICTOR.

18, 1. εἴρηται πρότερον.] Lib. I. c. 8. Non videtur autem hoc incisum cum præcedenti apte cohærere, sed lacunæ suspectum esse, omnia enim argumentorum genera, adhuc a se tractata, ut indicaret, ordo requirebat. At non nisi moratam orationem memorat, cum et affectus debuisset. SCHRADER.

18, 1. Τοὺς ἠθικοὺς ποιήσομεν] Margo Ven. τοὺς ἠθικοὺς καὶ παθητικοὺς π. Marg. Isingr. pro ποιήσομεν habet ποιητέον. Idem tuetur Cod. Victor. et vetus interpres Latinus. BUHLE.

18, 2. εἰλημμέναι δόξαι καὶ προτάσεις.] Factum est Lib. I. cujus capp. 5, 6, 7, 8. generi deliberativo, c. 9. demonstrativo, c. 10. ad fin. libri judiciali, accommodatæ propositiones magno numero afferuntur. SCHRADER.

18, 2. πίστεις φέρουσι.] Usitatus Aristoteli modus loquendi: ut enim hic πίστεις φέρειν, ita φέρειν τεκμήριον, φέρειν συλλογισμὸν, παράδειγμα, παραβολὴν, ἔνστασιν sæpe dixit. Ut autem φέρειν παράδειγμα, i. e. exemplo uti ad aliquid probandum, et tamquam simile afferre, dixit ipse Topic. VIII. 2. εἰς δὲ σαφήνειαν, παραδείγματα, καὶ παραβολὰς οἰστέον. Isocrates in Sophist. p. 293. C. Οἱ ποιητικοῦ πράγματος τεταγμένην τέχνην παράδειγμα φέροντες, λελήθασι σφᾶς αὐτούς. VICTOR.

18, 2. Καὶ ἐπιδεικνύοντες] Cod. Victorii: καὶ ἐπιδεικνύμενοι. BUHLE.

18, 2. ἐξ ὧν ἠθικούς.] Factum est I. capp. 8 et 9. et II. 12—18. SCHRADER.

18, 4. μειοῦν καὶ αὔξειν.] In hoc consistere omnem vim oratoris Gorgias Leontinus crediderat, ut Cicero in Bruto ostendit c. 12. *quod judicaret oratoris esse maxime proprium rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere.* In Æneid. XI. 401. moliri hoc, ac crebro facere Drancem Turnus arguit—*atque extollere vires Gentis bis victæ, contra premere arma Latini.* VICTOR.

18, 4. Καὶ συμβουλεύοντες ἢ ἀποτρέποντες, καὶ ἐπαινοῦντες ἢ ἀπολογούμενοι] Sic bene lectionem constituit Victorius, secutus fidem Codicis antiquissimi, et veteris versionis Latinæ. Georg. Trapezuntius, et Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. legunt: καὶ συμβουλεύοντες καὶ προτρέποντες, καὶ ἀποτρέποντες καὶ ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, καὶ κατηγοροῦντες ἢ ἀπολογούμενοι. In his nonnulla interpolationi deberi, facile apparet. BUHLE.

18, 4. Καὶ συμβουλεύοντες ἢ ἀποτρέποντες.] Cum in edd. vett. καὶ συμβουλεύοντες καὶ προτρέποντες καὶ ἀποτρέποντες legeretur, Victorius ex antiquiss. codice et prisco Intpr. καὶ προτρέποντες,

delevit: at, ἢ ψέγοντες καὶ κατηγοροῦντες, non expulit, quod Buhlius vult; sed hæc exciderunt in ed. Lips. errore operarum, quem repetiit Bipontina. VATER.

18, 5. Περὶ τῶν ἐνθυμημάτων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. περί τε ἔνθ. Non male, cum sequatur καὶ περὶ παραδειγμάτων. BUHLE.

18, 5. Εἴ τι ἔχομεν] Non hæc agnoscunt eædem edd. Restituit ea Victorius e Cod. et vetere versione Latina. Fateor tamen, verba mihi suspecta esse. Editores Lipsienses dederunt ἔχωμεν. Non recte. BUHLE.

18, 5. Ἀποτελέσωμεν.] Cod. Victorii ἀποδῶμεν. Priscus Intpr. vulgatum tuetur. Post paullo verba περὶ τούτων γὰρ ἡ κρίσις, Muretus vertendo omisit, idque forsan non immerito. Sin retinentur; περὶ τούτων tantum ad τὸ γέγονος referendum est, neque obstat numerus pluralis. VATER.

18, 5. τὰ λοιπά.] Doctrinam de elocutione et dispositione hoc verbo innuit, quam tertio libro tradidit. SCHRADER.

CAP. XIX.

19, 1. Περὶ δυνατῶν καὶ ἀδυνάτων] Cod. Victorii: περὶ δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου. BUHLE.

19, 1. Ἂν δὴ τὸ ἐναντίον ᾖ δυνατὸν ἢ εἶναι ἢ γενέσθαι· *etiam alterum videri potest possibile*, h. e. cogitabile est. Idque omnino verum est, dummodo intelligas, quatenus alterum potest fieri (h. e. cogitabile est, ut fiat) itidem etiam alterum. Eodem forsan redeunt, quibus Muretus (Var. Lect. VIII. 8.) docet, δυνατοῦ nomen late patere, ut complectatur et id, quod necessario vel fit, vel est, et id, quod citra ullam necessitatem. Quanquam ad prius hic vix respicitur. Quod de Interpr. c. 15. ad quem locum Muretus respicit, dicitur, *quod necesse sit aliquid, inde id, ut fieri possit, consequi*; hoc ad τὸ δυνατὸν εἶναι non pertinet. Quatenus quid facultatem habet, ut efficiatur aut efficiat; *quicquid ambulare potest, id etiam potest non ambulare* (ibid. c. 14).

Ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ᾗ ἐναντία.] Muretus ibid. c. 7. vult legi ἡ ἐναντία. Δύναμιν esse caussam efficientem, contrariorum vero contrariam caussam esse; ut efficiendæ virtutis et efficiendi vitii potestatem in eadem re sitam esse, in consuetudine; non tamen in una eademque consuetudine, sed in contrariis. Itaque dici, *sed contraria*. Facile cedo, sic loqui potuisse Aristotelem: accuratius tamen dixit, *quatenus opposita sunt*. Nam quatenus contraria sunt h. e. cogitatione, vis eadem est, qua utrumque efficiatur, vitium et virtus. Ut colorem quod attinet, hominum cutis et alba et nigra potest vel esse, vel fieri. Itaque *quatenus opposita sunt, eadem*

utriusque est potestas. Allo spectant caussæ, ob quas alterutrum revera evenit, non ad τὸ δυνατὸν εἶναι, de quo hic agitur. VATER.

19, 1. Ἡ ἐναντία] Reponere voluit Muretus (Var. Lect. VIII. 7, 8) ex Codd. MSS. et edd. nonnullis ἡ ἐναντία. Minus recte. BUHLE.

19, 1. ᾗ ἐναντία.] *Quatenus contraria.* Si contrariorum naturam per se, ac in genere, non item subjecti qualitas aliudve quiddam, per quod alterum contrariorum hic et nunc excluditur, attendatur. Si ægrotare, etiam convalescere potest, verum est de homine simpliciter, non item de hoc individuo, quod morbo laborat incurabili. SCHRADER.

19, 2. Καὶ τὸ ὅμοιον ex libris scriptis et prisco Intpr. restituit Victorius, cum τὸ ἀνόμοιον legeretur. Ita ed. Cam. In Ald. Bas. καὶ τὸ ὅμοιον· καὶ εἰ τὸ χαλεπώτερον δυνατὸν, omnino deest. VATER.

19, 4. Εἰ τὸ σπουδαῖον] Abest articulus τὸ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

19, 4. εἰ τὸ σπουδαῖον.] Elegantissimi carminis, politissimæ orationis scriptor, etiam simpliciter carmen, qualecunque illud sit, pangere, et in universum orationem aliquam commentari poterit. Bellæ imaginis peritus artifex, omnino pingere poterit. Aristot. Top. VI. 1. ῥᾷον γὰρ ὁτιοῦν ποιῆσαι, ἢ καλῶς ποιῆσαι. Ethic. Magn. I. 3. Μετὰ τοῦτο τοίνυν τοῦτ' ἐάν τις σκοπῇ ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν, ὄψεται οὐκ ἄλλην μὲν ποιοῦσαν οἰκίαν, ἄλλην δὲ σπουδαίαν οἰκίαν, ἀλλὰ τὴν οἰκοδομικήν· καὶ οὐ ποιητικὸς ὁ οἰκοδόμος, ἡ τούτου ἀρετὴ τοῦ αὐτοῦ τούτου ποιητικὴ· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. SCHRADER.

19, 4. Ἡ οἰκίαν εἶναι] Eædem edd. ἢ οἰκίαν γενέσθαι. Nostrum dedit Victorius e Codd. et vetere Latina. BUHLE.

19, 5. Οὗ ἡ ἀρχὴ δύναται.] Edd. Ald. Bas. Cam. δυνατή. VATER.

19, 5. οὗ ἡ ἀρχή.] Ratio est, quia principium dimidium est totius, ut est in veteri verbo, quod Plato Legg. VI. p. 753. E. et Polybius V. 32. laudavit, et Horatius Ep. I. ii. 40. expressit. Quin imo principium plus quam dimidium esse Plato ibidem et Aristoteles Ethic. Nic. I. 7. pronunciarunt. Idem Aristoteles Elench. Soph. II. 9. μέγιστον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντὸς, ὅσπερ λέγεται· διὸ καὶ χαλεπώτατον esse dixit. Ita recte colligas; *Mithridates cœpit vinci, ergo et debellari poterit.* SCHRADER.

19, 5. σύμμετρον τ. δ.] Diameter in figuris quadratis nunquam est ulli lateri commensurabilis. Hoc geometrico problemate frequenter utitur Aristoteles, ut lib. poster. c. 2. I. I. Metaphys. c. 2. in fin. et 3. Metaphys. c. 8. in princ. Proponit illud Euclides L. X. probl. ult. ad quem locum vide C. Clavii demonstrationes. SCHRADER.

19, 6. Καὶ εἰ τὸ ὕστερον] Ald. et Bas.: καὶ εἰ τὸ ἕτερον. Ven. et Cam. καὶ εἰ τὸ δεύτερον. Utraque lectio sensum præbet incongruum. Τὸ ὕστερον habent Cod. Victorii, et vetus interpres Latinus. Recte igitur Victorius illud recepit, cum sensus idem exigat. Vide Victorii Comment. p. 427. BUHLE.

19, 6. Ἀρχὴ γὰρ ἐκεῖνο] Sic legunt Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Antecedit in textu: πρότερον γὰρ ἐκεῖνο. Vulgo: ἀρχὴ γὰρ ἐκείνη. Minus bene. Tuetur nostram lectionem quoque Georgius Trapezuntius: *principium enim* illud. BUHLE.

19, 7. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.] *Plerunque* ait, quia aliquando inventi sunt, qui tam occæcati libidine fuerunt, ut non intelligerent, quid appeterent, ut Pasiphaen fecisse fingunt poëtæ, quam miseram et insanam ob stultum illum amorem merito appellant, ut Virgilius Ecl. II. 69. *Ah virgo infelix quæ te dementia cepit?* neque enim exitum ille habere poterat. Ἐπιθυμίαν autem addidit, quod magis latum est, plura complecti volens, ne quis in amore tantum libidineque hac contingere putaret, quod reliquarum omnium cupiditatum commune est. VICTOR.

19, 8. Δυνατὸν, ταῦτα καὶ εἶναι καὶ γενέσθαι] Cod. Victorii: δυνατὰ ταῦτα καὶ ἔστι καὶ γίνεται. BUHLE.

19, 9. Ἃ ἡμεῖς.] Edd. eædem, ἃ καὶ ἡμεῖς. VATER.

19, 9. Ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἂν, ἢ πείσαιμεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἂν καὶ πείσαιμεν. BUHLE.

19, 10. Καὶ ὧν τὸ ὅλον] Ab iisdem edd. abest ὧν. BUHLE.

19, 10. Εἰ γὰρ πρόσχισμα καὶ κεφαλὶς καὶ χιτὼν γενέσθαι δύναται, καὶ ὑπενδύματα δύναται· καὶ εἰ ὑπενδύματα, καὶ πρόσχισμα] Locum jam in antiquissimis Codd. corruptum sanavi, prout licuit. Ald. Ven. Bas. Ricc. Cam. Majorag. εἰ γὰρ πρόσχημα —καὶ ὑποδήματα δύναται· καὶ εἰ ὑποδήματα, καὶ πρόσχημα. Victorius e Codd. emendavit πρόσχισμα pro πρόσχημα. Recte. Videtur etiam πρόσχισμα lectum fuisse in Codice MSto, quem ed. Aldina secuta est; nam habet hæc uno loco πρόσχησμα. In ceteris Victorius cum edd. illis consentit. At enimvero, quomodo πρόσχισμα, κεφαλὶς, χιτὼν, pro *calcei partibus* haberi possunt?—Recensuit Julius Pollux Onomast. VII. 20. *calcei partes* has: Μέρη δὲ ὑποδημάτων· γλῶττα, καττύματα, ἰσχνοὶ, καὶ ζυγοί· quæ quidem ad illas plane non quadrant. Patet igitur, in ὑποδήματα mendum latere. Jam vero Græcus Scholiastes, vetus interpres Latinus, interpretes Latini in Codd. MSS. Helmstad. Georgius Trapezuntius, et Hermolaus Barbarus, hunc locum non de *calceamenti*, sed *vestimenti* partibus intellexerunt. Legerunt igitur non ὑποδήματα, sed ὑπενδύματα. Quamobrem et ego hanc vocem reposui. Recepit eandem in textum jam ante me *Theodorus Goulston*. Averrhoës in

paraphrasi loco exempli ab Aristotele propositi aliud substituit. In marg. ed. Venetæ pro καὶ εἰ ὑπενδύματα notata est lectio, καὶ εἰ χιτῶν. G. Trapezuntius verba καὶ χιτὼν omnino non expressit. BUHLE.

19, 10. Καὶ τὸ ὅλον.] Edd. vett. adjiciunt δυνατὸν, quod optimorum librorum scriptorum auctoritate sublatum est. Eædem edd. paullo post habent, καὶ τὰ μέρη ὡς ἐπιτοπολύ. Εἰ δὲ γὰρ, et, ὑποδήματα δυνατὸν γενέσθαι.

Πρόσχισμα, quod e libris scriptis recte a Victorio repositum est, etiam in Schol. Gr. legitur. Posterius καὶ χιτὼν, deest in codice antiquiss. aliisque scriptis et in prisco Intpr.

Bis pro ὑποδήματα in edd. Londin. Cantabrig. et Bipont. datum est ὑπενδύματα. Cujus mutationis nec auctoritas nec necessitas ulla est.

Interpretes, qui ex libris scriptis verterunt, priscus, Georgius Trapez., Hermolaus, si de *vestimenti* partibus loquuntur, forsan voce χιτὼν decepti locum male intellexerunt. Sin aliter legerunt, fortasse potius ὑποδύματα in codd. suis habuere. Cui lectioni vulgata etiam ideo præferenda erit, quod cur ὑποδήματα in omnes libros scriptos Victorii, Aldi, Trincavelli, irrepserit, caussa nulla cernitur; cur vero ὑποδύματα ex conjectura scriberetur, in promptu ratio est. Commentatores maxime in eo offenderunt, quod, quæ enumerantur, πρόσχισμα, κεφαλίδα et χιτῶνα, ὑποδήματος, *calceamenti*, partes volunt esse non posse; præsertim cum Pollux (Onomast. VII. 20.) calceamenti non has partes nominet. Facile contra perspici, qui illæ ὑπενδύματος partes sint. Id quod haud facile perspicitur. Ὑπένδυμα non significaret universe *indumentum*, sed *vestem interiorem*, cujus has, non species, sed partes fuisse, num magis probari poterit, quam calceamenti eas fuisse? Cum rerum ejusmodi, ut calceamenti partium, nomina regionibus temporibusque diversis diversa sint; Pollucis auctoritas, ni fallor, haud magna est. Neque promisit Aristoteles, se omnes calceamenti partes indicaturum, ut ne quasdam reticere potuerit; neque in ejusmodi exemplo diligentia scriptoris ponitur. Itaque has calceamenti partes esse posse, nemo neget; præsertim cum idem Pollux (ibid. c. 22.) πρόσχισμα dicat esse *calceamentum senum vilissimum*, ut forsan pauperes calceamento non integro usi fuerint, ad quod alii plura adsuenda curarent. Sed calceamenti partem certe τὸ πρόσχισμα fuisse, testis, omni exceptione major, est ipse Aristoteles. Qui (Probl. XXX. 8.) Οὐκ ἔστιν, inquit, ἐν ἄλλῃ τέχνῃ (ἡ ἐπιστήμη) ἐκ τούτου ποιήσουσα πλὴν ὡς μέρους, οἷον ἡ σκυτικὴ ὑπόδημα ἐκ προσχίσματος. (Ita absque dubio re ipsa poscente et Th. Gazæ, qui ex libro scripto vertit, Victorii et Stephani auctoritate ibi scribendum est pro προσχήματος, quod adhuc ibi insidet.) Atque hoc satis est argumenti ad retinendam lectio-

19, 6. Καὶ εἰ τὸ ὕστερον] Ald. et Bas.: καὶ εἰ τὸ ἕτερον. Ven. et Cam. καὶ εἰ τὸ δεύτερον. Utraque lectio sensum præbet incongruum. Τὸ ὕστερον habent Cod. Victorii, et vetus interpres Latinus. Recte igitur Victorius illud recepit, cum sensus idem exigat. Vide Victorii Comment. p. 427. BUHLE.

19, 6. Ἀρχὴ γὰρ ἐκεῖνο] Sic legunt Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Antecedit in textu: πρότερον γὰρ ἐκεῖνο. Vulgo: ἀρχὴ γὰρ ἐκείνη. Minus bene. Tuetur nostram lectionem quoque Georgius Trapezuntius: *principium enim* illud. BUHLE.

19, 7. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.] *Plerunque* ait, quia aliquando inventi sunt, qui tam occæcati libidine fuerunt, ut non intelligerent, quid appeterent, ut Pasiphaen fecisse fingunt poëtæ, quam miseram et insanam ob stultum illum amorem merito appellant, ut Virgilius Ecl. II. 69. *Ah virgo infelix quæ te dementia cepit?* neque enim exitum ille habere poterat. Ἐπιθυμίαν autem addidit, quod magis latum est, plura complecti volens, ne quis in amore tantum libidineque hac contingere putaret, quod reliquarum omnium cupiditatum commune est. VICTOR.

19, 8. Δυνατὸν, ταῦτα καὶ εἶναι καὶ γενέσθαι] Cod. Victorii: δυνατὰ ταῦτα καὶ ἔστι καὶ γίνεται. BUHLE.

19, 9. Ἃ ἡμεῖς.] Edd. eædem, ἃ καὶ ἡμεῖς. VATER.

19, 9. Ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἂν, ἢ πείσαιμεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἂν καὶ πείσαιμεν. BUHLE.

19, 10. Καὶ ὧν τὸ ὅλον] Ab iisdem edd. abest ὧν. BUHLE.

19, 10. Εἰ γὰρ πρόσχισμα καὶ κεφαλὶς καὶ χιτὼν γενέσθαι δύναται, καὶ ὑπενδύματα δύναται· καὶ εἰ ὑπενδύματα, καὶ πρόσχισμα] Locum jam in antiquissimis Codd. corruptum sanavi, prout licuit. Ald. Ven. Bas. Ricc. Cam. Majorag. εἰ γὰρ πρόσχημα —καὶ ὑποδήματα δύναται· καὶ εἰ ὑποδήματα, καὶ πρόσχημα. Victorius e Codd. emendavit πρόσχισμα pro πρόσχημα. Recte. Videtur etiam πρόσχισμα lectum fuisse in Codice MSto, quem ed. Aldina secuta est; nam habet hæc uno loco πρόσχησμα. In ceteris Victorius cum edd. illis consentit. At enimvero, quomodo πρόσχισμα, κεφαλὶς, χιτὼν, pro *calcei partibus* haberi possunt?—Recensuit Julius Pollux Onomast. VII. 20. *calcei partes* has: Μέρη δὲ ὑποδημάτων· γλῶττα, καττύματα, ἰσχνοὶ, καὶ ζυγοί· quæ quidem ad illas plane non quadrant. Patet igitur, in ὑποδήματα mendum latere. Jam vero Græcus Scholiastes, vetus interpres Latinus, interpretes Latini in Codd. MSS. Helmstad. Georgius Trapezuntius, et Hermolaus Barbarus, hunc locum non de *calceamenti*, sed *vestimenti* partibus intellexerunt. Legerunt igitur non ὑποδήματα, sed ὑπενδύματα. Quamobrem et ego hanc vocem reposui. Recepit eandem in textum jam ante me *Theodorus Goulston*. Averrhoës in



nem ὑποδήματα. Κεφαλίδα partem calceamenti esse posse, vix quisquam dubitet. Etiam χιτῶν esse poterit; mira enim sæpe ejusmodi rerum est appellatio. Præterea ejus delendi tanta est auctoritas, ut inde certe contra vulgatum argumentari non possis. Nam si semel optimorum testium auctoritate expungitur, vereor, ne cum Mureto bis id expungas necesse sit. Reliquum est, ut propter errorem Schraderi hoc addam, in Schol. Gr. non solum lectionem prisci Intpr. sed manifesto etiam vulgatum inesse. Ita nempe habet: πρόσχισμα λέγεται, τὸ ἔμπροσθεν τῆς τραχηλαίας τοῦ ὑποκαμίσου, κεφαλὶς δὲ, ἡ τραχηλαία. Καὶ πάλιν, ἐπὶ τοῦ καληγίου (caligæ) πρόσχισμα, τὸ κοῖλον. Κεφαλὶς δὲ, τὸ καύκαλον. Καὶ εἰ ἄνευ τέχνης ὑπόδημα δυνηθῶ ποιῆσαι κ. τ. λ. VATER.

19, 11. Καὶ εἰ τὸ γένος [ὅλον] τῶν δυνατῶν γενέσθαι, καὶ τὸ εἶδος. καὶ εἰ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος] Cod. Victorii: καὶ εἰ γένος δυνατὸν γενέσθαι, καὶ τὰ εἴδη· καὶ εἰ τὰ εἴδη, καὶ τὸ γένος. Utique melius. Vocem ὅλον uncinis seclusi; potest enim ea sine ullo incommodo abesse, et vereor cum Victorio, ne e superiori loco huc fluxerit. BUHLE.

19, 11. Καὶ εἰ τὸ γένος ὅλον.] Muretus ὅλον non vertit. VATER.

19, 12. καὶ εἰ θάτερον.] Quo modo hunc modum argumentandi, verba ipsa exprimens, vocet Cicero, manifestum est. Nam id quoque ostendit Quintilianus V. 10, 78. ubi de argumentis disserit. *Illa quoque quæ* ex rebus mutuam confirmationem præstantibus, *ducentur, quæ proprii generis quidam videri volunt et vocant* ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα *Cicero* ex rebus sub eandem rationem venientibus. (De Invent. I. 30.) Dialectici autem τὰ πρὸς τὶ hæc appellant, ut exemplis quoque, quæ hic adponit, explanatur: ipsa namque manifesto conveniunt illis, quæ in libris de ratione disserendi ipse πρὸς τὶ vocat. Cicero autem *quæ cum aliquo conferuntur*, ut in Topic. c. 11. *Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut eorum*, quæ cum aliquo conferuntur, *ut duplum simplum* etc. VICTOR.

19, 13. Ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται] Fuit Agathon discipulus Platonis, egregius Tragœdiarum scriptor, cujus sæpe Aristoteles meminit. In altero senario pro καὶ τύχῃ προσγίγνεται, quod vulgo legebatur, e marg. Ven. et Isingrin. restitui καὶ τέχνῃ πρ. Cam. et Major. in priori senario τέχνῃ pro τύχῃ habent. Minus bene. Legerunt τέχνῃ etiam in posteriori senario Græcus Scholiastes, Georgius Trapezuntius, Hermolaus Barbarus, Muretus, et Riccobonus. Apparet ex ipso contextu, in versibus Agathonis sibi opponi ea, quæ *arte*, et quæ *fortuna* fiunt; alias enim non liquet, cur Aristoteles eos attulerit. Conf. Schraderi Comment. p. 380. BUHLE.

19, 13. Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ—καὶ τύχῃ προσγίγνεται.]

Ita edd. vett. et Victorii, Sylb. Sed in alterutro senario τέχνη legi, res ipsa postulat, et suadet senarius Agathonis, Ethic. Nic. VI. 4. laudatus, in quo similis sententia inest. Cum Schol. Gr. Georgio Trapez. et Hermolao in secundo senario recte ponitur. Remanet difficultas in interpunctione et in casu voc. τέχνη. Ex conjectura Mureti (cf. ejus Nott.) scribitur, *ἀνάγκῃ καὶ τέχνῃ προσγίγνεται, alia nobis necessitate et arte accedunt.* Sed forsan melior est Goulstoni lectio: Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ Ἡμῖν ἀνάγκη· καὶ τέχνη προσγίγνεται. Quam ipse Muretus vertendo expressit: *Necesse est alia quidem a fortuna fieri, Alia autem a nobis, ad quæ ars adhiberi solet.* VATER. Porsonus ad Euripidis Med. 1090. ita locum Agathonis constituit: Καὶ μὴν τὰ μέν γε χρὴ τέχνῃ πράσσειν· τὰ δὲ Ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τύχῃ προσγίγνεται.

19, 14. Καὶ εἰ τοῖς χείροσιν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ τὸ τοῖς χείροσιν.—De *Euthyno* nihil constat, præterquam quod ex hoc loco colligi potest, fuisse eum stupidi et sterilis ingenii hominem. Bonum Euthynum! BUHLE.

19, 14. χείροσιν—ἀφρονεστέροις.] Χείροσιν inquit *vita ac moribus impares intelligens: ἥττοσιν viribus atque opibus inferiores, ἀφρονεστέροις mente consilioque minores.* VICTOR.

19, 14. εἰ τοῖς χείροσιν.] Cicero Tusc. II. 17. *Ergo hæc* (ferre laborem, contemnere vulnus) *veteranus miles facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit? ille vero melius ac non paullo quidem.* Galgacus ap. Tacit. Agric. 31. *Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra, ac, nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere jugum potuere: nos integri et indomiti primo statim congressu non ostendemus, quos sibi Caledonia viros seposuerit?* SCHRADER.

19, 14. Εὔθυνος.] Schol. Gr. Εὐθύνους. Edd. Ald. Bas. Cam. Εὔθυμος. VATER.

19, 15. Περὶ δὲ ἀδυνάτων] Cod. Victorii et margo ed. Isingr. περὶ δὲ ἀδυνάτου. BUHLE.

19, 16. Πρῶτον μὲν γὰρ] Abest γὰρ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

19, 16. Γεγόνὸς ἂν εἴη καὶ τὸ μᾶλλον] Eædem edd. καὶ τὸ μᾶλλον πεφυκὸς γεγονὸς ἂν εἴη. BUHLE.

19, 18. καὶ ἐβούλετο—καὶ ἐπεθύμει.] *Voluit* prævia deliberatione, *concupivit* ex affectu. Ita enim differunt voluntas et cupiditas Rhet. I. 10. Quodcunque ergo quis facere appetit, sive ratione sive affectu id appetat, id si et facere possit, jam utique facit. Nihil enim ulla parte obstat. Quod si alterutrum horum, nempe vel appetitus vel facultas desit, nihil fiet. Tractatur hic locus disertissime a M. Tullio in Or. pro Milone c. 15. sqq. SCHRADER.

19, 18. Ἔτι, εἰ ἐβούλετο] Eædem edd. καὶ, εἰ ἐβούλετο. BUHLE.

19, 19. Καὶ εἰ δύναιτο, καὶ ἀργίζοιτο] Ibidem: καὶ εἰ δύναιτο, καὶ ἀργίζοιτο. BUHLE.

19, 19. Καὶ εἰ δύναιτο, καὶ ἀργ.] Hoc ex Cod. Victorii et prisco Intpr. ductum est. Edd. vett. καὶ εἰδύναιτο, idque Maretus probat. VATER.

19, 20. Καὶ εἰ ἤμελλε γίγνεσθαι, καὶ ποιεῖν.] Interpunctio, post γίγνεσθαι posita, delenda est. Ad eam Sturmius vertit: *Et si ei faciendum fuit, fecit.* Neu post ἤμελλε interpungas hunc ad modum: *Et si inibi erat: factum est aut fecit.* Nam apodosin voculæ conditionalis Aristoteles in aliis propositionibus infinitivo non expressit, et certe præterito tempore, non instanti, posuisset. Apodosis deest: *Et si in eo fuit, ut (aliquis aliquid) fieret aut faceret.* In sequentibus tantum ad τι ποιεῖν respicitur. VATER.

19, 21. Καὶ εἰ γέγονεν] Ibidem: καὶ εἰ πρόγεγονεν. BUHLE.

19, 21. Καὶ τὸ πρότερον, καὶ τὸ τούτου ἕνεκα γέγονεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Major. καὶ εἰ τὸ πρότερον, καὶ τουτου ἕνεκα, πρότερον τούτου γέγονεν. Cam. et Major. omiserunt εἰ. Nostram lectionem, utique veram, restituit Victorius e Codd. BUHLE.

19, 21. ἐπείρασε.] Arbitror his verbis Venerem significari: πειρᾶσθαι enim appellare de stupro sæpe valet: Attici autem homines πρᾶξαι aiebant, cum quempiam miscuisse cum aliqua corpus indicare volebant, honeste rem obscenam significantes: id etiam testatur Pollux Onom. V. 93. ubi de coitu animantium loquitur. Καὶ Ἀττικώτερον τὸ διεπραξάμην, καὶ διέπραξα, καὶ ἐπράξα. VICTOR. Vide Ruhnkenium ad Timæi Lexic. p. 210.

19, 22. Φανερὸν, ὅτι ἐκ τῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. φανερὸν ἐκ τῶν, omissa ὅτι. BUHLE.

19, 22. Φανερὸν, ὅτι, et §. 23. ἢ μελλήσει auctoribus Cod. Victorii et prisco Intpr. legitur. Edd. vett. ὅτι omittunt, et perinde ac Schol. Gr. μελήσει habent. VATER.

19, 22. Καὶ βουλήσει] Eædem edd. καὶ βουλῇ. Melius forsitan. Nostrum tuentur Codd. Victorii. BUHLE.

19, 23. Τὰ ἐν ἐπιθυμίᾳ—ὄντα] Eædem edd. τὸ ἐν ἐπιθυμίᾳ—ὄν. BUHLE.

19, 23. Διὰ ταῦτα καὶ εἰ ἐν ὁρμῇ] Ab Ald. Ven. Bas. Cam. Major. Ricc. abest εἰ. Ven. Cam. Major. Ricc. præterea post καὶ inserunt τό. Cod. Victorii: ταῦτα καὶ ἐν ὁρμῇ, omisso διά. BUHLE.

19, 24. 25. Καὶ εἰ προγέγονεν—οἰκία.] Ne miretur aliquis, plane eadem hic iterum dici, quæ §. 21. legebantur. Hic loquitur Aristoteles de ἐσομένοις, illic de γεγονόσι. Paullo post,

§. 26. Edd. Ald. Bas. Cam. καὶ δίκαιον omisso articulo τό. VATER.

19, 24. Πεφύκει] Isingr. πέφυκε. BUHLE.

19, 25. Τὸ ἕνεκα τούτου γέγονε] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc, Spir. Major. τὸ ἕνεκα τούτου γεγονός. BUHLE.

19, 25. Εἰ θεμέλιος, καὶ οἰκία] Abest καὶ ab iisdem edd. nec non a Victor. eamque sequentibus. BUHLE.

19, 26. Ὥστ', ἐπεὶ καθ' ἕκαστον τῶν λόγων τὸ προκείμενον τέλος ἀγαθόν ἐστιν] Cod. Victorii: ὥστ', ἐπεὶ τὸ καθέκαστον τῶν λόγων τῶν προκειμένων τέλος. Sensus fere eodem redit. In sequentibus post οἷον Ald. Ven. et aliæ insertum habent εἰ, quod Victorius delevit, cum illud a pluribus MSS. abesset. Cf. ad hanc §. Rhet. I, 7, 9, 14. BUHLE.

19, 27. Παρὰ ταῦτά τι] Cod. Victor. παρὰ ταῦτα ἔτι. BUHLE.

19, 27. κενολογεῖν.] Metaphys. I. 7. p. 23, 25. Τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα εἶναι, καὶ μετέχειν αὐτῶν τὰ ἄλλα, κενολογεῖν ἐστι, καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς. VICTOR.

19, 27. Τὰ καθέκαστα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. τὰ καθέκαστον. BUHLE.

CAP. XX.

20. 1, 2. Λοιπὸν δὲ—ἀρχή] Exciderunt hæc in textu Victoriano. BUHLE.

20. 1, 2. Λοιπὸν δὲ—ἀρχή.] Exciderunt hæc ex ed. Victorii. Sed cave putes, diversitatem lectionis hac re significari. Ipse Victorius posthac (ad §. 9.) hæc verba laudat. VATER.

20, 1. κοινῶν.] Post *proprios locos*, de *communibus* agendum esse jam tum monuerat Lib. I. c. 2. *Proprios locos* vocat, qui singulis caussarum generibus sunt domestici, quos et εἴδη appellavit ibid. Hos primo libro traditos esse docet ipse II. 1. et 18. Appellat vero et quatuor illos c. 19. expositos *communes*, c. 18. nempe respectu locorum e finibus singulorum generum petitorum. At respectu eorum qui nunc sequuntur, quatuor isti *proprii* esse videntur, nam ad tria tantum caussarum genera adhibentur, ac præterea ne quidem omnibus his æque sunt communes, ut docetur c. 19. Hæc caussa est cur hic inter τὰ ἴδια referantur. *Communes* autem *probationes* vocat illas quas nunc est traditurus, quia non tantum æque ad omnia caussarum genera, sed et ad res omnes, morales, naturales, pariter sunt accommodatæ, quod et docuit L. I. c. 2. SCHRADER.

20, 2. Τούτου δὲ—Λιβυκοί.] Qui rebus gestis similibus non utuntur, sed ipsi fingunt, duobus modis hoc faciunt: aut enim simile quippiam rei, de qua agitur, quod fieri soleat, afferunt; aut figmentis aliorum fabulisque pervulgatis utun-

tur, quas tamen ipsis etiam, si commode hoc facere possunt, comminisci licet. Cicero in Partitionibus c. 11. hanc divisionem probavit; non tamen, quod facit Aristoteles, exempli species illius esse, quod suo ac proprio nomine ita vocatur, ac genus horum omnium est, declaravit. *Maximam autem facit fidem ad similitudinem veri, primum exemplum, deinde introducta rei similitudo: fabula etiam nonnunquam, etsi sit incredibilis, tamen homines commovet.* Παραβολὴν etiam Cicero *collationem* appellavit, quod ex IV. 27. de Finibus percipi potest. Sed id etiam testatur Quintilianus. Λιβυκοὶ autem emendavi, secutus fidem scriptorum codicum: in cunctis enim excusis libris depravate antea καὶ Λιβύης legebatur. Libycæ vero, sive Africanæ fabulæ celebres sunt. Aphthonius, cum fabulæ naturam expressisset, inquit, Καλεῖται δὲ Συβαριτικὸς καὶ Κίλιξ καὶ Κύπριος πρὸς τοὺς εὐρόντας μεταθεὶς τὰ ὀνόματα· νικᾷ δὲ μᾶλλον Αἰσώπειος λέγεσθαι, τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους. Vetus Aphthonii interpres Libycas etiam fabulas appellat: inquit enim, Ἰστέον δὲ, ὅτι εἰσί τινες, οἱ Συβαριτικοὺς μύθους λέγουσι, τοὺς ἐκ μόνων λογικῶν ζώων· Αἰσωπείους δὲ τοὺς ἐξ ἀλόγων, καὶ λογικῶν συγκειμένους· Λυδίους δὲ, καὶ Φρυγίους, καὶ Λιβυκοὺς, τοὺς ἐκ μόνων ἀλόγων ζώων. Idem autem Africanarum fabularum alibi etiam mentionem fecit. Dion etiam Prusiensis in IV. Or. de Regno p. 71. et V. quem Diogenem vocari voluit, Λιβυκὸν μῦθον appellavit. Nec non Theon Rhetor, ubi de fabula agit, inquit, p. 21. Καλοῦνται δὲ Αἰσώπειοι, καὶ Λιβυστικοὶ, καὶ Συβαριτικοὶ, καὶ Φρύγιοι κ. τ. λ. VICTOR.

20, 2. Καὶ Λιβυκοὶ] Sic correxit Victorius MSS. Codd. consensu. Ven. καὶ Λιβύης. Cam. et Major. καὶ Λίβυες. BUHLE.

20, 3. Καὶ γὰρ πρότερον] Non agnoscunt πρότερόν Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Restituit illud e Codd. Victorius. BUHLE.

20, 3. Καὶ γὰρ πρότερον Δαρεῖος.] Πρότερον, quod in edd. vett. deest, ex Cod. Victorii et prisco Intpr. restitutum est, perinde atque ὥστε καὶ οὗτός, ἄν, ubi edd. vett. habent ὥστε καὶ νῦν, ἄν. VATER.

20, 3. Καὶ πάλιν Ξέρξης—διέβη] Non agnoscunt hæc Ald. et Bas. neque expressit ea G. Trapezuntius. BUHLE.

20, 3. Ὥστε καὶ οὗτος] Ita dedit Victorius e Codd. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὥστε καὶ νῦν. BUHLE.

20, 3. Ἂν λάβῃ, διαβήσεται.] Ed. Ald. Bas. ἂν λάβοι habent, et διαβήσεται omittunt. VATER.

20, 4. Παραβολή.] Collationis exemplum esse possunt similitudines quædam, quibus crebro, ut stultorum errores convinceret, cogeretque eos fateri se valde peccare, utebatur in sermone Socrates. Naturam autem hic collationis hujus aperte non expressit, sed illam, quæ foret, allatis duabus indicavit.

Clemens Alexandrinus Strom. VI. p. 804. duas ipsius definitiones attulit; quæ tamen mihi Aristoteleæ parabolæ non respondere videntur, ac potius ἀλληγορίας vim, quam παραβολῆς, explicare: inquit enim, Διὸ καὶ τῇ μεταφορικῇ κέχρηται τῇ λέξει· τοιοῦτον γὰρ ἡ παραβολὴ, λόγος ἀπό τινος, οὐ κυρίου μὲν, ἐμφεροῦς δὲ τῷ κυρίῳ, ἐπὶ τἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων τὸν συνιέντα· ἢ ὥς τινές φασι, λέξις δι' ἑτέρων τὰ κυρίως λεγόμενα μετ' ἐνεργείας παριστάνουσα. Interpres quoque VIII libri Topicorum, qui, quid interesset inter exemplum ac collationem hanc monstrare volens, lapsus est, tradit parabolam confirmare rem factam, cum exemplum rerum gestarum ope rem futuram probet. Verba, quibus in evolvenda ejus natura usus est, hæc sunt. Ἡ δὲ παραβολὴ εἰκών ἐστιν, ὁμοιότητα πρὸς τὶ γεγονὸς σημαίνουσα: et exemplum namque et collationem hanc rem futuram spectare arbitror. Discrimen autem, quod inter has probationes sit, indicavit, cum et collationes et fabellas fingi et excogitari dixerit, non e vetere memoria repeti. Idem etiam non bene sensisse videtur, quod collationem imaginem esse inquit, aut certe parum proprie locutus est: discrepant enim εἰκόνες, de quibus in tertio libro copiose aget, a collationibus: cum enim similitudines ducuntur a rebus, quæ jam sunt, non quæ finguntur, illæ imagines vocantur, ut furentem iracundia hominem leoni similem dicere: nec exempli species imagines sunt, ad fidemque faciendam valent, sed ad rem illustrandam atque ante oculos pæne eorum, qui audiunt, ponendam, adhibentur. VICTOR.

20, 4. Παραβολή.] Eustathius ad Il. A. p. 176. Ἔστιν οὖν παραβολὴ, νόημα πιστούμενον ἐκ τῶν καθ' ἑκάστην γινομένων τὰ λεγόμενα· ἢ λόγος διδάσκων καὶ πιστούμενος τὸ ὑποκείμενον ἐκ τῶν εἰωθότων ἀεὶ γίνεσθαι. Λέγεται δὲ παραβολὴ, διότι τοῖς λεγομένοις παραβάλλει, τουτέστι συγκρίνει καὶ παρατίθησι, πρᾶγμά τι γνώριμον εἰωθὸς ἀεὶ γίνεσθαι, ὅπερ ὀφείλει πάντως γνωριμώτερον εἶναι τοῦ δι' ὃ παρείληπται· κακία γὰρ παραβολῆς, τὸ ἄγνωστον καὶ ἀσύνηθες, εἰς ὃ αἱ τοῦ Χοιρίλου κακίζονται παραβολαί· διότι οὐδὲ διδασκαλικὴ ἡ τοιαύτη ἔστι παραβολή. Λαμβάνεται δὲ ἀπὸ πάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων, ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, ὡς μυριαχοῦ δειχθήσεται. Χαρακτηρίζεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ διὰ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς παραβολικῶν ἐπιρρημάτων, ὧν τὰ μὲν εἰσὶ κοινὰ, οἷον τὸ ὡς, τὸ ὥσπερ, τὰ καθάπερ· τὰ δὲ ποιητικὰ, οἷον τὸ εὖτε, ἠΰτε, ἅτινα καὶ αὐτὰ τὰ καθὰ δηλοῦσι. Δύναται δέ ποτε καὶ διχὰ τούτων εἶναι τὴν παραβολήν· οἷον, ὡς εἴ τις μονομαχίαν φράζων, εἶτα θέλων παραβολὴν εἰπεῖν, ἐρεῖ οὕτως, οὕτω καὶ θῆρες μάχονται, λέων τυχὸν καὶ κάπρος, τάδε καὶ τάδε ποιοῦντες· ἢ καὶ ἄλλως· ὅτι λόγος ἔχει καὶ λέοντα καὶ κάπρον ἀλλήλοις μαχομένους, τὰ καὶ τὰ ποιεῖν· ἢ ὅτι εἶδον ἐγώ ποτε καὶ λέοντα καὶ κάπρον τὰ καὶ τὰ ποιοῦντα· ἢ ὅτι οὐδὲ λέων οὐδὲ κάπρος τοιάνδε μάχην συστήσουσι τὰ καὶ τὰ ποιοῦντες.

20, 4. Τὰ Σωκρατικὰ] Eædem edd. καὶ τὰ Σωκρατικά. Minus apte. BUHLE.

19, 6. Καὶ εἰ τὸ ὕστερον] Ald. et Bas.: καὶ εἰ τὸ ἕτερον. Ven. et Cam. καὶ εἰ τὸ δεύτερον. Utraque lectio sensum præbet incongruum. Τὸ ὕστερον habent Cod. Victorii, et vetus interpres Latinus. Recte igitur Victorius illud recepit, cum sensus idem exigat. Vide Victorii Comment. p. 427. BUHLE.

19, 6. Ἀρχὴ γὰρ ἐκεῖνο] Sic legunt Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Antecedit in textu: πρότερον γὰρ ἐκεῖνο. Vulgo: ἀρχὴ γὰρ ἐκείνη. Minus bene. Tuetur nostram lectionem quoque Georgius Trapezuntius: *principium enim* illud. BUHLE.

19, 7. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.] *Plerunque* ait, quia aliquando inventi sunt, qui tam occæcati libidine fuerunt, ut non intelligerent, quid appeterent, ut Pasiphaen fecisse fingunt poëtæ, quam miseram et insanam ob stultum illum amorem merito appellant, ut Virgilius Ecl. II. 69. *Ah virgo infelix quæ te dementia cepit?* neque enim exitum ille habere poterat. Ἐπιθυμίαν autem addidit, quod magis latum est, plura complecti volens, ne quis in amore tantum libidineque hac contingere putaret, quod reliquarum omnium cupiditatum commune est. VICTOR.

19, 8. Δυνατὸν, ταῦτα καὶ εἶναι καὶ γενέσθαι] Cod. Victorii: δυνατὰ ταῦτα καὶ ἔστι καὶ γίνεται. BUHLE.

19, 9. Ἃ ἡμεῖς.] Edd. eædem, ἃ καὶ ἡμεῖς. VATER.

19, 9. Ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἄν, ἢ πείσαιμεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἂν καὶ πείσαιμεν. BUHLE.

19, 10. Καὶ ὧν τὸ ὅλον] Ab iisdem edd. abest ὧν. BUHLE.

19, 10. Εἰ γὰρ πρόσχισμα καὶ κεφαλὴς καὶ χιτὼν γενέσθαι δύναται, καὶ ὑπενδύματα δύναται· καὶ εἰ ὑπενδύματα, καὶ πρόσχισμα] Locum jam in antiquissimis Codd. corruptum sanavi, prout licuit. Ald. Ven. Bas. Ricc. Cam. Majorag. εἰ γὰρ πρόσχημα —καὶ ὑποδήματα δύναται· καὶ εἰ ὑποδήματα, καὶ πρόσχημα. Victorius e Codd. emendavit πρόσχισμα pro πρόσχημα. Recte. Videtur etiam πρόσχισμα lectum fuisse in Codice MSto, quem ed. Aldina secuta est; nam habet hæc uno loco πρόσχησμα. In ceteris Victorius cum edd. illis consentit. At enimvero, quomodo πρόσχισμα, κεφαλὴς, χιτὼν, pro *calcei partibus* haberi possunt?—Recensuit Julius Pollux Onomast. VII. 20. *calcei partes* has: Μέρη δὲ ὑποδημάτων· γλῶττα, καττύματα, ἰσχνοὶ, καὶ ζυγοί· quæ quidem ad illas plane non quadrant. Patet igitur, in ὑποδήματα mendum latere. Jam vero Græcus Scholiastes, vetus interpres Latinus, interpretes Latini in Codd. MSS. Helmstad. Georgius Trapezuntius, et Hermolaus Barbarus, hunc locum non de *calceamenti*, sed *vestimenti* partibus intellexerunt. Legerunt igitur non ὑποδήματα, sed ὑπενδύματα. Quamobrem et ego hanc vocem reposui. Recepit eandem in textum jam ante me *Theodorus Goulston*. Averrhoës in

paraphrasi loco exempli ab Aristotele propositi aliud substituit. In marg. ed. Venetæ pro καὶ εἰ ὑπενδύματα notata est lectio, καὶ εἰ χιτών. G. Trapezuntius verba καὶ χιτὼν omnino non expressit. BUHLE.

19, 10. Καὶ τὸ ὅλον.] Edd. vett. adjiciunt δυνατὸν, quod optimorum librorum scriptorum auctoritate sublatum est. Eædem edd. paullo post habent, καὶ τὰ μέρη ὡς ἐπιτοπολύ. Εἰ δὲ γὰρ, et, ὑποδήματα δυνατὸν γενέσθαι.

Προσχισμα, quod e libris scriptis recte a Victorio repositum est, etiam in Schol. Gr. legitur. Posterius καὶ χιτὼν, deest in codice antiquiss. aliisque scriptis et in prisco Intpr.

Bis pro ὑποδήματα in edd. Londin. Cantabrig. et Bipont. datum est ὑπενδύματα. Cujus mutationis nec auctoritas nec necessitas ulla est.

Interpretes, qui ex libris scriptis verterunt, priscus, Georgius Trapez., Hermolaus, si de *vestimenti* partibus loquuntur, forsan voce χιτὼν decepti locum male intellexerunt. Sin aliter legerunt, fortasse potius ὑποδύματα in codd. suis habuere. Cui lectioni vulgata etiam ideo præferenda erit, quod cur ὑποδήματα in omnes libros scriptos Victorii, Aldi, Trincavelli, irrepserit, caussa nulla cernitur; cur vero ὑποδύματα ex conjectura scriberetur, in promptu ratio est. Commentatores maxime in eo offenderunt, quod, quæ enumerantur, πρόσχισμα, κεφαλίδα et χιτῶνα, ὑποδήματος, *calceamenti*, partes volunt esse non posse; præsertim cum Pollux (Onomast. VII. 20.) calceamenti non has partes nominet. Facile contra perspici, qui illæ ὑπενδύματος partes sint. Id quod haud facile perspicitur. Ὑπένδυμα non significaret universe *indumentum*, sed *vestem interiorem*, cujus has, non species, sed partes fuisse, num magis probari poterit, quam calceamenti eas fuisse? Cum rerum ejusmodi, ut calceamenti partium, nomina regionibus temporibusque diversis diversa sint; Pollucis auctoritas, ni fallor, haud magna est. Neque promisit Aristoteles, se omnes calceamenti partes indicaturum, ut ne quasdam reticere potuerit; neque in ejusmodi exemplo diligentia scriptoris ponitur. Itaque has calceamenti partes esse posse, nemo neget; præsertim cum idem Pollux (ibid. c. 22.) πρόσχισμα dicat esse *calceamentum senum vilissimum*, ut forsan pauperes calceamento non integro usi fuerint, ad quod alii plura adsuenda curarent. Sed calceamenti partem certe τὸ πρόσχισμα fuisse, testis, omni exceptione major, est ipse Aristoteles. Qui (Probl. XXX. 8.) Οὐκ ἔστιν, inquit, ἐν ἄλλῃ τέχνῃ (ἡ ἐπιστήμη) ἐκ τούτου ποιήσουσα πλὴν ὡς μέρους, οἷον ἡ σκυτικὴ ὑπόδημα ἐκ προσχίσματος. (Ita absque dubio re ipsa poscente et Th. Gazæ, qui ex libro scripto vertit, Victorii et Stephani auctoritate ibi scribendum est pro προσχήματος, quod adhuc ibi insidet.) Atque hoc satis est argumenti ad retinendam lectio-

nem ὑποδήματα. Κεφαλίδα partem calceamenti esse posse, vix quisquam dubitet. Etiam χιτῶν esse poterit; mira enim sæpe ejusmodi rerum est appellatio. Præterea ejus delendi tanta est auctoritas, ut inde certe contra vulgatum argumentari non possis. Nam si semel optimorum testium auctoritate expungitur, vereor, ne cum Mureto bis id expungas necesse sit. Reliquum est, ut propter errorem Schraderi hoc addam, in Schol. Gr. non solum lectionem prisci Intpr. sed manifesto etiam vulgatum inesse. Ita nempe habet: πρόσχισμα λέγεται, τὸ ἔμπροσθεν τῆς τραχηλαίας τοῦ ὑποκαμίσου, κεφαλὶς δὲ, ἡ τραχηλαία. Καὶ πάλιν, ἐπὶ τοῦ καλιγίου (caligæ) πρόσχισμα, τὸ κοῖλον. Κεφαλὶς δὲ, τὸ καύκαλον. Καὶ εἰ ἄνευ τέχνης ὑπόδημα συνηθῶ ποιῆσαι κ. τ. λ. VATER.

19, 11. Καὶ εἰ τὸ γένος [ὅλον] τῶν δυνατῶν γενέσθαι, καὶ τὸ εἶδος. καὶ εἰ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος] Cod. Victorii: καὶ εἰ γένος δυνατὸν γενέσθαι, καὶ τὰ εἴδη· καὶ εἰ τὰ εἴδη, καὶ τὸ γένος. Utique melius. Vocem ὅλον uncinis seclusi; potest enim ea sine ullo incommodo abesse, et vereor cum Victorio, ne e superiori loco huc fluxerit. BUHLE.

19, 11. Καὶ εἰ τὸ γένος ὅλον.] Muretus ὅλον non vertit. VATER.

19, 12. καὶ εἰ θάτερον.] Quo modo hunc modum argumentandi, verba ipsa exprimens, vocet Cicero, manifestum est. Nam id quoque ostendit Quintilianus V. 10, 78. ubi de argumentis disserit. *Illa quoque quæ* ex rebus mutuam confirmationem præstantibus, *ducentur, quæ proprii generis quidam videri volunt et vocant* ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα *Cicero* ex rebus sub eandem rationem venientibus. (De Invent. I. 30.) Dialectici autem τὰ πρὸς τί hæc appellant, ut exemplis quoque, quæ hic adponit, explanatur: ipsa namque manifesto conveniunt illis, quæ in libris de ratione disserendi ipse πρὸς τί vocat. Cicero autem *quæ cum aliquo conferuntur*, ut in Topic. c. 11. *Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut eorum*, quæ cum aliquo conferuntur, *ut duplum simplum* etc. VICTOR.

19, 13. Ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται] Fuit Agathon discipulus Platonis, egregius Tragœdiarum scriptor, cujus sæpe Aristoteles meminit. In altero senario pro καὶ τύχῃ προσγίγνεται, quod vulgo legebatur, e marg. Ven. et Isingrin. restitui καὶ τέχνη πρ. Cam. et Major. in priori senario τέχνῃ pro τύχῃ habent. Minus bene. Legerunt τέχνῃ etiam in posteriori senario Græcus Scholiastes, Georgius Trapezuntius, Hermolaus Barbarus, Muretus, et Riccobonus. Apparet ex ipso contextu, in versibus Agathonis sibi opponi ea, quæ *arte*, et quæ *fortuna* fiunt; alias enim non liquet, cur Aristoteles eos attulerit. Conf. Schraderi Comment. p. 380. BUHLE.

19, 13. Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ—καὶ τύχῃ προσγίγνεται.]

Ita edd. vett. et Victorii, Sylb. Sed in alterutro senario τέχνη legi, res ipsa postulat, et suadet senarius Agathonis, Ethic. Nic. VI. 4. laudatus, in quo similis sententia inest. Cum Schol. Gr. Georgio Trapez. et Hermolao in secundo senario recte ponitur. Remanet difficultas in interpunctione et in casu voc. τέχνη. Ex conjectura Mureti (cf. ejus Nott.) scribitur, ἀνάγκῃ καὶ τέχνῃ προσγίγνεται, *alia nobis necessitate et arte accedunt.* Sed forsan melior est Goulstoni lectio: Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ Ἡμῖν ἀνάγκη· καὶ τέχνη προσγίγνεται. Quam ipse Muretus vertendo expressit: *Necesse est alia quidem a fortuna fieri, Alia autem a nobis, ad quæ ars adhiberi solet.* VATER. Porsonus ad Euripidis Med. 1090. ita locum Agathonis constituit: Καὶ μὴν τὰ μέν γε χρὴ τέχνῃ πράσσειν· τὰ δὲ Ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τύχῃ προσγίγνεται.

19, 14. Καὶ εἰ τοῖς χείροσιν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ τὸ τοῖς χείροσιν.—De *Euthyno* nihil constat, præterquam quod ex hoc loco colligi potest, fuisse eum stupidi et sterilis ingenii hominem. Bonum Euthynum! BUHLE.

19, 14. χείροσιν—ἀφρονεστέροις.] Χείροσιν inquit *vita ac moribus impares intelligens: ἥττοσιν viribus atque opibus inferiores, ἀφρονεστέροις mente consilioque minores.* VICTOR.

19, 14. εἰ τοῖς χείροσιν.] Cicero Tusc. II. 17. *Ergo hæc* (ferre laborem, contemnere vulnus) *veteranus miles facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit? ille vero melius ac non paullo quidem.* Galgacus ap. Tacit. Agric. 31. *Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra, ac, nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere jugum potuere: nos integri et indomiti primo statim congressu non ostendemus, quos sibi Caledonia viros seposuerit?* SCHRADER.

19, 14. Εὔθυνος.] Schol. Gr. Εὐθύνους. Edd. Ald. Bas. Cam. Εὔθυμος. VATER.

19, 15. Περὶ δὲ ἀδυνάτων] Cod. Victorii et margo ed. Isingr. περὶ δὲ ἀδυνάτου. BUHLE.

19, 16. Πρῶτον μὲν γὰρ] Abest γὰρ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

19, 16. Γεγόνὸς ἂν εἴη καὶ τὸ μᾶλλον] Eædem edd. καὶ τὸ μᾶλλον πεφυκὸς γεγονὸς ἂν εἴη. BUHLE.

19, 18. καὶ ἐβούλετο—καὶ ἐπεθύμει.] *Voluit* prævia deliberatione, *concupivit* ex affectu. Ita enim differunt voluntas et cupiditas Rhet. I. 10. Quodcunque ergo quis facere appetit, sive ratione sive affectu id appetat, id si et facere possit, jam utique facit. Nihil enim ulla parte obstat. Quod si alterutrum horum, nempe vel appetitus vel facultas desit, nihil fiet. Tractatur hic locus disertissime a M. Tullio in Or. pro Milone c. 15. sqq. SCHRADER.

19, 18. Ἔτι, εἰ ἐβούλετο] Eædem edd. καὶ, εἰ ἐβούλετο. BUHLE.

19, 19. Καὶ εἰ δυνατὸν, καὶ ὠργίζετο] Ibidem: καὶ εἰ ἐδύνατο, καὶ ὠργίζετο. BUHLE.

19, 19. Καὶ εἰ δύνατον, καὶ ὠργ.] Hoc ex Cod. Victorii et prisco Intpr. ductum est. Edd. vett. καὶ ἐδύνατο, idque Muretus probat. VATER.

19, 20. Καὶ εἰ ἔμελλε γίγνεσθαι, καὶ ποιεῖν.] Interpunctio, post γίγνεσθαι posita, delenda est. Ad eam Sturmius vertit: *Et si ei faciendum fuit, fecit.* Neu post ἔμελλε interpungas hunc ad modum: *Et si inibi erat: factum est aut fecit.* Nam apodosin voculæ conditionalis Aristoteles in aliis propositionibus infinitivo non expressit, et certe præterito tempore, non instanti, posuisset. Apodosis deest: *Et si in eo fuit, ut (aliquis aliquid) fieret aut faceret.* In sequentibus tantum ad τὸ ποιεῖν respicitur. VATER.

19, 21. Καὶ εἰ γέγονεν] Ibidem: καὶ εἰ πρόγεγονεν. BUHLE.

19, 21. Καὶ τὸ πρότερον, καὶ τὸ τούτου ἕνεκα γέγονεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Major. καὶ εἰ τὸ πρότερον, καὶ τούτου ἕνεκα, πρότερον τούτου γέγονεν. Cam. et Major. omiserunt εἰ. Nostram lectionem, utique veram, restituit Victorius e Codd. BUHLE.

19, 21. ἐπείρασε.] Arbitror his verbis Venerem significari: πειράσαι enim appellare de stupro sæpe valet: Attici autem homines πρᾶξαι aiebant, cum quempiam miscuisse cum aliqua corpus indicare volebant, honeste rem obscenam significantes: id etiam testatur Pollux Onom. V. 93. ubi de coitu animantium loquitur. Καὶ Ἀττικώτερον τὸ διεπραξάμην, καὶ διέπραξα, καὶ ἔπραξα. VICTOR. Vide Ruhnkenium ad Timæi Lexic. p. 210.

19, 22. Φανερὸν, ὅτι ἐκ τῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. φανερὸν ἐκ τῶν, omissa ὅτι. BUHLE.

19, 22. Φανερὸν, ὅτι, et §. 23. ἢ μελλήσει auctoribus Cod. Victorii et prisco Intpr. legitur. Edd. vett. ὅτι omittunt, et perinde ac Schol. Gr. μελήσει habent. VATER.

19, 22. Καὶ βουλήσει] Eædem edd. καὶ βουλῇ. Melius forsitan. Nostrum tuentur Codd. Victorii. BUHLE.

19, 23. Τὰ ἐν ἐπιθυμίᾳ—ὄντα] Eædem edd. τὸ ἐν ἐπιθυμίᾳ—ὄν. BUHLE.

19, 23. Διὰ ταῦτα καὶ εἰ ἐν ὁρμῇ] Ab Ald. Ven. Bas. Cam. Major. Ricc. abest εἰ. Ven. Cam. Major. Ricc. præterea post καὶ inserunt τό. Cod. Victorii: ταῦτα καὶ ἐν ὁρμῇ, omisso διά. BUHLE.

19, 24. 25. Καὶ εἰ προγέγονεν—οἰκία.] Ne miretur aliquis, plane eadem hic iterum dici, quæ §. 21. legebantur. Hic loquitur Aristoteles de ἐσομένοις, illic de γεγονόσι. Paullo post,

§. 26. Edd. Ald. Bas. Cam. καὶ δίκαιον omisso articulo τό. VATER.

19, 24. Πεφύκει] Isingr. πέφυκε. BUHLE.

19, 25. Τὸ ἕνεκα τούτου γέγονε] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc, Spir. Major. τὸ ἕνεκα τούτου γεγονός. BUHLE.

19, 25. Εἰ θεμέλιος, καὶ οἰκία] Abest καὶ ab iisdem edd. nec non a Victor. eamque sequentibus. BUHLE.

19, 26. Ὥστ', ἐπεὶ καθ' ἕκαστον τῶν λόγων τὸ προκείμενον τέλος ἀγαθόν ἐστιν] Cod. Victorii: ὥστ', ἐπεὶ τὸ καθέκαστον τῶν λόγων τῶν προκειμένων τέλος. Sensus fere eodem redit. In sequentibus post οἷον Ald. Ven. et aliæ insertum habent εἰ, quod Victorius delevit, cum illud a pluribus MSS. abesset. Cf. ad hanc §. Rhet. I, 7, 9, 14. BUHLE.

19, 27. Παρὰ ταῦτά τι] Cod. Victor. παρὰ ταῦτα ἔτι. BUHLE.

19, 27. κενολογεῖν.] Metaphys. I. 7. p. 23, 25. Τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα εἶναι, καὶ μετέχειν αὐτῶν τὰ ἄλλα, κενολογεῖν ἐστι, καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς. VICTOR.

19, 27. Τὰ καθέκαστα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. τὰ καθέκαστον. BUHLE.

CAP. XX.

20. 1, 2. Λοιπὸν δὲ—ἀρχή] Exciderunt hæc in textu Victoriano. BUHLE.

20. 1, 2. Λοιπὸν δὲ—ἀρχή.] Exciderunt hæc ex ed. Victorii. Sed cave putes, diversitatem lectionis hac re significari. Ipse Victorius posthac (ad §. 9.) hæc verba laudat. VATER.

20, 1. κοινῶν.] Post *proprios locos*, de *communibus* agendum esse jam tum monuerat Lib. I. c. 2. *Proprios locos* vocat, qui singulis caussarum generibus sunt domestici, quos et εἴδη appellavit ibid. Hos primo libro traditos esse docet ipse II. 1. et 18. Appellat vero et quatuor illos c. 19. expositos *communes*, c. 18. nempe respectu locorum e finibus singulorum generum petitorum. At respectu eorum qui nunc sequuntur, quatuor isti *proprii* esse videntur, nam ad tria tantum caussarum genera adhibentur, ac præterea ne quidem omnibus his æque sunt communes, ut docetur c. 19. Hæc caussa est cur hic inter τὰ ἴδια referantur. *Communes* autem *probationes* vocat illas quas nunc est traditurus, quia non tantum æque ad omnia caussarum genera, sed et ad res omnes, morales, naturales, pariter sunt accommodatæ, quod et docuit L. I. c. 2. SCHRADER.

20, 2. Τούτου δὲ—Λιβυκοί.] Qui rebus gestis similibus non utuntur, sed ipsi fingunt, duobus modis hoc faciunt: aut enim simile quippiam rei, de qua agitur, quod fieri soleat, afferunt; aut figmentis aliorum fabulisque pervulgatis utun-

tur, quas tamen ipsis etiam, si commode hoc facere possunt, comminisci licet. Cicero in Partitionibus c. II. hanc divisionem probavit; non tamen, quod facit Aristoteles, exempli species illius esse, quod suo ac proprio nomine ita vocatur, ac genus horum omnium est, declaravit. *Maximam autem facit fidem ad similitudinem veri, primum exemplum, deinde introducta rei similitudo: fabula etiam nonnunquam, etsi sit incredibilis, tamen homines commovet.* Παραβολὴν etiam Cicero *collationem* appellavit, quod ex IV. 27. de Finibus percipi potest. Sed id etiam testatur Quintillianus. Λιβυκοὶ autem emendavi, secutus fidem scriptorum codicum: in cunctis enim excusis libris depravate antea καὶ Λιβύης legebatur. Libycæ vero, sive Africanæ fabulæ celebres sunt. Aphthonius, cum fabulæ naturam expressisset, inquit, Καλεῖται δὲ Συβαριτικὸς καὶ Κίλιξ καὶ Κύπριος πρὸς τοὺς εὑρόντας μεταβὰς τὰ ὀνόματα· νικᾷ δὲ μᾶλλον Αἰσώπειος λέγεσθαι, τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους. Vetus Aphthonii interpres Libycas etiam fabulas appellat: inquit enim, Ἰστέον δὲ, ὅτι εἰσί τινες, οἱ Συβαριτικοὺς μύθους λέγουσι, τοὺς ἐκ μόνων λογικῶν ζώων· Αἰσωπείους δὲ τοὺς ἐξ ἀλόγων, καὶ λογικῶν συγκειμένους· Λυδίους δὲ, καὶ Φρυγίους, καὶ Λιβυκοὺς, τοὺς ἐκ μόνων ἀλόγων ζώων. Idem autem Africanarum fabularum alibi etiam mentionem fecit. Dion etiam Prusiensis in IV. Or. de Regno p. 71. et V. quem Diogenem vocari voluit, Λιβυκὸν μῦθον appellavit. Nec non Theon Rhetor, ubi de fabula agit, inquit, p. 21. Καλοῦνται δὲ Αἰσώπειοι, καὶ Λιβυστικοὶ, καὶ Συβαριτικοὶ, καὶ Φρύγιοι κ. τ. λ. VICTOR.

20, 2. Καὶ Λιβυκοὶ] Sic correxit Victorius MSS. Codd. consensu. Ven. καὶ Λιβύης. Cam. et Major. καὶ Λίβυες. BUHLE.

20, 3. Καὶ γὰρ πρότερον] Non agnoscunt πρότερόν Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Restituit illud e Codd. Victorius. BUHLE.

20, 3. Καὶ γὰρ πρότερον Δαρεῖος.] Πρότερον, quod in edd. vett. deest, ex Cod. Victorii et prisco Intpr. restitutum est, perinde atque ὥστε καὶ οὗτος, ἄν, ubi edd. vett. habent ὥστε καὶ νῦν, ἄν. VATER.

20, 3. Καὶ πάλιν Ξέρξης—διέβη] Non agnoscunt hæc Ald. et Bas. neque expressit ea G. Trapezuntius. BUHLE.

20, 3. Ὥστε καὶ οὗτος] Ita dedit Victorius e Codd. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὥστε καὶ νῦν. BUHLE.

20, 3. Ἂν λάβῃ, διαβήσεται.] Ed. Ald. Bas. ἂν λάβοι habent, et διαβήσεται omittunt. VATER.

20, 4. Παραβολή.] Collationis exemplum esse possunt similitudines quædam, quibus crebro, ut stultorum errores convinceret, cogeretque eos fateri se valde peccare, utebatur in sermone Socrates. Naturam autem hic collationis hujus aperte non expressit, sed illam, quæ foret, allatis duabus indicavit.

Clemens Alexandrinus Strom. VI. p. 804. duas ipsius definitiones attulit; quæ tamen mihi Aristoteleæ parabolæ non respondere videntur, ac potius ἀλληγορίας vim, quam παραβολῆς, explicare: inquit enim, Διὸ καὶ τῇ μεταφορικῇ κέχρηται τῇ λέξει· τοιοῦτον γὰρ ἡ παραβολὴ, λόγος ἀπό τινος, οὐ κυρίου μὲν, ἐμφεροῦς δὲ τῷ κυρίῳ, ἐπὶ τἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων τὸν συνιέντα· ἢ ὥς τινές φασι, λέξις δι' ἑτέρων τὰ κυρίως λεγόμενα μετ' ἐνεργείας παριστάνουσα. Interpres quoque VIII libri Topicorum, qui, quid interesset inter exemplum ac collationem hanc monstrare volens, lapsus est, tradit parabolam confirmare rem factam, cum exemplum rerum gestarum ope rem futuram probet. Verba, quibus in evolvenda ejus natura usus est, hæc sunt. Ἡ δὲ παραβολὴ εἰκών ἐστιν, ὁμοιότητα πρὸς τὶ γεγονὸς σημαίνουσα: et exemplum namque et collationem hanc rem futuram spectare arbitror. Discrimen autem, quod inter has probationes sit, indicavit, cum et collationes et fabellas fingi et excogitari dixerit, non e vetere memoria repeti. Idem etiam non bene sensisse videtur, quod collationem imaginem esse inquit, aut certe parum proprie locutus est: discrepant enim εἰκόνες, de quibus in tertio libro copiose aget, a collationibus: cum enim similitudines ducuntur a rebus, quæ jam sunt, non quæ finguntur, illæ imagines vocantur, ut furentem iracundia hominem leoni similem dicere: nec exempli species imagines sunt, ad fidemque faciendam valent, sed ad rem illustrandam atque ante oculos pæne eorum, qui audiunt, ponendam, adhibentur. VICTOR.

20, 4. Παραβολή.] Eustathius ad Il. A. p. 176. Ἔστιν οὖν παραβολὴ, νόημα πιστούμενον ἐκ τῶν καθ' ἑκάστην γινομένων τὰ λεγόμενα· ἢ λόγος διδάσκων καὶ πιστούμενος τὸ ὑποκείμενον ἐκ τῶν εἰωθότων ἀεὶ γίνεσθαι. Λέγεται δὲ παραβολὴ, διότι τοῖς λεγομένοις παραβάλλει, τουτέστι συγκρίνει καὶ παρατίθησι, πρᾶγμά τι γνώριμον εἰωθὸς ἀεὶ γίνεσθαι, ὅπερ ὀφείλει πάντως γνωριμώτερον εἶναι τοῦ δι' ὃ παρείληπται· κακία γὰρ παραβολῆς, τὸ ἄγνωστον καὶ ἀσύνηθες, εἰς ὃ αἱ τοῦ Χοιρίλου κακίζονται παραβολαί· διότι οὐδὲ διδασκαλικὴ ἡ τοιαύτη ἔστι παραβολή. Λαμβάνεται δὲ ἀπὸ πάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων, ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, ὡς μυριαχοῦ δειχθήσεται. Χαρακτηρίζεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ διὰ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς παραβολικῶν ἐπιρρημάτων, ὧν τὰ μὲν εἰσὶ κοινὰ, οἷον τὸ ὡς, τὸ ὥσπερ, τὰ καθάπερ· τὰ δὲ ποιητικὰ, οἷον τὸ εὖτε, ἠΰτε, ἅτινα καὶ αὐτὰ τὰ καθὰ δηλοῦσι. Δύναται δέ ποτε καὶ διχὰ τούτων εἶναι τὴν παραβολήν· οἷον, ὡς εἴ τις μονομαχίαν φράζων, εἶτα θέλων παραβολὴν εἰπεῖν, ἐρεῖ οὕτως, οὕτω καὶ θῆρες μάχονται, λέων τυχὸν καὶ κάπρος, τάδε καὶ τάδε ποιοῦντες· ἢ καὶ ἄλλως· ὅτι λόγος ἔχει καὶ λέοντα καὶ κάπρον ἀλλήλοις μαχομένους, τὰ καὶ τὰ ποιεῖν· ἢ ὅτι εἶδον ἐγώ ποτε καὶ λέοντα καὶ κάπρον τὰ καὶ τὰ ποιοῦντα· ἢ ὅτι οὐδὲ λέων οὐδὲ κάπρος τοιάνδε μάχην συστήσουσι τὰ καὶ τὰ ποιοῦντες.

20, 4. Τὰ Σωκρατικὰ] Eædem edd. καὶ τὰ Σωκρατικά. Minus apte. BUHLE.

20, 4. Ὅτι οὐ δεῖ] Reposuit ὅτι Victorius e Codd. et vetere versione Latina. Aberat enim illud ab iisdem edd. Ceterum Victorii Cod. sequentia paulo aliter: ὥσπερ ἂν εἴ τις τοὺς ἀθλητὰς κληροίη, οἳ μὴ δύνανται ἀγωνίζεσθαι. Eadem expressit vetus quoque interpres Latinus. BUHLE.

20, 4. κληρωτοὺς ἄρχειν.] Xenophon. Mem. I. 2, 9. Ἀλλὰ νὴ Δία, ὁ κατήγορος ἔφη, ὑπερορᾶν ἐποίει τῶν καθεστώτων νόμων τοὺς συνόντας, λέγων ὡς μωρῶν εἴη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι, κυβερνήτῃ δὲ μηδένα θέλειν κεχρῆσθαι κυαμευτῷ, μηδὲ τέκτονι, μηδ' ἐπ' ἄλλα τοιαῦτα κ. τ. λ. Peringeniosa est dissertatio, Freretio auctore, Historiæ Acad. Inscript. T. XLVII. p. 209. inserta, qua probare conatur, non aliam ob caussam quam propter effatum hoc, Socratem apud cives suos, democratiæ studiosissimos, odio haberi cœptum, tandem nimiæ loquendi libertatis pœnas capite luisse.

20, 4. Ὡς δέον τὸν λαχόντα, ἀλλὰ μὴ τὸν ἐπιστάμενον] Sic præclare dedit Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ὡς δὲ τὸν λαχόντα. Alius Victorii Cod. habet: ὡς οὐ δέον τὸν λαχόντα, ἀλλὰ τὸν ἐπιστάμενον. Perperam. BUHLE.

20, 4. Ὡς δέον τὸν λαχόντα.] Ita Victorius dedit ex codice antiquiss. et ceteris melioribus et ex prisco Intpr. Edd. vett. ὥστε τὸν λαχ. In antiquiss. illo codice præterea negationis vocula transponitur: ὡς οὐ δέον τὸν λαχόντα, ἀλλὰ τὸν ἐπιστάμενον, *ex quo perspicitur, non oportere etc.* VATER.

20, 5. Λόγος *fabula* a Latinis scriptoribus vel *apologus* appellatus est. Quintilianus Lib. V. 11, 19. *Illæ quoque* fabulæ, *quæ etiamsi ab Æsopo originem non acceperunt*, et quæ sequuntur. Nam Cicero de Oratore II. 66. cum inquit *et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum*, idem intellexit: plures autem esse notiones verbi Græci, significarique etiam illo *μύθους*, docuit Alexander in I. Topic. VICTOR. Vide Spalding. ad l. Quintiliani.

20, 5. Λόγος δέ.] Edd. Ald. Bas. δὲ non habent. Sequitur, Στησίχορος μὲν γάρ. Bentleio Aristotelis locus de fabula Stesichori suspectus est, quod Conon (Narrat. 42.) eandem fabulam narrans pro Phalaride Gelonem ponit, de quo locutus sit Stesichorus. Idque eo confirmatur, quod vita Gelonis cum ætate Stesichori, quæ in marm. Arundel. ei tribuitur, vehementer congruit. Qua tamen suspicione ab ipso Bentleio locus noster liberatur. Posthac enim multorum scriptorum testimoniis conficit, Stesichorum prius, quam illic definitur, vixisse, ideoque in Phalaridem hæc dicere potuisse. Vide Bentleii opusc. philol. ed. Lips. p. 168 seq. VATER.

20, 5. Ὑπὲρ τοῦ δημαγωγοῦ] Sic emendavit ex Codd. MSS. fide Victorius. Ald. Ven. Bas. Ricc. Spir. ὑπὲρ τοῦ δημηγόρου. Cam. et Major. ex margine ed. Venetæ receperunt quoque δημαγωγοῦ. BUHLE.

20, 5. ὡς ἵππος.] Studiosis omnibus notum arbitror Horatium in Ep. I. 10, 34. hac fabula usum esse: *Cervus equum, pugna melior* etc. Plutarchus item in Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι p. 830. E. VICTOR.

20, 5. Τῶν Ἰμεραίων] Dedi Ἰμεραίων, quod Sylburgio etiam approbatum agnoscunt Stephanus Byz. Suidas, alii. Idem tuentur edd. Victor. Casaub. Duvall. Londin. Edd. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Morel. Sylb. (in textu) et Schrader. Ἱμερέων. Ed. Lips. Ἱμερίων. BUHLE.

20, 5. Καὶ διαφθείροντος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ διαφθείραντος. Nostrum habent Cod. Vict. et vetus interpres Latinus. BUHLE.

20, 5. Ἠρώτα τιν' ἄνθρωπον] Ex correctione Victorii, quam vetus interpres Latinus et Isingr. firmant. Edd. Ald. Ven. Bas. Cam. Frob. Ricc. Spir. Major. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον. Fateor, mihi hanc lectionem magis arridere. BUHLE.

20, 5. Ὁ δ' ἔφησεν, ἐὰν λάβῃ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ὁ δέ φησιν, ἐὰν λάβῃς. Minus bene. BUHLE.

20, 5. Ἠρώτα τιν' ἄνθρωπον est ex Cod. Victorii. Edd. vett. τόν. Indidem et ex prisco Intpr. repositum est, ὁ δ' ἔφησεν, ἐὰν λάβῃ, ubi edd. vett. ὁ δέ φησεν, ἐὰν λάβῃς. VATER.

20, 5. Ἔφη, ὁρᾶτε, μὴ] Eædem edd. et Spir. ὁρᾶτέ, φησι, μή. In sequentibus pro ταὐτὸ legunt pluraliter ταὐτά. BUHLE.

20, 5. Ἐὰν δὲ φυλακὴν] Ibidem: ἐὰν δὲ καὶ φυλακήν. BUHLE.

20, 5. Δουλεύσετε ἤδη] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Major. δουλεύστε ἤδη. Minus bene. BUHLE.

20, 6. Ἐν Σάμῳ συνηγορῶν] Cod. Victorii, et vetus interpres Latinus: δημηγορῶν. BUHLE.

20, 6. ἀλώπεκα.] Plutarchus An Seni p. 790. C. Ἡ μὲν γὰρ Αἰσώπειος ἀλώπηξ τὸν ἐχῖνον οὐκ εἴα τοὺς κρότωνας αὐτῆς ἀφελεῖν, βουλόμενον, ἂν γὰρ τούτους, ἔφη, μεστοὺς ἀπαλλάξῃς, ἕτεροι προσίασι πεινῶντες. Quos vero Aristoteles κυνοραϊστὰς appellat vermes, quod canes maxime lædere soleant, κρότωνας vocavit Plutarchus. Homerus, ubi de cane Ulyssis loquitur, discessu heri neglecto, Odyss. P. 300. horum etiam plenum fuisse dicit, quos eodem nomine, quo Aristoteles, appellat. Ἔνθα κύων κεῖτ' Ἄργος, ἐνίπλειος κυνοραίστεων. Eosdem, ut arbitror, M. Varro *ricinos* Latino verbo appellavit de R. R. II. 9, 14. VICTOR.

20, 6. Διαβαίνουσαν ποταμόν.] Theophilus Corydalleus (qui sæc. XVII. init. Constantinopoli vixit) in τῇ Ἐκθέσει περὶ Ῥητορικῆς, Fabricii in Bibl. Gr. T. XIII. inserta, in qua inprimis hos Aristotelis libros sequitur, Æsopi fabulam accurate exscribit. Cum vero, διαβαίνουσάν ποτε ποταμὸν, haud male legat, et ex libro scripto discrepantiam traxisse videatur, eam notare volui. VATER.

20, 6. Οὔ ξυναμένην δέ.] Ab edd. Ald. Bas. δὲ abest. VATER.

20, 6. Ἀτὰρ οὖν καὶ ὑμᾶς, ἔφη, ὦ ἄνδρες Σάμιοι] Cod. Vict. et vetus interpres Latinus: ἀτὰρ καὶ ὑμᾶς, ἄνδρες Σάμιοι, οὗτος μὲν οὐδὲν ἔτι βλάψει. Isingr. et Ricc. ὦ ἄνθρωποι Σάμιοι. Minus usitate. BUHLE.

20, 6. Τὰ κοινὰ κλέπτοντες] Vetus interpres Latinus vertit: *reliqua furantes.* Legit igitur: τὰ λοιπὰ κλ. Melius forsitan. BUHLE.

20, 7. λόγοι δημηγορικοί.] Sunt apologi hi apti concionibus, accommodatique valde auribus multitudinis: concio enim ex imperitis hominibus constat, qui, ut Quintilianus testatur, et simplicius, quæ ficta sunt, audiunt, et capti voluptate facile iis, quibus delectantur, consentiunt. Δημηγορίαν a Latinis *concionem* vocari declarat Cicero, cujus hæc sunt verba ex Oratore: *Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras, abditasque sententias.* De historia autem Thucydidis loquebatur, in quo δημηγορίας *orationes ad multitudinem habitas* vocari notum est. Quintilianus II. *Concionalem partem dicendi* appellavit, quam Græci rhetores δημηγορικὸν γένος vocaverant. VICTOR.

20, 7. Λόγους δὲ, ῥᾷον] Isingr. λόγους δὲ, ῥᾴδιον. BUHLE.

20, 9. Ἡ γὰρ πίστις διὰ τούτων] Restituit Victorius hoc commation ex MSS. nam deest illud in Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. et in versione Lat. Georgii Trapezuntii. BUHLE.

20, 9. Ἔχοντα δὲ, ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγοις χρώμενον ἐπὶ ἐνθυμήμασι] Cum hac lectione omnes edd. consentiunt, præterquam quod ἐπὶ τοῖς ἐνθυμήμασι cum articulo habent, quem tamen Lips. omisit, nescio utrum fortuito, an secuta Codicem Victorii. Is quidem Cod. hunc locum plane ignorat, sed adscripsit alia manus hæc: ἔχοντα δὲ, ὡς μ. ἐπιλόγῳ χρώμενον τοῖς ἐνθυμήμασι. Pro ἐπιλόγῳ saltem ἐπιλόγοις reponendum esse, monuit jam Victorius. Ceterum tuetur Codicis verba vetus interpres Latinus. Addidit autem Victorius (Comment. p. 442): *Me non tam hæc oratio offendit, ut penitus eam repudiandam censeam; fortasse ab aliquo, qui magis explanare voluerit, locus improbe contaminatus est.* Vulgatum, a Victorio servatum, et ego retinendum esse ratus sum. BUHLE.

20, 9. Ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγοις χρώμενον ἐπὶ ἐνθυμήμασι.] Muretus, μαρτυρίοις vertendo omisit. Codex Victorii hunc locum habet; tantum in eo discedit, quod ἐπὶ λόγῳ ibi legitur, et post vocula ἐπὶ deest, quam contra alii libri scripti tuentur, quod, ut plura alia, ob errorem novissimi editoris dico. In ἐπὶ τοῖς ἐνθυμήμασι, articulus contra fidem exemplarium omnium et linguæ usum ex exemplo Lips. excidit, nec in Bipont. mendum sublatum est. VATER.

20, 9. ἐπιλόγοις χρώμενον.] Ἐπίλογος, ut ex hoc, et ex inferiore loco, ubi de sententiis agit, intelligere licet, significat quidquid post rem aliquam jam explicatam, et pæne transactam, quod illum ornet atque expoliat, adjungitur, et quasi decantatur. Unde postremæ quoque partes orationum ita vocatæ sunt, in quibus brevi repetuntur et augentur, quæ copiosius antea exposita fuerant. Testimonia igitur epilogi vim naturamque illa sumunt, quæ rebus jam argumentorum ope confirmatis adjunguntur; et ἐπίλογον sententiæ habere dicuntur, cum ejus rei ratio, quæ in sententia jam pronuntiata incredibilis videbatur, subjungitur. Sententia, nisi fallor, hujus loci hæc est. Hoc tamen molesti restat, quod in diversis codicibus varie hic locus legitur: antiquissimus enim liber ita habet, ἐπὶ λόγῳ χρώμενον τοῖς ἐνθυμήμασιν: eique in hoc adstipulatur vetus tralatio: nec tamen puto, sive unitatis numero, sive multitudinis legatur, dissectam vocem illam esse oportere, sed aut ἐπιλόγοις aut ἐπιλόγῳ legi debere: hoc tamen interest, hoc aut illo modo legatur, quod alterum nomen naturam quandam significat, ac per se manet; alterum e genere illo est, quæ egent re, cui adponantur. Quod si absit etiam præpositio ἐπὶ, quæ post verbum χρώμενον in excusis, et scriptis non nullis posita est, duriora omnia videbuntur; nam sensus ipse non valde variatur: et post enthymemata, argumentisque jam expositis, exempla adjungi debere, tamquam epilogum, accipere omnino oportebit. In fidelissimo sane illo libro, a quo antea aberat, alia manu illa reposita est: aliter tamen interpungi oratio, si scriptura hæc recipiatur, debebit, notulisque hoc a superiori parte distingui, ut omnis locus ita legatur: ἔχοντα δὲ, ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγῳ χρώμενον τοῖς ἐνθυμήμασι. Me vero non tam hæc oratio offendit, ut penitus eam repudiandam censeam; fortasseque ab aliquo, qui magis explanare voluerit, locus improbe contaminatus est. VICTOR.

20, 9. Ἐπαγωγῇ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐπαγωγαῖς. Nostrum habent Codd. Vict. BUHLE.

20, 9. ῥητορικοῖς—ὀλίγοις.] Oratoribus, iisque qui in foro aut in concione dicunt, non valde apta accommodataque est inductio, nisi paucis admodum temporibus ac locis. Cum vero ῥητορικοῖς et neutro genere dictum esse possit, ut valeat *materiem*, ac *res oratorias*, et virili; ita enim quoque *oratores* appellantur; putavi hic *dicendi peritos* significare: quin autem illa etiam sit notio hujus nominis dubitari non potest: Ethic. Nic. I. 3. καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. Plato Phædr. p. 271. D. Ἐπειδὴ λόγου δύναμις τυγχάνει ψυχαγωγία οὖσα, τὸν μέλλοντα ῥητορικὸν ἔσεσθαι ἀνάγκη εἰδέναι ψυχὴ ὅσα εἴδη ἔχει. Sed cum ipse post priorem editionem, re tota diligenter animadversa, pæne sententiam mutaverim in extremo hujus partis interpretando, cogitari volo ab eruditis, et qui existimare de

his valent, an melius sit illud ἐν ὀλίγοις reddere *nisi cum verba fiunt ad paucos*, scilicet auditores. Nam contingit oratorem aliquando dicere in parvo conventu hominum, quo tempore non male potest uti subtiliore hac ratione, quæ in turba et magna multitudine locum non habet: cum pauci autem sunt, quibus orator operam dat, consuerunt etiam esse acutiores, rerumque peritiores, aliter tanta potestas recte ipsis commissa non foret. In aliis, quæ me impulerunt ut ita credam, alicujus est ponderis præpositio ἐν, quæ, ut opinor, non conveniret illic, si tempus intelligi deberet. VICTOR.

20, 9. Πλὴν ἐν ὀλίγοις] Inseruit ἐν auctoritate MStorum Victorius. Recte. In iisdem edd. πλὴν ὀλίγων. BUHLE.

20, 9. Διὸ καὶ] Eædem edd. διότι καί. BUHLE.

20, 9. Μάρτυς γὰρ πιστὸς] Cod. Victorii: μάρτυς γὰρ χρηστός. BUHLE.

CAP. XXI.

21, 1. γνώμη.] Autor ad Herenn. IV. 17. *Sententia est oratio sumta de vita, quæ, aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit.* Herenniana ista definitio ea parte clarior est, quod illud quoque sententiarum genus exprimit, quæ, quid in vita fieri soleat, pronunciant. Cujusmodi sunt Terentianæ istæ: *Facile omnes cum valemus recta consilia ægrotis damus. Ita plerique ingenio sumus, nostri nosmet pœnitet.* Et ista Tulliana, *Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem.* III. Ep. 12. (1. ep. 18.) Aristoteles tamen easdem quoque complexus est, cum in definitione generatim dixit, περὶ ὅσων αἱ πράξεις εἰσὶ, *quæ ad humanas actiones pertinent*, isto enim verbo eæ quoque comprehenduntur γνῶμαι, quæ, quid in vita humana fieri soleat, enunciant. Unde et tales mox ipse subjicit. SCHRADER. Conf. Gregorium Corinth. Comm. Hermog. Or. Gr. Reiskii VIII. p. 896.

21, 2. Ἀπόφανσις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. addunt μέν. Abundanter. BUHLE.

21, 2. Οὔτε περὶ πάντων] Ibidem: οὔτε ἐπὶ πάντων. Minus apte. BUHLE.

21, 2. Οὔτε περὶ πάντων.] Edd. vett. inde a Bas. ἐπὶ, Aldina vulgatum habet. VATER.

21, 2. ὥστ', ἐπεὶ—γνῶμαί εἰσιν.] Hoc, quod hic traditur, significare voluit Quintilianus, cum inquit, VIII, 5. *Hanc quidam partem enthymematis; quidam initium, aut clausulam epichirematis esse dixerunt; et est aliquando, non tamen semper.* Qui enim partem enthymematis esse dixerunt, intelligebant et initium, et clausulam, a reliqua parte sejunctam, sententiam conficere: qui initium, quique clausulam epichirematis, manifesto cum summo hoc doctore sentiebant, nisi quod enthymema epichirema appellabant. Σχεδὸν autem addidit, quia

non omnino enthymemata materiam hanc habent, sed frequenter fereque circa facta nostra, et quæ sequimur in vita, aut fugimus, versantur. Ipsas etiam has, quæ in universum aliquid præcipiant, intelligere debemus: aliter enim sententiæ non forent: hujuscemodi namque sententias esse oportere, quæ scilicet in universum communiterque aliquid jubeant, aut vetent, paullo ante ipse declaravit. Sed neque hunc sensum fuisse Aristotelis existimandum est, ut omnia principia enthymematum, aut clausulas, voluerit esse sententias: neque enim id verum foret: neque ille id umquam pronuntiavit. VICTOR.

21, 2. Περὶ τοιούτων] Ibidem: *περὶ τούτων*. BUHLE.

21, 2. Χρὴ δ' οὗ ποθ'] Ex Euripidis Medea vs. 294. BUHLE.

21, 2. Ἐνθύμημα ἔσται] Ita legunt Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Schrader. Lips. Bene. In aliis legitur *ἐστι*. BUHLE.

21, 2. Χωρὶς γὰρ ἄλλης] Duo hi senarii in Medea proxime subsequuntur supra laudatos. In altero senario pro vulgato in Ald. Ven. Bas. Ricc. *ἀνδρῶν ἀμφάνουσι*, sive, ut in Cam. et Major. *ἀνδρῶν ἀλφάνουσι*, recte reposuit *ἀστῶν ἀλφάνουσι* Victorius. Ἀλφάνειν est *invenire*. Vide Victor. pag. 445. BUHLE.

21, 2. Ἀστῶν ἀλφάνουσι.] Edd. vett. *ἄνδρων*. Illud est in Euripide, in libris scriptis et in Schol. Gr. Pro *ἀλφάνουσι* ed. Cam. et Schol. Gr. *ἐμφάνουσι*. Paullo post in verbis, *καὶ τό· οὐκ ἔστιν*, edd. Ald. Bas. Cam. *τὸ* omittunt. VATER.

21, 2. Οὐκ ἔστιν, ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ] Pronuntiat hunc senarium *Euripides* apud Aristophanem in *Ranis*, ubi et alter versus et tertii semissis adduntur, in quibus sententiæ ratio redditur. Petiit hos versus Aristophanes ex Euripidis *Sthenobœa*, fabula hodie deperdita, ut notavit Scholiastes ad Aristophan. Ran. 1250. Integra Euripidis sententia hæc est:

Οὐκ ἔστιν, ὅς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ·
Ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον,
Ἢ δυσγενὴς ὢν πλουσίαν ἄροι πλάκα. BUHLE. ex SCHRAD.

21, 2. Οὐκ ἔστιν ἄνδρων] Ex Euripidis Hecuba vs. 864. In vulgatis Euripidis edd. legitur *θνητῶν* pro *ἀνδρῶν*· quod jam animadvertit Hartungus Decur. I, cap. 1. Verba hunc senarium sequentia restituit Victorius e Codd. MStis; nam defecerunt ea in Ald. Bas. Ven. Cam. et Major. quæ inter illum et proximum Euripidis versum nihil interjectum habent. BUHLE.

21, 3. ἐπιλόγου.] Quem hic *epilogum*, mox appellat *ἀπόδειξιν*, *demonstrationem*, et supr. *τὴν αἰτίαν caussam*, et *τὸ διὰ τί cur ita sit*. SCHRADER.

21, 4. Δεόμεναί εἰσιν] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Spir. Major. addunt *αἱ μετὰ ἐπιλόγου*. Georgius Trapezuntius vertit: *quæ igitur egent demonstratione, cum ratione sunt*. Removit

tamen additamentum Victorius; abest enim a MS. et vetere versione Latina. BUHLE.

21, 4. Ὅσαι—λέγουσιν, ἢ ἀμφ.] Omnino non agnoscunt hæc edd. Ald. Bas. Frob. In Isingr. αἱ—λέγουσι, καὶ ἀμφισβ. BUHLE.

21, 5. Ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν] Cujusnam hæc sententia sit, mihi non liquet. BUHLE. V. Jacobs ad Simonidis fr. XII.

21, 5. Φαίνεται μὲν γὰρ] Abest μὲν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

21, 5. δήλας ε. ἐπιβλέψασιν.] Cum proferuntur, illico perspicuæ sunt, dummodo aliquis attendat, mentisque aciem illuc convertat: id enim significat, ut arbitror, ἐπιβλέπειν, quo verbo in Topicis non semel usus est, ut IV. extr. Ἔτι δ' ἐν τοῖς γένεσιν ἐπιβλεπτέον, διαιροῦντα κατ' εἴδη, μεχρὶ τῶν ἀτόμων. VICTOR.

21, 5. Οὐδεὶς ἐραστὴς] Ex Euripidis Troad. vs. 1051. Laudatur idem senarius Eudem. VII, 2. In Euripidis edd. legitur: Οὐκ ἔστ' ἐραστής. BUHLE.

21, 6. Ὅστις ἀρτίφρων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. addunt: πέφυκ' ἀνήρ. Conf. supra §. 2. BUHLE.

21, 6. Μὴ δεῖν ἀεὶ φυλάττειν τὴν ὀργὴν] Non habet ἀεὶ vetus interpres Latinus, nec Cod. Victorii, a quo etiam verba τὴν ὀργὴν absunt. De auctore senarii Ἀθάνατον ὀργὴν κ. τ. λ. mihi non constat. BUHLE. Versus Euripidi fortasse tribuendus. Vide Bentleii Dissert. Phalarid. p. 139.

21, 6. Θνητὸν ὄντα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τὸ θνητὸν ὄντα. BUHLE.

21, 6. Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν] Sic Horat. Od. lib. II, 11: *Quid æternis minorem Consiliis animum fatigas?* Cf. tamen de hac sententia Ethic. ad Nicom. X. 7. BUHLE.

21, 7. Περὶ μὲν γὰρ] Abest μὲν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

21, 7. ἀμφισβητουμένων ἢ παραδόξων μ. ἀ. ἐ.] Ni enim ratio addatur, fidem non inveniet hujusmodi sententia. *Melius esse injuriam accipere, quam inferre: supplicum misereri non oportere,* et his similia, qui audit, rejicit; at si rationes annectantur, haud dubie adsentietur: nempe, Qui facit injuriam semper improbus est, at qui patitur probus esse potest. Et misericordia intempestiva justitiæ solet esse adversa. SCHRADER.

21, 7. Προθέντα τὸν ἐπίλογον] Ibidem: προσθέντα τὸν ἐπίλογον. Perperam. BUHLE.

21, 7. Χρῆσθαι τῷ συμπεράσματι] Isingr. χρῆσθαι ὡς τῷ σ. BUHLE.

21, 7. Οὐ φημὶ χρῆναι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. οὐ, φημὶ, χρή. Nescio, an melius. BUHLE.

21, 7. Τὸ διότι στρογγυλώτατα] Sic dedit Victorius e Codd. Ven. Cam. Spir. Major. τὸ διὰ τί. BUHLE.

21, 7. *περὶ δὲ τῶν—στρογγυλώτατα.*] Quod si quippiam, inquit, aliquando pronuntiari debet, quod non omnino repugnet opinionibus reliquorum, veruntamen habeat in se aliquid obscuri, nec planum apertumque sit, cum etiam verbis expositum fuerit, media quædam via tenenda est: neque enim ita comprobare id oportet, et epilogum adjungere, ut si foret e genere illorum, quæ adversantur judiciis multorum: neque etiam non aliquo modo explicare. Explicatio igitur adhibenda est, et causa ejus dicti afferenda, sed paucis et eleganti quodam modo. Arbitror autem ipsum intelligere sententias, quas enthymematicas supra vocavit: inspicitur enim in illis, non copiose narratur, causa ejus rei, ut ipse supra tradidit, atque exemplis illustravit. Στρογγυλώτατα vero valet, ut opinor, *aptissime* et *admodum concinne:* ut quasi orbem quendam conficiat, quod non minus orationem validam acremque, quam politam atque elegantem, reddit. Cicero quoque *rotunde* dixit, cum ornatum sermonis significare vellet, vel structuræ potius concinnitatem. De Finib. IV. c. 3. *A te quidem apte et* rotunde: *quippe habes enim a rhetoribus.* VICTOR.

21, 8. *Καὶ τὰ αἰνιγματώδη*] Abest articulus τὰ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

21, 8. *αἰνιγματώδη.*] Ea sunt quæ procul et obscurius causam significant, ut Stesichori istud hic relatum apophthegma, quod cum vastitatem et frugum atque arborum excisionem minetur iis, qui adversum potentes contumeliosi sint, ita id protulit, ut connexio citra inquisitionem reperiri nequeat. Neque enim e vestigio liquet, cur contumeliosi metuere habeant, ne humi canant cicadæ. Sensus autem est, fore ut arbores exscindantur, et ob id cicadis, ubi consistant, nihil præter humum reliqui sit in agro. Aristoteles H. A. V. 30. *οὐ γίγνονται δὲ τέττιγες ὅπου δένδρα μή ἐστι.* Demetrius περὶ Ἑρμηνείας c. 99. Dionysio Syracusano tribuit, quod Aristoteles Stesichori esse hic dixit, et addit, c. 100. *Εἰ δ' οὕτως ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι τεμεῖ τὴν Λοκρίδα χώραν, καὶ ὀργιλώτερος ἂν ἐφάνη, καὶ εὐτελέστερος. Νῦν δὲ ὥσπερ συγκαλύμματι τοῦ λόγου τῇ ἀλληγορίᾳ κέχρηται· πᾶν γὰρ τὸ ὑπονοούμενον φοβερώτερον, καὶ ἄλλος εἰκάζει ἄλλο τι· ὃ δὲ σαφὲς καὶ φοβερὸν, καταφρονεῖσθαι εἰκὸς, ὥσπερ τοὺς ἀποδεδυμένους.* Conf. c. 243. SCHRADER. Vide Gregorium Corinth. l. cit. p. 897. Eustath. Il. Γ. p. 395.

21, 9. *ἁρμόττει δὲ γνωμολογεῖν.*] Quintilianus hoc etiam tangit, VIII. 5, 8. *Ne* passim, *et* a quocunque *dicantur: magis enim decet eos, in quibus est auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet: quis enim ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si indicet in dicendo, et quodam modo præcipiat?* VICTOR.

21, 9. Πρεσβύτερον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πρεσβυτέροις. BUHLE.

21, 9. Ἔμπειρός τις ἐστὶν] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Spir. Major. omittunt ἐστίν. Isingr. retento ἐστὶν respuit τις. BUHLE.

21, 9. Μάλιστα γναμοτύποι] Excidit μάλιστα in Cam. BUHLE.

21, 10. Μάλιστα ἁρμόττει.] Ab iisdem edd. μάλιστα abest. A Victorio ex libris scriptis restitutum est, et in Schol. Gr. sermone quoque invenitur. VATER.

21, 10. Σχετλιασμῷ.] Σχετλιασμὸς, *conquestio*, h. e. ea pars orationis, qua conquerimur, et commoti sumus ex injuria vel adversa fortuna. Unde σχετλιαστικὰ σχήματα dicuntur formæ dicendi, et figuræ, quibus illam conquestionem et lamentationem significamus. Vide Apsin. Rhetor. p. 728. Cicer. Inv. I. 55. ERNEST. *Lexic. Techn.* Hoc præceptum optimos quosque poëtas cognitum habuisse, ac diligenter servasse, planum est. Ariadna enim apud Catullum, cum de injuria Thesei quereretur, omnes amatores accusavit. *Jam jam nulla viro juranti femina credat, Nulla viri speret sermones esse fideles.* Hecuba apud Euripidem, cum Ulyssem, eloquentem hominem, ingrati animi crimine insimularet, oratores omnes immemores beneficiorum esse dixit: Ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους Ζηλοῦτε τιμὰς, μὴ δὲ γιγνώσκοισθέ μοι. VICTOR.

21, 10. δεινώσει.] *In exaggeratione.* Eodem verbo Sturmius, Majoragius, Æm. Portus, reddunt illud ἐν δεινώσει, quod Hermolaus *prægravationem*, Victorius *exacerbationem*, Sigonius et Riccobonus *indignationem* vertunt. Quintiliano VI. 2. **Δείνωσις** definitur *Oratio rebus indignis, asperis, invidiosis addens vim, qua virtute*, inquit, *præter alios plurimum Demosthenes valuit.* Pertinet huc Hermogenis Lib. II. de formis oratoriis c. 9. quod est περὶ δεινότητος. Videtur autem δείνωσις hic loci generatim significare quemcunque gravem animi impulsum, rebus sive tristibus sive lætis excitatum. Nam ut dolore conturbatus, ita gaudio quoque exultans animus facile impellit linguam, ut universaliter pronunciet, quod ex parte tantummodo quadam verum est, adeoque simul æstus deferbuit, cum exceptione dicendum fuisse, ipsus intelligit. Eadem vox usurpatur infr. 24, 4. et III. 19. SCHRADER. Vide Ernest. Lex. Techn. in v.

21, 11. τεθρυλλημέναις καὶ κοιναῖς γνώμαις.] Intelligit quasdam priscorum sapientum voces, quibus illi aliquid ad vitam honeste integreque traducendam hominibus præceperant. Cujusmodi sunt, quas Phocylides collegit, ac versibus exposuit; illæ namque præcipue hoc nomine vocabantur, quod testatur etiam Quintilianus his verbis VIII. 5. 3. *Antiquissimæ sunt, quæ proprie, quamvis omnibus idem sit nomen*, sententiæ *vocantur: quas Græci γνώμας appellant.* VICTOR.

21, 11. θυσαμένους.] θύσασθαι non immolare tantum, sed et ita immolare significat, ut propitium jam numen esse redditum confidere possint sacrificantes. Hoc *litare* appellant Latini, quod Macrob. Sat. III. 5. exponit, *facto sacrificio numen placare.* SCHRADER.

21, 11. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος] Homer. Iliad. XII, 243. Cic. Cato Maj. cap. 4: *Quintus Fabius Maximus, augur cum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri; quæ pro reipublicæ salute gererentur; quæ contra rempublicam fierent, contra auspicia fieri.* SCHRADER.

21, 11. Non assequor, quo pertineat ἐπὶ τὸ ante ἥττους ὄντας. Conjeci, illas voces retractas ex seqq. esse ab imperito, qui accusativo fulcrum dare vellet, oblitus verbi παραχαλοῦντι. Ita etiam mox post εἰρημένον male scriptum est ἐστὶν, quod semel tantum in nova periodo scribendum erat. Illic id solœcum est. WOLF.

21, 11. ἐπὶ τὸ ἥττους.] Recte statuit Wolfius hæc sana esse non posse. Mihi videtur verbum aliquod excidisse.

21, 11. Ξυνὸς ἐνυάλιος] Hectoris verbum Il. XVIII, 309. BUHLE.

21, 11. Καὶ μηδὲν ἀδικοῦντα] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. De versu sequenti vide supra notam ad I, 15, Brodæi Miscell. VI, 19, et Victor. Comment. p. 453. BUHLE.

21, 11. Νήπιος.] Hanc sententiam crebro pronuntiare solitus est Philippus Macedo. Livius XL. 3. *His ferox animus omnes homines omnia loca temporaque suspecta habebat. Postremo negare propalam cœpit, satis tutum sibi quidquam esse, nisi liberos eorum, quos interfecisset, comprehensos in custodia haberet, et tempore alium alio tolleret.* Clemens Alexand. Strom. VI. p. 747. Stasini poëtæ illum versum esse ostendit. Eandem sententiam diversis verbis protulit Euripides Androm. 518. Ille quoque improbus rhetor, vel sceleratus potius, qui a Ptolemæo adhibitus est in consilium, cum deliberaretur de Cn. Magno, postquam argumentis confirmavit tollendum eum esse, postulareque hoc salutem ejus regni, orationem suam proverbio clausit: dixitque νεκρὸς οὐ δάκνει, quo significabatur nihil incommodi accipi posse a mortuo. VICTOR. V. Plutarch. T. I. p. 660. D.

21, 12. παροιμιῶν καὶ γνῶμαι.] Non omnia proverbia sunt sententiæ, ut adagiorum indicem perlustranti patebit, sed illa tantum quæ quid agi soleat, aut agendum sit, pronuntiant. Quale est illud *Atticus vicinus*, quo utimur, cum molestum vicinum, (tales fuisse Atticos ceteri Græciæ populi sæpe sunt experti) vitandum esse monemus. Simile est illud, *Francum amicum habeas, vicinum non habeas*, Eginharto in vita Caroli M. memoratum. SCHRADER.

21, 12. Οἷον παροιμία] Edd. eædem: οἷον μαρτυρίαι. Nostrum restituit Victorius e Codd. et vetere versione Latina. BUHLE.

21, 13. Δεῖ δὲ τὰς γνώμας.] Duo tempora indicat, quibus sententias pervulgatas refellere prodest; primo, cum earum oppugnatio opinionem virtutis apud alios nobis conciliabit; probus enim utique is videtur qui improbas sententias vituperat: secundo, cum aliqua perturbatione commotus est is, qui dicit; ut Menedemus Terentianus in Heaut. III. x. 13. *Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam Natus sum, aut illud falsum est quod vulgo audio Dici: diem adimere ægritudinem hominibus.* SCHRADER.

21, 13. Φαίνεσθαι μέλλοι] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. φαίνεσθαι μέλλῃ. BUHLE.

21, 13. Ὀργιζόμενος φαίη] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Major. ὀργιζ. καὶ φαίη. Non bene. BUHLE.

21, 13. Οὗτος γοῦν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. οὗτος μὲν οὖν. BUHLE.

21, 13. οὗτος γ' οὖν.] Dici hoc potuit de Iphicrate Atheniensi, summo imperatore, qui, cum humili loco natus esset, utilis reipublicæ civis fuit: hic enim, si natales suos spectasset, ab omni publico munere sibi temperasset, nec tot commoda resp. ex ejus prudentia virtuteque cepisset. Dici autem a laudatore ipsius contra accusatores vituperatoresque, cum vehementius eos confutare vellet, ac stomacharetur aliquos inveniri, qui illi ignobilitatem objicerent, " ubi sunt, qui ai-" unt oportere unum quemque se ipsum nosse," et quæ sequuntur. VICTOR.

21, 14. Δεῖ δὲ τῇ λέξει.] Edd. vett. τῇ ἕξει. Λέξει Victorius ex libris scriptis recepit. Idem est in Schol. Gr. VATER.

21, 14. Δηλοῦν] Eædem edd. συνδηλοῦν· Spir. tamen δηλοῦν. In antecedentibus Ald. Ven. Bas. Frob. vitiose legunt τῇ ἕξει pro τῇ λέξει. BUHLE.

21, 14. Ἐπιβούλου γὰρ] Ald. Ven. Bas. Cam. Major. ἐπιβουλία γάρ. BUHLE.

21, 14. Ἐπιβούλου γάρ.] Ita Intpr. priscus et libri scripti. Edd. vett. ἐπιβουλία γάρ. Paullo post pro οὐκ ἀρέσκοι, quod etiam Schol. Gr. manifesto expressit, edd. Ald. Bas. ἀρκέσει. Minus bene. Contra pro τούς τε κακοὺς, edd. eædem et Cam. τούς γε κακούς; idque, ni fallor, melius. VATER.

21, 15. Διὰ τὴν φορτικότητα] Ald. Bas. διὰ τὸ φορτικώτατον. BUHLE.

21, 15. φορτικότητα.] φορτικότης hic valet indolem naturamque vanam, et quæ inani specie sapientiæ teneatur, ut merito risum aliis de se præbeat: φόρτος enim risus quoque, quo aliquem despicientes utimur, vocari solet, ut Aristophanes eo verbo usus est. (Plut. 796. Pac. 747.) Ipse Ethic. Eudem. I.

4. de artibus nonnullis accurate loquens, earumque vim naturamque evolvens, φορτικὰς esse inquit, τὰς πρὸς δόξαν πραγματευομένας μόνον, i. e. quæ ad opiniones hominum captandas, ventumque, ac gloriam tantum exercentur. VICTOR. Φορτικότητα Schol. interpretatur ἀγροικίαν. Vid. III. 1, 5.

21, 15. ἐπιτύχῃ τῶν δοξῶν.] Ἐπιτυχεῖν τῶν δοξῶν significat consequi et adipisci sensus eorum atque opiniones: ita sentire de aliqua re, ut ipsi sentiunt; incidere forte in illas: valet enim ἐπιτυγχάνειν propositum finem in unaquaque re adipisci, et non dejici illo atque depelli. VICTOR.

21, 15. Ὃ δὲ λέγω] Ibidem et in Ven. Cam. Ricc. Major. ὃ δὴ λέγω. BUHLE.

21, 15. Αὐτὰς θηρεύειν] Eædem edd. αὐτοὺς θηρ. Minus bene. Ricc. tuetur αὐτάς· sed Spir. quoque habet αὐτούς. BUHLE.

21, 15. Αὐτὰς θηρεύειν.] Edd. vett. αὐτούς. Illud ex prisco Intpr. et Cod. Victorii ductum est. Indidem est, καθόλου λεγομένου, προυπολαμβάνοντες et πῶς; cum in edd. vett. λεγόμενον, ὑπολαμβάνοντες legatur, πῶς omittatur. Denique cum in iisdem edd. impressum esset, οὕτως· εἶτα, Victorius ex libris scriptis melioribus dedit εἶθ' οὕτω. VATER.

21, 15. Προϋπολαμβάνοντες] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὑπολαμβάνοντες. BUHLE.

21, 15. Γείτοσι τύχῃ] Cam. Majorag. et Vict. γ. τύχοι. BUHLE.

21, 15. Τοῦ εἰπόντος] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. addunt ὅτι. BUHLE.

21, 15. οὐδὲν γειτονίας.] Initium hexametri est, cujus vero poetæ compertum non habeo. Sententiam sane ipsam, parum immutatis verbis, protulit Demosthenes in Or. adv. Calliclem init. Οὐκ ἦν ἄρα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χαλεπώτερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν. VICTOR.

21, 15. Πῶς τυγχάνουσι, ποῖα προϋπολαμβάνοντες] Ibidem paulo aliter: ποῖα τυγχάνουσι προϋπολαμβάνοντες. BUHLE.

21, 15. στοχάζεσθαι—προϋπολαμβάνοντες.] Danda opera est oratoribus, ut indagent quas quaque de re anticipatas opiniones habeant. M. Anton. in Cic. Or. II. 44. *Sicut medico diligenti prius quam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est; sic cum aggredior ancipitem caussam et gravem, ad animos judicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer quam sagacissime possim, quid sentiant, quid existiment, quid expectent, quid velint, quo deduci oratione facillime posse videantur.* SCHRADER.

21, 15. Εἶθ' οὕτω περὶ τούτων καθόλου λέγειν] Ibidem οὕτως cum antecedentibus jungitur; sequitur εἶτα περὶ τούτων καθόλου λέγειν. Spir. nobiscum facit. BUHLE.

21, 16. Ταύτην δὲ δεῖ] In marg. Ven. ταύτην τε δεῖ. Melius. BUHLE.

21, 16. Τὸ γνωμολογεῖν, ἐν ὅσοις, αἱ δὲ γνῶμαι, περὶ τῶν προαιρετῶν, πῶς χρηστέον] Victorius ex codice antiquiss. et prisco Intpr. recte emendavit. Edd. vett. τῷ γνωμολογεῖν, ἐν οἷς, ἐπὶ τῶν προαιρετῶν, πότε χρηστέον. Ceterum Morellius refert, ab Intpr. prisco, τῷ γνωμολ. expressum esse, non τὸ, quod Victorius vult. VATER.

21, 16. Τὸ γνωμολογεῖν] Ald. et Bas. τῷ γνωμολογεῖν. Ed. Isingr. in marg. τοῦ γνωμολογεῖν. BUHLE.

21, 16. Ἐν ὅσοις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐν οἷς. BUHLE.

21, 16. Αἱ δὲ γνῶμαι] Ibidem: αἱ γὰρ γνῶμαι. BUHLE.

21, 16. Περὶ τῶν προαιρετῶν] Codd. plures Victorii, et marg. ed. Venetæ: περὶ τῶν προαιρέσεων. Edd. illæ pro περὶ habent ἐπί. BUHLE.

21, 16. Πῶς χρηστέον αὐταῖς] Eædem edd. ποτὲ χρηστέον αὐτῇ. Melius forsitan, si ποτὲ excipias, quod Codd. auctoritate fretus Victorius recte in πῶς mutavit. BUHLE.

CAP. XXII.

22, 1. περὶ δὲ ἐνθυμημάτων.] Derivatum est hoc caput ex εὐπορία προτάσεων, *ratione conquirendi medios terminos*, quæ docetur Lib. I. Prior. Analyt. a c. 27, ad 32. ut seq. cap. e libris Topicorum, 24. et 25. ex Elenchis Sophisticis est traductum. SCHRADER.

22, 1. ἄλλο γὰρ εἶδος.] Ratio seligendi enthymemata differt a locis ipsis. Quomodo aliud est argenti fodina, aliud argentum investigandi et explorandi modus. SCHRADER.

22, 2. Καὶ πῶς συλλογισμὸς] Marg. ed. Isingr. καὶ ποῖος συλλογ. Cf. cum hoc capite Analyt. Prior. I. 27—32. BUHLE.

22, 3. οὔτε γὰρ πόρρωθεν, οὔτε πάντα.] His duobus præceptis fere continentur quæ fusius deinceps hoc capite traduntur. Prius jam præcepit I. 2, 12. Posterius hic repetit 3, et 10, ubi opponuntur ἐξ ἁπάντων et ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Insunt autem et communia et propria. Quintilianus II. 12, 6. *Interdum videntur indocti copiam habere majorem, quod dicunt omnia: doctis est et electio et modus.* SCHRADER.

22, 3. Ἀσαφὲς, διὰ μῆκος.] Edd. Ald. Bas. Victorii, Cam. Sylburg. διὰ τὸ μῆκος. Articulus qui ex Schrad. exemplo male excidit, utique restituendus est. Postea pro καὶ τοῦ πιθανωτέρους, edd. Ald. Bas. Cam. καὶ τό. VATER.

22, 3. ἀσαφὲς, διὰ τὸ μῆκος.] E longinquo petiti argumenti vim non percipit mens, præsertim rudis, ut nec id quod longe distat oculi acies. Themistius Paraphr. Lib. I. Poster. Aristot. c. 28. p. 6. b. Τοιαύτην αἰτίαν καὶ Ἀνάχαρσις ἀπέδωκε τοῦ μὴ εἶναι παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδας, τῷ μὴ εἶναι ἀμπέλους· πόρρω γὰρ

καὶ οὕτως· προσεχὲς μὲν γὰρ τὸ μὴ μεθύσκεσθαι αἴτιον· τούτου δὲ τὸ μὴ εἶναι οἶνον· τούτου δὲ τὸ μὴ εἶναι ἀμπέλους. SCHRADER.

22, 3. τὸ δὲ ἀδολεσχία.] Omnia, aut nimium multa afferre, quæ conclusioni persuadendæ quocunque modo inserviunt, ἀδολεσχία est, quæ pariter tenebras orationi offundit, ut docetur Rhet. III. 3. Augustinus Niphus ad h. l. *Nec oportet omnia sumentem in enthymemate concludere, scilicet majorem, et minorem, et illarum probationes, sed alteram tantum partem, ex qua apparet sequi intentum.* Idem supra jam monuerat Aristoteles I. 2. Itaque verum quidem est quod annotavit Niphus, et rationi quam Rhetor noster hic attexit conveniens, at nimis angustum. Aristoteles enim hoc verbo οὔτε πάντα non tantum partes syllogismi intellectu faciles, sed et multas propositiones probabiles, communes, intempestivas, plane omitti debere præcipit §. 10. 11. Paucis enim, et quidem proximis, diserte explicatis, utendum esse. SCHRADER.

22, 3. Ὥσπερ φασὶν οἱ ποιηταὶ] Respexit Aristoteles ad Euripidis Hippolyt. vs. 989. Cf. Plutarch. de Educ. Liber. p. 6. B. ubi idem versus affertur, et Quinctil. Institt. Orat. I. 12. BUHLE, maxime e VICTOR.

22, 3. Μουσικατέρους λέγειν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. μουσικώτερον λέγειν. BUHLE.

22, 3. οἱ μὲν γὰρ τὰ κοινά.] *Illi*, i. e. *ineruditi*, Accorambonum sequutus, interpretatur Schraderus: scil. "Indocti com-" munia quædam, et universa, tanquam turbæ notiora, lo-" quuntur: at eruditi rerum scientiam sibi comparaverunt, " itaque inde argumentantur, e propriis nempe et interiori-" bus scientiarum principiis." Sed recte, opinor, per οἱ μὲν, *eruditos* intelligunt Victorius et Majoragius: Majoragii verba apponam: "Eruditi dicunt ea, quæ in universo genere " sunt et communia, quoniam artes et scientiæ, quibus præ-" diti sunt, generalia tantum, et quæ quampluribus sunt com-" munia, amplectuntur; singularia vero negligunt; at vero " hæc a vulgi intelligentia sunt remota, quia vulgus ea, quæ " singularia sunt et sub sensum cadunt, animadvertit. Impe-" riti vero ex rebus cognitis et apertis et ad sensum accom-" modatis ducunt argumenta, ideoque videntur probabilio-" res."

22, 3. Καὶ τὰ καθόλου] Vict. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. articulum τὰ omittunt. BUHLE.

22, 3. Τοῖς κρίνουσιν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τοῖς κρινοῦσι, tempore futuro. BUHLE.

22, 3. ἀναγκαίων—ἐπὶ τὸ πολύ.] Quæ ex necessariis rebus argumenta constant, τεκμήρια ab eo vocari, quæ vero res plurimum fiunt εἰκότα appellari, notum est. VICTOR.

22, 4. πρῶτον μὲν οὖν—ὑπάρχοντα.] Idem autem hoc præcepit, et iisdem etiam pæne verbis Analyt. Pr. I. 29. unde per-

cipitur verum esse, quod hic inquit, servari hoc debere in omni genere syllogismi, nec posse ullo pacto omitti. Ita igitur illic locutus est: Δεῖ γὰρ τὰ ὑπάρχοντα καὶ οἷς ὑπάρχει περὶ ἑκάτερον ἀθρεῖν, καὶ τούτων ὡς πλείστων εὐπορεῖν. Πολιτικὸν autem syllogismum dicens, intelligit *oratorium*, ut Sophist. Elench. II. 9. ὅπερ καὶ περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους συμβέβηκε, cum oratoriam artem significare vellet: primis enim temporibus, qui huic studio se dabant, politicos se esse dicebant, ac scientiam regendarum civitatum se tenere aiebant. Ὑπάρχοντα *quæ in eo sunt*, eodem intellectu utitur Demosthenes pro Ctesiph. p. 276. Συνέβαινε δὲ αὐτῷ, τῷ πολέμῳ κρατοῦντι τοὺς ὁποίους δή ποθ' ὑμεῖς ἐξεπέμπετε στρατηγούς, αὐτῇ τῇ φύσει τοῦ τόπου, καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἑκατέροις, κακοπαθεῖν. Narrat enim Philippum, quamvis in præliis superior fuisset, vicissetque illos, quibus Athenienses bellum administrandum dederant: tamen multa incommoda accepisse illo tempore propter naturam loci, et aliarum etiam rerum, quæ in persona fortunisque, et ipsius et hostium, erant: ita enim multa complexus est, quæ facile explicare, aut paucis saltem commemorare non potuisset. Ὑπάρχοντα autem hic a philosopho vocata, Isocrates ἐνόντα appellat Or. c. Sophist. p. 292. E. ὥστε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν. et Busir. p. 229. E. πολλῶν δ' ἐνόντων εἰπεῖν. Ipse Aristoteles Poët. c. 6. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λέγειν δύνασθαι τὰ ἐνόντα καὶ τὰ ἁρμόττοντα. VICTOR.

22, 4. κατὰ τούτου ἔχειν τὰ ὑπάρχοντα.] *Quæ in ea re insunt*, nempe vel in subjecto, vel in prædicato quæstionis demonstrandæ, ita enim ipse Aristoteles exponit infra, οἷον περὶ δικαιοσύνης, εἰ ἀγαθὸν ἢ μὴ ἀγαθόν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων τῇ δικαιοσύνῃ, ἢ τῷ ἀγαθῷ. Per ea ergo quæ insunt, intelligit subjecti prædicative definitionem, proprietates, antecedentia, consequentia, repugnantia, partes, adjuncta, similia &c. Adi Lib. I. Pr. Anal. c. 27. §. 5. Pertinet huc et illud e I. Prior. c. 30. §. 1. Δεῖ γὰρ τὰ ὑπάρχοντα καὶ οἷς ὑπάρχει περὶ ἕκαστον ἀθρεῖν, καὶ τούτων ὡς πλείστων εὐπορεῖν. et §. 3. ἐὰν ληφθῇ τὰ ὑπάρχοντα περὶ ἕκαστον, ἡμέτερον ἤδη τὰς ἀποδείξεις ἑτοίμως ἐμφανίζειν. Exquisitius hac de re in Topicis se egisse affirmat ibidem §. 4. itaque ut ipse, ita nos lectorem eo remittimus. SCHRADER.

22, 5. Τίς ἡ δύναμις] Abest articulus ἡ ab iisdem edd. BUHLE.

22, 5. Καὶ αὐτὴ πόση] Reposui αὐτὴ, quod etiam edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. agnoscunt. In aliis edd. αὖτη. Minus bene. BUHLE.

22, 6. Ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων] Ita dedit Victorius e Cod. antiquissimo, et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Majorag. ἢ τῶν ἄλλων τινῶν τοιούτων. BUHLE.

22, 6. Ἢ δοκούντων ὑπάρχειν] Abest ὑπάρχειν ab iisdem edd. Cum salvo sensu abesse possit, uncinis illud seclusi. BUHLE.

22, 6. Ἢ δοκούντων ὑπάρχειν] Ὑπάρχειν in ed. Bipont. unci-

nis inclusum est, ut adulterinum, nec in ulla ed. vet. inventum. Sed quantum equidem video, a nulla abest. Contra §. 7. in verbis, ἢ δοκεῖ ὑπάρχειν, in edd. Ald. Bas. Cam. aliisque ὑπάρχειν omittitur. VATER.

22, 8. Εἴ τι δίκαιον ἢ ἄδικον] Eædem edd. post δίκαιον insertum habent ὑπάρχει. BUHLE.

22, 9. δικαιοσύνης—μὴ ἀγαθόν.] Non defuerunt Sophistæ, qui fallacibus rationibus probare conati sint justitiam rem malam esse, ut Thrasymachus Eleus, cujus rationis meminit Plato Lib. I. de Rep. VICTOR.

22, 9. Εἰ ἀγαθὸν] Textus Lips. male: ἢ ἀγαθόν. BUHLE.

22, 9. Ἢ ἀγαθόν.] Ita edd. Ald. Bas. Cam. Schrad. Multo melius edd. Victorii, Isingr. Sylb. εἰ ἀγαθόν. VATER.

22, 10. Ὥστ', ἐπειδὴ] Restituit ὥστε Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. illud omittunt, et in sequentibus post φανερὸν addunt οὖν. Margo ed. Venet. pro ἐπειδὴ legit ἐπεὶ δέ. BUHLE.

22, 10. Ὥστε ἐπειδή.] Ex optimis codd. ὥστε a Victorio insertum est. In edd. vett. non reperitur. VATER.

22, 10. Καὶ διὰ τοῦ λόγου· δῆλον γάρ.] Enuntiata ita nectuntur: ὥστε ἐπειδὴ—καὶ διὰ τοῦ λόγου (*tum propter hanc rationem, quod perspicuum est, fieri non posse, ut aliter demonstretur:*) φανερόν, ὅτι κ. τ. λ. Ita Victorius, quasi scriptum esset διὰ τούτου τοῦ λόγου, ὅτι. Nec aliter Schol. Gr. διὰ τοῦ λόγου, ἤτοι τοῦ συλλογισμοῦ. At malim cum Mureto λόγον de *ratione ipsa* intelligere. Hic fortasse, καὶ γὰρ διὰ τοῦ λόγου δῆλον legit, nam vertit, *et ratio ipsa pervincit.* VATER.

22, 10. καὶ διὰ τοῦ λόγου.] Mureti correctionem firmat aliquatenus codex optimus A, ubi γὰρ post δῆλον deest. Membranæ Balliolenses particulam agnoscunt, locum ita reddentes: *Non enim ex omnibus accipiunt, sed ex his quæ circa unumquodque existunt, et per orationem palam enim quia impossibile aliter ostendere.*

22, 10. τοπικοῖς.] Vide Topic. Lib. I. c. 12.

22, 10. ἔχειν ἐξειλεγμένα—ἐπικαιροτάτων.] Habere selectas propositiones de rebus, quæ usu venire possent, maximeque opportunæ sunt; id enim manifesto significat ἐπικαιρότατα; ut locos etiam nonnullos μάλιστα ἐπικαίρους et κοινοὺς in Topicis appellavit. Valet autem hic ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, ut in disciplina illa fit, qua loci sedesque argumentorum monstrantur: id enim quoque illic custoditur, atque ipse id Topic. I. diligenter præcipit. VICTOR.

22, 10. περὶ ἕκαστον ἔχειν ἐξειλ.] Huic fini Aristoteles et Theophrastus *Thesium* libros conscripserunt, in quibus infinitarum quæstionum (hæ enim *thesium* nomine veniunt) oratorie tractatarum exempla continebantur, eloquentiæ studiosorum magno usu tum editos, ingenti vero eorundem damno

jam deperditos. Vide de iis Theonis Progymn. c. xii. quod est de Thesi, et Diog. Laertium in Vita Aristotelis. SCHRADER.

22, 11. Ἀλλ' εἰς τὰ ὑπάρχοντα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα, omissa præpositione. BUHLE.

22, 11. Περιγράφοντα ὅτι πλεῖστα καὶ ἐγγύτατα] Eædem edd. περιγράφοντα τὰ πλεῖστα καὶ ἐγγυτάτω τοῦ πράγματος. Equidem Victorium secutus sum, qui, nescio an Codicis cujusdam auctoritate fretus, lectionem hanc haud male immutavit. BUHLE.

22, 11. περιγράφοντα.] Pro temporis etiam brevitate præfinientem, seponentemque sibi magnum illorum numerum: neque enim paucis contentus esse debet, si potest multa colligere; et ut quam plurima potest, ita quæ rei illi maxime propinqua sint; intelligit autem, quæ ipsi hæreant atque adfixa sint, nec e longinquo petantur: illa autem, quo magis talia fuerint, eo magis rei affinia erunt, minusque ad alia pertinebunt. VICTOR.

22, 11. ὅσῳ γὰρ ἂν πλείω.] Lib. Prior. Analyt. I. c. 27, §. 6. ὅσω μὲν γὰρ ἂν πλειόνων τοιούτων εὐπορῇ τις, θᾶττον ἐντεύξεται συμπεράσματι· ὅσῳ δ' ἂν ἀληθεστέρων, μᾶλλον ἀποδείξει. SCHRADER.

22, 11. Ὅσῳ δ' ἐγγύτερον] Ven. Cam. et Majorag. ὅσῳ δ' ἐγγυτέρω. BUHLE.

22, 12. Λέγω δὲ κοινὰ μὲν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. λέγομεν δὲ κοινά. Nil refert. BUHLE.

22, 12. Ἐπὶ τὸ Ἴλιον] Eædem edd. εἰς τὸ Ἴλιον. BUHLE.

22, 12. Ἐκώλυσεν] Ibidem: ἐκώλυεν. Est Cycnus Neptuni filius, quem Achilles interfecit. Pindar. Olymp. II. BUHLE.

22, 12. οὐκ ἔνορκος.] Pausanias Lacon. c. 24. Ὅμηρος δὲ ἔγραψε μὲν τῆς ποιήσεως ἀρχόμενος, ὡς Ἀχιλλεὺς χαριζόμενος τοῖς Ἀτρέως παισὶ, καὶ οὐκ ἐνεχόμενος τοῖς ὅρκοις τοῖς Τυνδάρεω, παραγένοιτο εἰς Τροίαν. VICTOR.

22, 12. εἶς μὲν οὖν—τοπικός.] Hunc locum topicum appellat, quia similis est locis topicis, ac sequitur instituta illius disciplinæ: neque enim hæc ratio oratoris tantum est, sed dialectici quoque: non multo quoque supra docuit etiam in hoc studio necessarium esse selectum propositionum, ut in topica facultate. Cum vero hic antea excusi haberent, εἷς μὲν οὖν τρόπος τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τόπος, emendavi, secutus fidem scriptorum librorum: in cunctis enim, quos vidi, extremum verbum τοπικὸς est: antiquissimus etiam τόπος τῆς ἐκλογῆς, non τρόπος habet: quam lectionem sequitur quoque vetus tralatio: depravatam autem illam ab aliquo fuisse puto, cui absurdum videretur dici τόπον ἐκλογῆς, putaritque τρόπον potius legi debere. Veruntamen, ut loci sunt, in quibus argumenta manent, ita etiam loci vocantur, qui rationem continent modum-

que quomodo selectus alicujus rei fieri debeat. Quod etiam testimonio Alexandri confirmatur, qui in Topic. I. cum locum eum explicare inciperet, ubi Aristoteles docet, quomodo seligi dialecticæ propositiones, et magna copia earum parari possit, inquit, Περὶ τῆς τῶν προτάσεων ἐκλογῆς πρῶτον τόπους τινας καὶ ἀφορμὰς τῆς τε ἐκλογῆς, καὶ τῆς εὐπορίας αὐτῶν παραδίδωσιν. VICTOR. Lego εἷς μὲν οὖν τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τρόπος. Τρόπος est in libris quibusdam Basiliensibus, in Parisiensibus Wecheli, in libris Victorii, et supra dixerat, τίνα τρόπον δεῖ ζητεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους. Ergo statim incipit tradere τοὺς τόπους sive τὰ στοιχεῖα. Στοιχεῖα ut in Euclide, et Horat. I. Ep. I. *Restat, ut his ego me ipse regam, solerque* elementis. MURETUS.

22, 12. Τόπος τῆς ἐκλογῆς—οὗτος ὁ τοπικὸς] Restitui lectionem a Victorio receptam. Edd. supra laudatæ, ut et Schrader. et Lips. pro τόπος legunt τρόπος. Verum τόπος habent Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus. Confirmat eandem lectionem Alexander Aphrodis. ad Top. I, 11: περὶ τῆς τῶν προτάσεων ἐκλογῆς πρῶτον τόπους τινὰς καὶ ἀφορμὰς τῆς τε ἐκλογῆς, καὶ τῆς εὐπορίας αὐτῶν παραδίδωσιν. Pro τοπικὸς Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. legunt τόπος. Dedit illud Victorius ex Codd. MStis, qui omnes in eo conspirant. BUHLE.

22, 12. Εἷς μὲν οὖν τρόπος τῆς ἐκλογῆς, καὶ πρῶτος οὗτος.] Ita edd. vett. et Schrad. Victorius ex codice antiquiss. et prisco Intpr. τόπος dedit. Pro ὁ τοπικὸς, edd. Ven. Cam. ὁ τόπος; illud tuentur omnes libri scripti, edd. Ald. Bas. et Schol. Gr. qui notat, ὁ τοπικὸς, κατάλληλος τοῖς τοπικοῖς. Τόπος—ὁ τοπικὸς Victorius explicat *selectum propositionum, qui sequitur instituta disciplinæ topicæ.* At illo obscuriori τοπικὸς, ejusque cum voce τόπος conjunctione offendor. Forsan in eo insidet corruptela. Magis hic videtur esse locus adjectivo, quo significetur, hoc delectus genere ad ipsam materiem tractationis respici, ceteris ad formam tractationis et ad probationem. Ita his transeatur ad ea, quæ statim sequuntur, ad probationem et locos enthymematum. Conjeci aliquando: οὗτος ὁδοποιός. Quæsita enim materia, probationi via facta est. Ingeniosa est Mureti correctio, qua prius τόπος spurium esse vult, et τρόπος, quippe quod in omnibus libris scriptis præter antiquissimum insit, præfert: εἷς μὲν οὖν τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τρόπος. VATER.

22, 12. In nonnullis codicibus non τόπος sed τρόπος legitur, quam lectionem nos sequuti sumus, confirmati eo quod cap. hujus §. 1. legitur: dicamus τίνα τρόπον δεῖ ζητεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους. Modus antem ille enthymemata conquirendi unus et præcipuus, qui locis enthymematum hic præmittitur, in hoc consistit, ut conclusioni alicui oratorie de-

monstrandæ intenti, ea quæ subjecto et prædicato illius, et quidem proxime insunt, seligamus, nec tamen omnia, sed ex his eximia tantummodo usurpemus, id quod initio hujus capitis proposuit, cum argumenta οὔτε πόρρωθεν οὔτε πάντα congerenda esse præcepit. SCHRADER.

22, 13. στοιχεῖον—τὸ αὐτό.] Locos elementaque pro eodem capi, quamvis antea id non explanasset, animadvertisse tamen poteramus: in primo enim libro cum dixisset, λέγω δὲ εἴδη τὰς καθ' ἕκαστον γένος ἰδίας προτάσεις· τόπους δὲ τοὺς κοινοὺς ὁμοίως πάντων, post inquit, πρότερον δὲ λάβωμεν τὰ γένη τῆς ῥητορικῆς, ὅπως διειλόμενοι πόσα ἐστι, περὶ τούτων χωρὶς λαμβάνωμεν τὰ στοιχεῖα καὶ τὰς προτάσεις. Quod enim supra τόπους vocaverat, infra *elementa* appellavit. Cicero de Orat. II. 45. quoque Latino verbo, quod posteriori huic respondet, hujuscemodi quippiam significare volens, usus est. *Neque illa* elementa *desiderare, quæ ut nemo tradat, quis est, qui nesciat, quæ sint in homine laudanda.* Theophrastus etiam, ut testatur Alexander in I. et II. Topicorum, cum definiret *locum*, hoc nomen usurpavit: inquit enim *locum* esse ἀρχὴν ἢ στοιχεῖον, unde principia cujusque rei sumantur. Cum autem nunc se velle tradere elementa enthymematum dixisset Aristoteles, supra vero, ubi sibi hoc agendum esse indicavit, hoc nomine usus non fuisset, sed locos vocasset; hæc enim verba ipsius sunt, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους, ideo docet utrumque nomen idem valere, solereque se sine discrimine, cum idem significare velit, alterutro uti. VICTOR.

22, 13. Στοιχεῖα.] Hujus vocis significationes evolvit Aristot. Metaphys. IV. c. 3. SCHRADER.

22, 14. δεικτικὰ—ἐλεγκτικά.] Cum enthymemata quædam probare dicat, ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, manifesto significavit esse hujus generis, quæ affirment aliquid, ut etiam quæ negent: cum contra, quæ vim redarguendi habent, et ἐλεγκτικὰ appellantur, semper negando concludant. Interpres Hermogenis rhetoris de differentia horum enthymematum etiam egit. Nam duo et ipse genera esse cognovit, et eodem quoque nomine appellat: necnon exempla utriusque ex optimo omnium oratore subdidit. Δεικτικὰ, inquit, sunt, quæ cursum suum faciunt, speciem consecutionis retinentia, ceu, τὸ οὐ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται. Ἐλεγκτικὰ autem, quæ præ se ferunt pugnam quandam, ac perveniunt, quo volunt, adversando repugnandoque alicui sententiæ, ut, Οὐ γὰρ ἂν Σόλων μὲν αὐτὸ παρέλιπεν, Αὐτοκλῆς δὲ εὗρετο. VICTOR.

22, 15. δεικτικὸν ἐνθύμημα.] Augustinus Niphus ex citatione Schraderi: "Est ostensivum enthymema quod ex concessis "concludit propositum, nam accipit ea, quæ videntur omni- "bus vel pluribus, et concludit propositum: et sic per con-

" cessa, non data ab adversariis, sed simpliciter probabilia " Aristoteles intelligit, quæ vel omnibus vel pluribus viden- " tur. Elencticum vero, quod ex datis concessisve adversa- " rio repugnantia atque improbabilia colligit. Repugnantia " autem et improbabilia dico quæ sunt contra adversariorum " opinionem."

22, 15. Ἀνομολογούμενα συνάγειν.] Ἀνομολογούμενα *discrepantia inter se, repugnantiamve* significat. Ἀνομολογούμενα συνάγειν valet *dissidentia concludere ac cogere*, et quæ adversentur iis, quæ ab adversario ostensa prius et conclusa fuerint: erit enim hoc manifesto illum convincere ac redarguere, cum in eum locum deducas, ut assentiri cogatur contrariis eorum, quæ antea probarat: quod igitur hoc præstat enthymema, ἐλεγκτικὸν vocatur. VICTOR.

22, 16. Περὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν] Eædem edd. περὶ ἕκαστα τῶν εἰδῶν. Forte legendum est: περὶ ἕκαστον τ. εἰδῶν. BUHLE.

22, 16. Muretus ait, pro verbis, ἔχονται οἱ τόποι, vulgo legi, ἔχονται, ὥσπερ εἴρηται, quod in exemplis meis non inveni. Venetum non contigit inspicere. [Non habet ed. Ven.] Idem in verbis, περὶ τῶν ἤθων καὶ πάθων, lectionem ed. Venetæ expressit, καὶ τῶν εἰδικῶν παθημάτων. VATER.

22, 16. Περὶ τῶν ἠθῶν καὶ παθημάτων] Ex emendatione Victorii. Ald. Bas. Frob. et Codd. quidam Victorii: περὶ τῶν ἰδικῶν παθημάτων. Ven. περὶ τῶν εἰδικῶν. Ed. Camot. e margine Ven. recepit περὶ τῶν ἠθικῶν. Georg. Trapezuntius vertit: *de propriis affectibus*. Optimam certe lectionem exhibuit Victorius, secutus Codicem antiquissimum, et veterem versionem Latinam. BUHLE.

22, 16. Εἰλημμένοι] Cam. Majorag. et Isingr. εἰρημένοι. BUHLE.

22, 17. Ἔτι δὲ καὶ] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

22, 17. Καθόλου—παρασημαινόμενοι.] Καθόλου, i. e. *communiter* atque *in universum*: cuncta scilicet simul genera complectentes: περὶ ἁπάντων vero, de quibus ante proprii loci assignati sunt: pollicetur enim se communes omnium locos, et qui sine discrimine tribus dicendi generibus accommodentur, nunc traditurum. Παρασημαινόμενοι hic significare videtur *adscribentes, adnotantes*: verbis enim, quæ id ipsum demonstrent, non signis, notisve ullis, hoc declarat. Eodem modo Topic. I. 12. usus est: Παρασημαίνεσθαι δὲ καὶ τὰς ἑκάστων δόξας: quem locum cum Alexander explanaret, id verbum pro παραγράφειν videtur accepisse. Δεῖν δέ φησιν ἐν ταῖς ἐκλογαῖς παρασημαίνεσθαι, καὶ παραγράφειν τὰς ἑκάστων δόξας. Nam in Sophist. Elench. p. 452, 12. notas has indiciaque, ut arbitror, παράσημα vocavit. Κἀκεῖ δὴ παράσημα ποιοῦνται. VICTOR.

22, 17. Τοὺς ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς ἀποδεικτικοὺς] Eædem edd.

τούς τε ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς δεικτικούς. Nostrum tuentur omnes Victorii MSS. BUHLE.

22, 17. Καὶ ἐνστάσεων] Eædem edd. καὶ τῶν ἐνστάσεων. BUHLE.

22, 17. Πρὸς τὰ ἐνθυμήματα.] Edd. vett. πρὸς non habent *. Victorius id ex ingenio emendavit, quia hic de ἐνστάσεσι sermo sit, non de argumentis, quibus probetur aut urgeatur, afferendis. Et hoc quidem aptius. Sin antiquam lectionem retinere velis, ἐνθυμήματα, ἃ δεῖ φέρειν, possunt ea esse, quæ adversario opponuntur, et ad τὰς λύσεις pertinere. VATER.

22, 17. Διορίσωμεν] Ed. Victor. διορίσομεν. BUHLE.

22, 17. Πρὸς τὰ ἐνθυμήματα] Abest πρὸς ab Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. Non bene. BUHLE.

CAP. XXIII.

23, 1. τῶν ἐναντίων.] *Ex contrariis* locum hunc Quintilianus appellavit, qui iisdem pæne exemplis, quibus Aristoteles, usus est, lib. V. 10, 73. *Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum, erit emendatio pax. Si veniam meretur, qui imprudens nocuit, non meretur præmium, qui imprudens profuit.* Accuratius tamen eum exponit summus doctor, quomodoque tractari debeat, exquisitius docet. VICTOR. Topic. II. 6. Ὅσοις δ' ἀνάγκη θάτερον μόνον ὑπάρχειν, ἢ οὐχ ὑπάρχειν, οἷον, τῷ ἀνθρώπῳ τὴν νόσον, ἢ τὴν ὑγίειαν· ἐὰν πρὸς θάτερον εὐπορῶμεν διαλέγεσθαι, ὅτι ὑπάρχει, ἢ οὐχ ὑπάρχει, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν εὐπορήσομεν· τοῦτο δ' ἀντιστρέφει πρὸς ἄμφω. Δείξαντες μὲν γὰρ ὅτι ὑπάρχει θάτερον, τὸ λοιπὸν δεδειχότες ἐσόμεθα ὅτι οὐχ ὑπάρχει· ἐὰν δὲ ὅτι οὐχ ὑπάρχει δείξωμεν, τὸ λοιπὸν ὅτι ὑπάρχει δεδειχότες ἐσόμεθα. Δῆλον οὖν ὅτι πρὸς ἄμφω χρήσιμος ὁ τόπος ἐστιν.

23, 1. Εἰ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει] Eædem edd. brevius: εἰ τῷ ἐναντίῳ ἐναντίον, omisso ὑπάρχει. Confer Topic. II, 7. BUHLE.

23, 1. Ἀναιροῦντα μὲν—κατασκευάζοντα δὲ] Ibidem: ἀναιροῦντι μὲν—κατασκευάζοντι δέ. Nostram lectionem habent meliores Victorii Codd. Recepit eam quoque Spir. BUHLE.

23, 1. Ἢ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ.] Edd. Ald. Bas. ὡς, ed. Cam. ἢ omittit.

Εἴπερ γάρ. In ed. Bipont. audacius καὶ interjectum est ante εἴπερ.

Ὀφείλεσθαι χάριν. Ἀλλ' εἴπερ. Ita in edd. Ald. Bas. Victorii, Cam. Sylb. legitur; ed. Isingr. καὶ εἴπερ. Ed. Bipont. καί· Ἀλλ' εἴπερ, quod quamvis ad sententiam, cujus caussa Muretus quoque vertit: *et illud: at*, appositum sit; nulla tamen

* Περὶ dedit, ut videtur, Victorius e Cod. antiquiss. Certe hanc voculam e nostris agnoscunt A. B.

auctoritate nititur, neque necessarium videtur, cum exempla ejusmodi sine conjunctione componi possint (cf. L. III. 9, 7). Certe vix licuerit, hanc ob caussam καὶ bis ex conjectura assumere, præsertim cum nemo intelligat, utrum, si nectendi voculæ exciderunt, καὶ, an ἢ positum fuerat. Sufficiat senarium quintum ita imprimere, ut novum exemplum incipere lector sentiat. VATER.

23, 1. Μεσσηνιακῷ.] Alcidamas orator Messeniacam orationem scripsit, i. e. pro Messeniis. Vide supra I. 13, 2. VICTOR.

23, 1. Ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ] Vide notam ad Rhet. I, 13. Senarii sequentes incerti auctoris sunt. BUHLE. Sunt fortasse Agathonis vel Theodectis.

23, 1. Καὶ, Εἴπερ γὰρ] Reposui καὶ ex ed. Isingr. quod necesse est addi. BUHLE.

23, 1. Δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. habent πίπτειν. Sed πεσεῖν legitur in Cod. Victorii antiquissimo, et metro convenit. Εἰς ὀργὴν πεσεῖν poëtice dictum pro ὀργίζεσθαι. BUHLE. Vide Elmsleium ad Euripidis Med. p. 94. cui verum videtur πίτνειν.

23, 1. Ψευδηγορεῖν] Eædem edd. excepta Spir. ψευδολογεῖν, invito metro. Victorius ex eodem Codice ψευδηγορεῖν reposuit. BUHLE.

23, 2. Aristot. Topic. II, 9. Cic. Topic. cap. 3. BUHLE.

23, 2. ὁμοίων πτώσεων.] Vide supra I. 7, 27.

23, 2. Ἢ μὴ ὑπάρχειν.] Edd. Ald. Bas. εἰ μὴ ὑπάρχειν. Male. VATER.

23, 3. Aristot. Topic. II, 8; Cic. de Invent. I, 9; Orat. ad Brutum cap. 41, exempla afferunt alia. BUHLE.

23, 3. Ἄλλος ἐκ τῶν.] Dionysius Halicarn. (l. c. p. 123.) totam pæne paragraphum, ἄλλος ἐκ τῶν—ἀποκτεινάντων Νικάνορα exscribit. Τὸ καλῶς καὶ τὸ δικαίως perinde ac edd. vett. bis habet pro ἢ τὸ δικαίως. Paullo post cum iisdem edd. consentit in lectione περὶ τῶν τελώνων. Victorius ibi ex Codice antiquiss. et prisco Intpr. dedit, περὶ τῶν τέλων, cui lectioni equidem conjecturam Sylburgii, a Buhlio haud circumspecte receptam, περὶ τῶν τελωνιῶν, quantumvis ingeniosam, non antepono. Neutiquam mutatione opus est. Oratio, in qua hæc dicerentur, potest inscripta fuisse, περὶ τῶν τέλων. Quin, sin hæc *de* ipsis *vectigalibus* Diomedon pronuntiaverit, aptissima sunt: vectigalia enim ipsa et vendebantur et emebantur. Dein Dionysius non, ὑπάρχει, καὶ τῷ ποιήσαντι—πεπονθότι, sed ὑπάρχει· τῷ πεπραγμένῳ ὑπάρξει καὶ τῷ ποιήσαντι ἢ ποιοῦντι, habet. Idem cum omittat jambos Theodectis; eos quidem, ut ad rem, quam in epistola ad Ammæum ageret, minus facientes, consulto omittere potuit. Sed sunt in hoc loco quædam, quæ me exerceant. Verba enim, Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν, quæ metri caussa versus tenore in edd. novissimis impressa

sunt, a Victorio et, ut opinor, etiam a Mureto iis adjunguntur, quæ scriptor inter primum et postremum jambum interjicit. Dialecticus excipiet: *hæc seorsim spectanda sunt:* poëtæ tragici vix hæc fuerint. Contra Aristotelis pedestri dicendi generi hic jambus non convenit. Præterea quæ a φησὶ δ' usque ad ὑπολαβὼν φησι leguntur, ni fallor, tam frigida sunt, ut tota sermocinatio ex paraphrasi quadam, jambus, ἀλλὰ—σκοπεῖν, ex lusu otiosi hominis originem traxisse videatur. Sin duo jambi, Μητέρα—βροτῶν, et, Τὴν μὲν—κτανεῖν, junguntur, difficultatis vix quidquam in his residet. — Hæc igitur est caussa aliqua, in qua res, quæ inter se conferuntur, dissideant (διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτο.) Sequentibus contra exemplis non idem probatur, sed contrarium, *si quid in quempiam juste atque honeste factum est, juste etiam fecit, qui fecit; et contra.* Idcirco vel ordo exemplorum vel conjungendi modus, καὶ οἷον, vitio aliquo laborat. VATER.

23, 3. πρὸς ἄλληλα.] Latina schola vocat *relata.* Talia sunt ista: *facere pati, emere vendere, dare accipere, locare conducere,* et nomina ista, *pater filius, dominus servus, discipulus magister.* Exempla alia affert Aristoteles Topic. II. 8, 4. Cicero de Inv. I. c. 29. *Si Rhodiis turpe non est portorium* locare, *nec Hermacreonti quidem turpe est* conducere. Et in Orat. ad Brutum c. 41. *Cur aut* discere *turpe est, quod* scire *honestum est, aut quod* nosse *pulcherrimum est, id non gloriosum* docere. SCHRADER. Vide Quintil. V. 10, 78.

23, 3. Τὸ καλῶς ἢ τὸ δικαίως] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὸ καλῶς καὶ τὸ δικ. Sic etiam infra, ubi eadem verba repetuntur. BUHLE.

23, 3. οἷον, ὡς.] De hoc pleonasmo vide Schæfer. ad Bastii Epist. Crit. p. 278. necnon Boissonad. ad Nicetam p. 290. qui hoc ipso loco utitur. Conf. infr. §. 6.

23, 3. Περὶ τῶν τελωνιῶν] Recepi præclaram Sylburgii emendationem in notis propositam, quam sensus necessario exigit. Dionysius Haliçarn. in epist. ad Ammæum, et Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. περὶ τῶν τελωνῶν. Victorius e Cod. et vetere versione Latina rescripsit περὶ τῶν τελῶν, quod etiam edd. Morel. Sylburg. (in textu), Spir. Majorag. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. agnoscunt. Enimvero nec de *publicanis,* e quorum numero ipse erat *Diomedon,* nec de *vectigalibus* per se, sed de *vectigaliium redemtura* Diomedon locutus est. Optima igitur est lectio περὶ τῶν τελωνιῶν. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam expressit. Post Διομέδων addit in versione, *publicanorum princeps,* haud dubie ex interpolatione. Vid. Victorii Comment. p. 472. BUHLE.

23, 3. Ἔστι δ' ἐν τούτῳ παραλογίσασθαι.—τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα] Leguntur hæc paulo aliter in Dionysii Halicarnassei epistola ad Ammæum, et quidem ita: ἔστι δὲ τούτῳ παρα-

λογίσασθαι. Οὐ γὰρ, εἰ δικαίως ἔπαθεν ἂν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν· ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας πατὴρ εἰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται, δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι· εἶτα χρῆσθαι ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ. Ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου, καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Videtur autem locus negligenter a Dionysio exscriptus, atque etiam ab eo interpolatus esse; quare textum Aristotelis refingere nolui. BUHLE.

23, 3. παραλογίσασθαι—ὑπὸ σοῦ.] Qui huic rei studeret, posset etiam ope hujus loci fucum facere, decipereque imperitum adversarium: continet enim in se vitium, fallaciaque non parva aliquando subest: si enim quispiam juste necatus est, juste sane ille malum passus est: verum a te id fortasse proficisci non debuit. Antequam studio et diligentia Henrici Stephani, docti viri, egregiique typographi, prodiisset in lucem libellus, in quo est epistola Dionysii Halicarnassei ad Hammæum (c. 12. p. 747. Reisk.) secutus ipse consensum omnium, quos mihi videre licuit, et scriptorum et excusorum librorum, ita hunc locum accepi, ut nunc quoque hic notatum reliqui. Cum autem in ea locus citatus sit, quem modo in manibus habemus, valde variatus, cujus etiam loci de fide nihil mihi penitus exploratum est, existimavi primum non alienum esse, ut prius legebatur, eum hic adponere, postea suspiciones de ipso meas indicare. Ita igitur in illis litteris expositus est: Ἔστι δὲ τούτῳ παραλογίσασθαι· οὐ γὰρ εἰ δικαίως ἔπαθεν ἂν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν· ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας πατὴρ, εἰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται, δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι. Εἶτα χρῆσθαι ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ· ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου, καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Primum autem, postquam testatus est locum esse in eo fallaciæ, quomodo ope illius imponi possit adversario significat, negans id verum esse, quod falso putaretur firmum: in excusis enim prius non negabatur, sed affirmabatur, quod traditur. Deinde exemplum ponitur ejus, quod dicit, non acceptum ab aliquo poëta, sive oratore, ut solet, sed tamquam fictum et conformatum ab auctore. Veluti inquit, pater, qui gessit quod morte dignum est, an vocari in judicium, reique capitalis reus fieri debeat a filio: deinde inquit quomodo uti oporteat hac animadversione: nam, ut infra omisit exemplum Theodectis verbaque tragici non posuit, ita hic de suo addere comminiscique potuit, quod rem statim explanaret. Non affirmo tamen hoc, sed existimandum doctis hominibus, multumque judicio valentibus, relinquo. VICTOR.

23, 3. Εἶτα χρῆσθαι, ὁποτέρως ἁρμόττει] Ald. Ven. Bas. Cam.

jam deperditos. Vide de iis Theonis Progymn. c. xii. quod est de Thesi, et Diog. Laertium in Vita Aristotelis. SCHRADER.

22, 11. Ἀλλ' εἰς τὰ ὑπάρχοντα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα, omissa præpositione. BUHLE.

22, 11. Περιγράφοντα ὅτι πλεῖστα καὶ ἐγγύτατα] Eædem edd. περιγράφοντα τὰ πλεῖστα καὶ ἐγγυτάτω τοῦ πράγματος. Equidem Victorium secutus sum, qui, nescio an Codicis cujusdam auctoritate fretus, lectionem hanc haud male immutavit. BUHLE.

22, 11. περιγράφοντα.] Pro temporis etiam brevitate præfinientem, seponentemque sibi magnum illorum numerum: neque enim paucis contentus esse debet, si potest multa colligere; et ut quam plurima potest, ita quæ rei illi maxime propinqua sint; intelligit autem, quæ ipsi hæreant atque adfixa sint, nec e longinquo petantur: illa autem, quo magis talia fuerint, eo magis rei affinia erunt, minusque ad alia pertinebunt. VICTOR.

22, 11. ὅσῳ γὰρ ἂν πλείω.] Lib. Prior. Analyt. I. c. 27, §. 6. ὅσα μὲν γὰρ ἂν πλειόνων τοιούτων εὐπορῇ τις, θᾶττον ἐντεύξεται συμπεράσματι· ὅσῳ δ' ἂν ἀληθεστέρων, μᾶλλον ἀποδείξει. SCHRADER.

22, 11. Ὅσῳ δ' ἐγγύτερον] Ven. Cam. et Majorag. ὅσῳ δ' ἐγγυτέρω. BUHLE.

22, 12. Λέγω δὲ κοινὰ μὲν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. λέγομεν δὲ κοινά. Nil refert. BUHLE.

22, 12. Ἐπὶ τὸ Ἴλιον] Eædem edd. εἰς τὸ Ἴλιον. BUHLE.

22, 12. Ἐκώλυσεν] Ibidem: ἐκώλυεν. Est Cycnus Neptuni filius, quem Achilles interfecit. Pindar. Olymp. II. BUHLE.

22, 12. οὐκ ἔνορκος.] Pausanias Lacon. c. 24. Ὅμηρος δὲ ἔγραψε μὲν τῆς ποιήσεως ἀρχόμενος, ὡς Ἀχιλλεὺς χαριζόμενος τοῖς Ἀτρέως παισὶ, καὶ οὐκ ἐνεχόμενος τοῖς ὅρκοις τοῖς Τυνδάρεω, παραγένοιτο εἰς Τροίαν. VICTOR.

22, 12. εἷς μὲν οὖν—τοπικός.] Hunc locum topicum appellat, quia similis est locis topicis, ac sequitur instituta illius disciplinæ: neque enim hæc ratio oratoris tantum est, sed dialectici quoque: non multo quoque supra docuit etiam in hoc studio necessarium esse selectum propositionum, ut in topica facultate. Cum vero hic antea excusi haberent, εἷς μὲν οὖν τρόπος τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τόπος, emendavi, secutus fidem scriptorum librorum: in cunctis enim, quos vidi, extremum verbum τοπικὸς est: antiquissimus etiam τόπος τῆς ἐκλογῆς, non τρόπος habet: quam lectionem sequitur quoque vetus tralatio: depravatam autem illam ab aliquo fuisse puto, cui absurdum videretur dici τόπον ἐκλογῆς, putaritque τρόπον potius legi debere. Veruntamen, ut loci sunt, in quibus argumenta manent, ita etiam loci vocantur, qui rationem continent modum-

que quomodo selectus alicujus rei fieri debeat. Quod etiam testimonio Alexandri confirmatur, qui in Topic. I. cum locum eum explicare inciperet, ubi Aristoteles docet, quomodo seligi dialecticæ propositiones, et magna copia earum parari possit, inquit, Περὶ τῆς τῶν προτάσεων ἐκλογῆς πρῶτον τόπους τινας καὶ ἀφορμὰς τῆς τε ἐκλογῆς, καὶ τῆς εὐπορίας αὐτῶν παραδίδωσιν. VICTOR. Lego εἰς μὲν οὖν τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τρόπος. Τρόπος est in libris quibusdam Basiliensibus, in Parisiensibus Wecheli, in libris Victorii, et supra dixerat, τίνα τρόπον δεῖ ζητεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους. Ergo statim incipit tradere τοὺς τόπους sive τὰ στοιχεῖα. Στοιχεῖα ut in Euclide, et Horat. I. Ep. I. *Restat, ut his ego me ipse regam, solerque* elementis. MURETUS.

22, 12. Τόπος τῆς ἐκλογῆς—οὗτος ὁ τοπικὸς] Restitui lectionem a Victorio receptam. Edd. supra laudatæ, ut et Schrader. et Lips. pro τόπος legunt τρόπος. Verum τόπος habent Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus. Confirmat eandem lectionem Alexander Aphrodis. ad Top. I, 11: περὶ τῆς τῶν προτάσεων ἐκλογῆς πρῶτον τόπους τινὰς καὶ ἀφορμὰς τῆς τε ἐκλογῆς, καὶ τῆς εὐπορίας αὐτῶν παραδίδωσιν. Pro τοπικὸς Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. legunt τόπος. Dedit illud Victorius ex Codd. MStis, qui omnes in eo conspirant. BUHLE.

22, 12. Εἰς μὲν οὖν τρόπος τῆς ἐκλογῆς, καὶ πρῶτος οὗτος.] Ita edd. vett. et Schrad. Victorius ex codice antiquiss. et prisco Intpr. τόπος dedit. Pro ὁ τοπικὸς, edd. Ven. Cam. ὁ τόπος; illud tuentur omnes libri scripti, edd. Ald. Bas. et Schol. Gr. qui notat, ὁ τοπικὸς, κατάλληλος τοῖς τοπικοῖς. Τόπος—ὁ τοπικὸς Victorius explicat *selectum propositionum, qui sequitur instituta disciplinæ topicæ.* At illo obscuriori τοπικὸς, ejusque cum voce τόπος conjunctione offendor. Forsan in eo insidet corruptela. Magis hic videtur esse locus adjectivo, quo significetur, hoc delectus genere ad ipsam materiem tractationis respici, ceteris ad formam tractationis et ad probationem. Ita his transeatur ad ea, quæ statim sequuntur, ad probationem et locos enthymematum. Conjeci aliquando: οὗτος ὁδοποιός. Quæsita enim materia, probationi via facta est. Ingeniosa est Mureti correctio, qua prius τόπος spurium esse vult, et τρόπος, quippe quod in omnibus libris scriptis præter antiquissimum insit, præfert: εἰς μὲν οὖν τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τρόπος. VATER.

22, 12. In nonnullis codicibus non τόπος sed τρόπος legitur, quam lectionem nos sequuti sumus, confirmati eo quod cap. hujus §. 1. legitur: dicamus τίνα τρόπον δεῖ ζητεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους. Modus autem ille enthymemata conquirendi unus et præcipuus, qui locis enthymematum hic præmittitur, in hoc consistit, ut conclusioni alicui oratorie de-

monstrandæ intenti, ea quæ subjecto et prædicato illius, et quidem proxime insunt, seligamus, nec tamen omnia, sed ex his eximia tantummodo usurpemus, id quod initio hujus capitis proposuit, cum argumenta οὔτε πόρρωθεν οὔτε πάντα congerenda esse præcepit. SCHRADER.

22, 13. στοιχεῖον—τὸ αὐτό.] Locos elementaque pro eodem capi, quamvis antea id non explanasset, animadvertisse tamen poteramus: in primo enim libro cum dixisset, λέγω δὲ εἴδη τὰς καθ' ἕκαστον γένος ἰδίας προτάσεις· τόπους δὲ τοὺς κοινοὺς ὁμοίως πάντων, post inquit, πρότερον δὲ λάβωμεν τὰ γένη τῆς ῥητορικῆς, ὅπως διελόμενοι πόσα ἐστι, περὶ τούτων χωρὶς λαμβάνωμεν τὰ στοιχεῖα καὶ τὰς προτάσεις. Quod enim supra τόπους vocaverat, infra *elementa* appellavit. Cicero de Orat. II. 45. quoque Latino verbo, quod posteriori huic respondet, hujuscemodi quippiam significare volens, usus est. *Neque illa* elementa *desiderare, quæ ut nemo tradat, quis est, qui nesciat, quæ sint in homine laudanda.* Theophrastus etiam, ut testatur Alexander in I. et II. Topicorum, cum definiret *locum*, hoc nomen usurpavit: inquit enim *locum* esse ἀρχὴν ἢ στοιχεῖον, unde principia cujusque rei sumantur. Cum autem nunc se velle tradere elementa enthymematum dixisset Aristoteles, supra vero, ubi sibi hoc agendum esse indicavit, hoc nomine usus non fuisset, sed locos vocasset; hæc enim verba ipsius sunt, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους, ideo docet utrumque nomen idem valere, solereque se sine discrimine, cum idem significare velit, alterutro uti. VICTOR.

22, 13. Στοιχεῖα.] Hujus vocis significationes evolvit Aristot. Metaphys. IV. c. 3. SCHRADER.

22, 14. δεικτικὰ—ἐλεγκτικά.] Cum enthymemata quædam probare dicat, ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, manifesto significavit esse hujus generis, quæ affirment aliquid, ut etiam quæ negent: cum contra, quæ vim redarguendi habent, et ἐλεγκτικὰ appellantur, semper negando concludant. Interpres Hermogenis rhetoris de differentia horum enthymematum etiam egit. Nam duo et ipse genera esse cognovit, et eodem quoque nomine appellat: necnon exempla utriusque ex optimo omnium oratore subdidit. Δεικτικὰ, inquit, sunt, quæ cursum suum faciunt, speciem consecutionis retinentia, ceu, τὸ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται. Ἐλεγκτικὰ autem, quæ præ se ferunt pugnam quandam, ac perveniunt, quo volunt, adversando repugnandoque alicui sententiæ, ut, Οὐ γὰρ ἂν Σόλων μὲν αὐτὸ παρέλιπεν, Αὐτοκλῆς δὲ εὗρετο. VICTOR.

22, 15. δεικτικὸν ἐνθύμημα.] Augustinus Niphus ex citatione Schraderi: "Est ostensivum enthymema quod ex concessis "concludit propositum, nam accipit ea, quæ videntur omni- "bus vel pluribus, et concludit propositum: et sic per con-

" cessa, non data ab adversariis, sed simpliciter probabilia " Aristoteles intelligit, quæ vel omnibus vel pluribus viden- " tur. Elencticum vero, quod ex datis concessisve adversa- " rio repugnantia atque improbabilia colligit. Repugnantia " autem et improbabilia dico quæ sunt contra adversariorum " opinionem."

22, 15. Ἀνομολογούμενα συνάγειν.] Ἀνομολογούμενα *discrepantia inter se, repugnantiamve* significat. Ἀνομολογούμενα συνάγειν valet *dissidentia concludere ac cogere*, et quæ adversentur iis, quæ ab adversario ostensa prius et conclusa fuerint: erit enim hoc manifesto illum convincere ac redarguere, cum in eum locum deducas, ut assentiri cogatur contrariis eorum, quæ antea probarat: quod igitur hoc præstat enthymema, ἐλεγκτικὸν vocatur. VICTOR.

22, 16. Περὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν] Eædem edd. περὶ ἕκαστα τῶν εἰδῶν. Forte legendum est: περὶ ἕκαστον τ. εἰδῶν. BUHLE.

22, 16. Muretus ait, pro verbis, ἔχονται οἱ τόποι, vulgo legi, ἔχονται, ὥσπερ εἴρηται, quod in exemplis meis non inveni. Venetum non contigit inspicere. [Non habet ed. Ven.] Idem in verbis, περὶ τῶν ἤθων καὶ πάθων, lectionem ed. Venetæ expressit, καὶ τῶν εἰδικῶν παθημάτων. VATER.

22, 16. Περὶ τῶν ἠθῶν καὶ παθημάτων] Ex emendatione Victorii. Ald. Bas. Frob. et Codd. quidam Victorii: περὶ τῶν ἰδικῶν παθημάτων. Ven. περὶ τῶν εἰδικῶν. Ed. Camot. e margine Ven. recepit περὶ τῶν ἠθικῶν. Georg. Trapezuntius vertit: *de propriis affectibus*. Optimam certe lectionem exhibuit Victorius, secutus Codicem antiquissimum, et veterem versionem Latinam. BUHLE.

22, 16. Εἰλημμένοι] Cam. Majorag. et Isingr. εἰρημένοι. BUHLE.

22, 17. Ἔτι δὲ καὶ] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

22, 17. Καθόλου—παρασημαινόμενοι.] Καθόλου, i. e. *communiter* atque *in universum*: cuncta scilicet simul genera complectentes: περὶ ἁπάντων vero, de quibus ante proprii loci assignati sunt: pollicetur enim se communes omnium locos, et qui sine discrimine tribus dicendi generibus accommodentur, nunc traditurum. Παρασημαινόμενοι hic significare videtur *adscribentes, adnotantes*: verbis enim, quæ id ipsum demonstrent, non signis, notisve ullis, hoc declarat. Eodem modo Topic. I. 12. usus est: Παρασημαίνεσθαι δὲ καὶ τὰς ἑκάστων δόξας: quem locum cum Alexander explanaret, id verbum pro παραγράφειν videtur accepisse. Δεῖν δέ φησιν ἐν ταῖς ἐκλογαῖς παρασημαίνεσθαι, καὶ παραγράφειν τὰς ἑκάστων δόξας. Nam in Sophist. Elench. p. 452, 12. notas has indiciaque, ut arbitror, παράσημα vocavit. Κἀκεῖ δὴ παράσημα ποιοῦνται. VICTOR.

22, 17. Τοὺς ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς ἀποδεικτικοὺς] Eædem edd.

τούς τε ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς δεικτικούς. Nostrum tuentur omnes Victorii MSS. BUHLE.

22, 17. Καὶ ἐνστάσεων] Eædem edd. καὶ τῶν ἐνστάσεων. BUHLE.

22, 17. Πρὸς τὰ ἐνθυμήματα.] Edd. vett. πρὸς non habent *. Victorius id ex ingenio emendavit, quia hic de ἐνστάσεσι sermo sit, non de argumentis, quibus probetur aut urgeatur, afferendis. Et hoc quidem aptius. Sin antiquam lectionem retinere velis, ἐνθυμήματα, ἃ δεῖ φέρειν, possunt ea esse, quæ adversario opponuntur, et ad τὰς λύσεις pertinere. VATER.

22, 17. Διορίσωμεν] Ed. Victor. διορίσομεν. BUHLE.

22, 17. Πρὸς τὰ ἐνθυμήματα] Abest πρὸς ab Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. Non bene. BUHLE.

CAP. XXIII.

23, 1. τῶν ἐναντίων.] *Ex contrariis* locum hunc Quintilianus appellavit, qui iisdem pæne exemplis, quibus Aristoteles, usus est, lib. V. 10, 73. *Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum, erit emendatio pax. Si veniam meretur, qui imprudens nocuit, non meretur præmium, qui imprudens profuit.* Accuratius tamen eum exponit summus doctor, quomodoque tractari debeat, exquisitius docet. VICTOR. Topic. II. 6. Ὅσοις δ' ἀνάγκη θάτερον μόνον ὑπάρχειν, ἢ οὐχ ὑπάρχειν, οἷον, τῷ ἀνθρώπῳ τὴν νόσον, ἢ τὴν ὑγίειαν· ἐὰν πρὸς θάτερον εὐπορῶμεν διαλέγεσθαι, ὅτι ὑπάρχει, ἢ οὐχ ὑπάρχει, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν εὐπορήσομεν· τοῦτο δ' ἀντιστρέφει πρὸς ἄμφω. Δείξαντες μὲν γὰρ ὅτι ὑπάρχει θάτερον, τὸ λοιπὸν δεδειχότες ἐσόμεθα ὅτι οὐχ ὑπάρχει· ἐὰν δὲ ὅτι οὐχ ὑπάρχει δείξωμεν, τὸ λοιπὸν ὅτι ὑπάρχει δεδειχότες ἐσόμεθα. Δῆλον οὖν ὅτι πρὸς ἄμφω χρήσιμος ὁ τόπος ἐστιν.

23, 1. Εἰ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει] Eædem edd. brevius: εἰ τῷ ἐναντίῳ ἐναντίον, omisso ὑπάρχει. Confer Topic. II, 7. BUHLE.

23, 1. Ἀναιροῦντα μὲν—κατασκευάζοντα δὲ] Ibidem: ἀναιροῦντι μὲν—κατασκευάζοντι δέ. Nostram lectionem habent meliores Victorii Codd. Recepit eam quoque Spir. BUHLE.

23, 1. Ἢ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ.] Edd. Ald. Bas. ὡς, ed. Cam. ἢ omittit.

Εἴπερ γάρ. In ed. Bipont. audacius καὶ interjectum est ante εἴπερ.

Ὀφείλεσθαι χάριν. Ἀλλ' εἴπερ. Ita in edd. Ald. Bas. Victorii, Cam. Sylb. legitur; ed. Isingr. καὶ εἴπερ. Ed. Bipont. καί· Ἀλλ' εἴπερ, quod quamvis ad sententiam, cujus caussa Muretus quoque vertit: *et illud: at*, appositum sit; nulla tamen

* Περὶ dedit, ut videtur, Victorius e Cod. antiquiss. Certe hanc voculam e nostris agnoscunt A. B.

auctoritate nititur, neque necessarium videtur, cum exempla ejusmodi sine conjunctione componi possint (cf. L. III. 9, 7). Certe vix licuerit, hanc ob caussam καὶ bis ex conjectura assumere, præsertim cum nemo intelligat, utrum, si nectendi voculæ exciderunt, καὶ, an ἢ positum fuerat. Sufficiat senarium quintum ita imprimere, ut novum exemplum incipere lector sentiat. VATER.

23, 1. Μεσσηνιακῷ.] Alcidamas orator Messeniacam orationem scripsit, i. e. pro Messeniis. Vide supra I. 13, 2. VICTOR.

23, 1. Ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ] Vide notam ad Rhet. I, 13. Senarii sequentes incerti auctoris sunt. BUHLE. Sunt fortasse Agathonis vel Theodectis.

23, 1. Καὶ, Εἴπερ γὰρ] Reposui καὶ ex ed. Isingr. quod necesse est addi. BUHLE.

23, 1. Δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. habent πίπτειν. Sed πεσεῖν legitur in Cod. Victorii antiquissimo, et metro convenit. Εἰς ὀργὴν πεσεῖν poëtice dictum pro ὀργίζεσθαι. BUHLE. Vide Elmsleium ad Euripidis Med. p. 94. cui verum videtur πίτνειν.

23, 1. Ψευδηγορεῖν] Eædem edd. excepta Spir. ψευδολογεῖν, invito metro. Victorius ex eodem Codice ψευδηγορεῖν reposuit. BUHLE.

23, 2. Aristot. Topic. II, 9. Cic. Topic. cap. 3. BUHLE.

23, 2. ὁμοίων πτώσεων.] Vide supra I. 7, 27.

23, 2. Ἢ μὴ ὑπάρχειν.] Edd. Ald. Bas. εἰ μὴ ὑπάρχειν. Male. VATER.

23, 3. Aristot. Topic. II, 8; Cic. de Invent. I, 9; Orat. ad Brutum cap. 41, exempla afferunt alia. BUHLE.

23, 3. Ἄλλος ἐκ τῶν.] Dionysius Halicarn. (l. c. p. 123.) totam pæne paragraphum, ἄλλος ἐκ τῶν—ἀποκτεινάντων Νικάνορα exscribit. Τὸ καλῶς καὶ τὸ δικαίως perinde ac edd. vett. bis habet pro ἢ τὸ δικαίως. Paullo post cum iisdem edd. consentit in lectione περὶ τῶν τελώνων. Victorius ibi ex Codice antiquiss. et prisco Intpr. dedit, περὶ τῶν τέλων, cui lectioni equidem conjecturam Sylburgii, a Buhlio haud circumspecte receptam, περὶ τῶν τελωνιῶν, quantumvis ingeniosam, non antepono. Neutiquam mutatione opus est. Oratio, in qua hæc dicerentur, potest inscripta fuisse, περὶ τῶν τέλων. Quin, sin hæc *de* ipsis *vectigalibus* Diomedon pronuntiaverit, aptissima sunt: vectigalia enim ipsa et vendebantur et emebantur. Dein Dionysius non, ὑπάρχει, καὶ τῷ ποιήσαντι—πεπονθότι, sed ὑπάρχει· τῷ πεπραγμένῳ ὑπάρξει καὶ τῷ ποιήσαντι ἢ ποιοῦντι, habet. Idem cum omittat jambos Theodectis; eos quidem, ut ad rem, quam in epistola ad Ammæum ageret, minus facientes, consulto omittere potuit. Sed sunt in hoc loco quædam, quæ me exerceant. Verba enim, Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν, quæ metri caussa versus tenore in edd. novissimis impressa

sunt, a Victorio et, ut opinor, etiam a Mureto iis adjunguntur, quæ scriptor inter primum et postremum jambum interjicit. Dialecticus excipiet: *hæc seorsim spectanda sunt:* poëtæ tragici vix hæc fuerint. Contra Aristotelis pedestri dicendi generi hic jambus non convenit. Præterea quæ a φησὶ δ' usque ad ὑπολαβόν φησι leguntur, ni fallor, tam frigida sunt, ut tota sermocinatio ex paraphrasi quadam, jambus, ἀλλὰ—σκοπεῖν, ex lusu otiosi hominis originem traxisse videatur. Sin duo jambi, Μητέρα—βροτῶν, et, Τὴν μὲν—κτανεῖν, junguntur, difficultatis vix quidquam in his residet. — Hæc igitur est caussa aliqua, in qua res, quæ inter se conferuntur, dissideant (διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτο.) Sequentibus contra exemplis non idem probatur, sed contrarium, *si quid in quempiam juste atque honeste factum est, juste etiam fecit, qui fecit; et contra.* Idcirco vel ordo exemplorum vel conjungendi modus, καὶ οἷον, vitio aliquo laborat. VATER.

23, 3. πρὸς ἄλληλα.] Latina schola vocat *relata.* Talia sunt ista: *facere pati, emere vendere, dare accipere, locare conducere,* et nomina ista, *pater filius, dominus servus, discipulus magister.* Exempla alia affert Aristoteles Topic. II. 8, 4. Cicero de Inv. I. c. 29. *Si Rhodiis turpe non est portorium* locare, *nec Hermacreonti quidem turpe est* conducere. Et in Orat. ad Brutum c. 41. *Cur aut* discere *turpe est, quod* scire *honestum est, aut quod* nosse *pulcherrimum est, id non gloriosum* docere. SCHRADER. Vide Quintil. V. 10, 78.

23, 3. Τὸ καλῶς ἢ τὸ δικαίως] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὸ καλῶς καὶ τὸ δικ. Sic etiam infra, ubi eadem verba repetuntur. BUHLE.

23, 3. οἷον, ὡς.] De hoc pleonasmo vide Schæfer. ad Bastii Epist. Crit. p. 278. necnon Boissonad. ad Nicetam p. 290. qui hoc ipso loco utitur. Conf. infr. §. 6.

23, 3. Περὶ τῶν τελωνιῶν] Recepi præclaram Sylburgii emendationem in notis propositam, quam sensus necessario exigit. Dionysius Halicarn. in epist. ad Ammæum, et Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. περὶ τῶν τελωνῶν. Victorius e Cod. et vetere versione Latina rescripsit περὶ τῶν τελῶν, quod etiam edd. Morel. Sylburg. (in textu), Spir. Majorag. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. agnoscunt. Enimvero nec de *publicanis,* e quorum numero ipse erat *Diomedon,* nec de *vectigalibus* per se, sed de *vectigalium redemtura* Diomedon locutus est. Optima igitur est lectio περὶ τῶν τελωνιῶν. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam expressit. Post Διομέδων addit in versione, *publicanorum princeps,* haud dubie ex interpolatione. Vid. Victorii Comment. p. 472. BUHLE.

23, 3. Ἔστι δ' ἐν τούτῳ παραλογίσασθαι.—τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα] Leguntur hæc paulo aliter in Dionysii Halicarnassei epistola ad Ammæum, et quidem ita: ἔστι δὲ τούτῳ παρα-

λογίσασθαι. Οὐ γὰρ, εἰ δικαίως ἔπαθεν ἂν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν· ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας πατὴρ εἰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται, δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι· εἶτα χρῆσθαι ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ. Ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου, καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Videtur autem locus negligenter a Dionysio exscriptus, atque etiam ab eo interpolatus esse; quare textum Aristotelis refingere nolui. BUHLE.

23, 3. παραλογίσασθαι—ὑπὸ σοῦ.] Qui huic rei studeret, posset etiam ope hujus loci fucum facere, decipereque imperitum adversarium: continet enim in se vitium, fallaciaque non parva aliquando subest: si enim quispiam juste necatus est, juste sane ille malum passus est: verum a te id fortasse proficisci non debuit. Antequam studio et diligentia Henrici Stephani, docti viri, egregiique typographi, prodiisset in lucem libellus, in quo est epistola Dionysii Halicarnassei ad Hammæum (c. 12. p. 747. Reisk.) secutus ipse consensum omnium, quos mihi videre licuit, et scriptorum et excusorum librorum, ita hunc locum accepi, ut nunc quoque hic notatum reliqui. Cum autem in ea locus citatus sit, quem modo in manibus habemus, valde variatus, cujus etiam loci de fide nihil mihi penitus exploratum est, existimavi primum non alienum esse, ut prius legebatur, eum hic adponere, postea suspiciones de ipso meas indicare. Ita igitur in illis litteris expositus est: Ἔστι δὲ τούτῳ παραλογίσασθαι· οὐ γὰρ εἰ δικαίως ἔπαθεν ἂν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν· ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας πατὴρ, εἰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται, δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι. Εἶτα χρῆσθαι ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ· ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου, καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Primum autem, postquam testatus est locum esse in eo fallaciæ, quomodo ope illius imponi possit adversario significat, negans id verum esse, quod falso putaretur firmum: in excusis enim prius non negabatur, sed affirmabatur, quod traditur. Deinde exemplum ponitur ejus, quod dicit, non acceptum ab aliquo poëta, sive oratore, ut solet, sed tamquam fictum et conformatum ab auctore. Veluti inquit, pater, qui gessit quod morte dignum est, an vocari in judicium, reique capitalis reus fieri debeat a filio: deinde inquit quomodo uti oporteat hac animadversione: nam, ut infra omisit exemplum Theodectis verbaque tragici non posuit, ita hic de suo addere comminiscique potuit, quod rem statim explanaret. Non affirmo tamen hoc, sed existimandum doctis hominibus, multumque judicio valentibus, relinquo. VICTOR.

23, 3. Εἶτα χρῆσθαι, ὁποτέρως ἁρμόττει] Ald. Ven. Bas. Cam.

Ricc. Spir. Majorag. εἶτα χρήσασθαι, ὁποτέρας ἂν ἁρμόττῃ. Melius forsitan. BUHLE.

23, 3. καὶ οὐδὲν κωλύει.] Nihil vetare inquit, quin hoc videlicet aliquando contingere possit, sive quin hæc simul non maneant, sed repugnent. VICTOR.

23, 3. Ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου] Theodectes Phaselide, Lyciæ urbe, oriundus, Platonis et Isocratis discipulus, Aristotelis sodalis, sed natu grandior, quinquaginta Tragœdias scripsit, in quibus fuit et *Alcmæon* inscripta. Vid. Steph. Byz. in Φασηλίς, et Suidam v. Θεοδέκτης. Alcmæon Eriphylen matrem suam interfecerat, quod hæc Amphiarai mariti salutem prodiderat. Alphesibœa fuit Alcmæonis uxor. Pro τοῦ Θεοδέκτου edd. supra laudatæ habent τῷ Θεοδέκτου. BUHLE ex SCHRADER.

23, 3. φησὶ δὲ ἀποκρινόμενος—κτανεῖν.] Hæc, ut opinor, Aristotelis verba sunt, quæ in eo loco continerentur, breviter exponentis: nec enim verba poëtæ, extrema parte excepta, quæ versiculo clauditur, sed sententiam tantum hic accepit: respondens, inquit, Alcmæon ei, qui percunctatus fuerat, affirmavit, summum esse omnium mortalium odium adversus matrem suam. Verum, inquit, si quis bene de illis existimare vult, hæc seorsum, distincteque consideret, oportet. Cum Alphesibœa, quæ fortasse et ipsa supra interrogaverat, percunctaretur, quo modo vel distingui rem oporteret, vel damnationis sibi causa hæc rei distinctio fuisset, suscipiens rursus sermonem Alcmæon, senariolum protulit, cujus sententia hæc est: hanc morte dignam fuisse statuerunt, me vero, qui interficerem, nullo modo dignum judicarunt. In pari autem causa Orestis, cum et ipse matricida foret, et morte digna existimata esset Clytemnestra, idem contingere debuit, nisi Palladis sententia sublevatus, judicio illo absolutus fuisset. Quod vidit etiam Euripides; in extrema enim Electra, cum finxisset Castorem Pollucemque facta cæde continuo apparuisse, quid sentirent de omni illo facto ita inducit ipsos cum Oreste loquentes: Δίκαια μὲν νῦν ἥδ' ἔχει, σὺ δ' οὐχὶ δρᾷς. Separaverunt igitur et ipsi personas, seorsumque quid de utraque dici posset, ostenderunt: sororem enim debita pœna cum affectam non negassent, sororis filium nefarie fecisse statuerunt. VICTOR. Etiam Orest. 538. Θυγατὴρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἔπραξεν ἔνδικα Ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τοῦδ' εἰκὸς ἦν αὐτὴν θανεῖν.

23, 3. Διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν] Ald. Bas. Frob. διαλαβόντας σκοπεῖν. Ven. Cam. Ricc. addunt δεῖ. BUHLE.

23, 3. Πῶς; ὑπολαβών φησι] Ald. Bas. Frob. his omissis post Ἀλφεσιβοίας insertum habent πρὸς οὕς. Isingrin. πῶς τοῦτο, φησί. BUHLE.

23, 3. Καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα] Locus est obscurus. Opinatus est Dionysius Ha-

licarnasseus, significari causam *pro Ctesiphonte*, quam tamen sententiam refutavit (Comment. p. 475) Victorius; nam oratio *ὑπὲρ τοῦ στεφάνου* inscripta non potuit vocari *περὶ Δημοσθένους*. Præterea, ut mihi videtur, recte conjecit Victorius, unam eandemque causam esse, quam Aristoteles vocavit *de Demosthene, et de iis, qui interfecerunt Nicanorem*. Erravit tamen idem vir longe eruditissimus, dum fuit, *Nicanorem* hic innui* arbitratus *Alexandri ducem*, qui in divisione regnorum Alexandri Parthos accepit, et Cassandri dolo postea sublatus est; nam is quidem Nicanor Aristotelem supervixit. Diodor. Sic. XVIII, 64. Justin. XIII, 4. Neque etiam hoc loco cogitandum est de *Demosthene oratore*. Quod si enim ad exempli ab Aristotele adducti nexum cum ceteris respicias, apparet, Nicanorem ob Demosthenem aliquem sublatum interfectum esse; Demosthenes autem orator quomodo perierit, notum est, et periit insuper eodem anno, quo Aristoteles obiit. Igitur attinuit causa forsitan† Demosthenem illum, cujus meminit Demosthenes orator in Olynth. IV, T. I, p. 34. in Orat. Reiskii. Fuit hic quoque magnus in republica Atheniensium vir, et exercitum duxit. Quibus præmissis, sensus loci erit: *ut causa de Demosthene* (a Nicanore sublato), *et de iis, qui* (illius cædem ulti) *Nicanorem interfecerunt. Nam cum hi viderentur* (judicibus Nicanorem) *jure interfecisse, visus est etiam* (Nicanor) *jure periisse*. BUHLE.

23, 3. Ἐπεὶ γὰρ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐπειδὴ γάρ. BUHLE.

23, 3. Καὶ περὶ τοῦ Θήβῃσιν ἀποθανόντος.] Attigit verbo tantum Aristoteles rem tum notissimam, et fusius enarratam a Xenophonte Hellen. VII, c. 3. *Euphron*, homo peregrinus, Thebis nimiam potestatem adeptus, turbatis prius multis in ea urbe forisque, tandem ab inimicis, impetu in eum facto, occisus est. Percussores in judicium vocati sunt, quorum unus auctor fuit judicibus, ut, si vere de ea nece existimare vellent, viderent, num morte Euphron dignus fuerit, tanquam injustum non sit, quemlibet morte dignum necare. BUHLE.

23, 3. Ἐκέλευε κρῖναι] Cod. Victorii: κελεύει κρίνεσθαι. Sic etiam Xenophon: ἐκέλευε κρίνεσθαι. BUHLE.

23, 3. Οὐκ ἄδικον ὂν] Edd. supra laudatæ non habent ὄν. BUHLE.

23, 4. Aristot. Topic. II, 10. BUHLE.

23, 4. Πάντα ἴσασι] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Spir. Majorag. πάντες ἴσασι. Perperam. BUHLE.

* Victorii verba sunt, "An hoc pertineat ad hunc, Nicanorque ille sit, quem intelligit Aristoteles, affirmare in tam incerta re, non ausim."

† Hæc est ipsa Victorii sententia p. 474.

23, 4. Πάντα ἴσασι restitutum est ex Cod. Victorii et prisco Intpr. Edd. vett. πάντες.

Ἐκ τοῦ, εἰ τὸ ἧττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει, *quia, si, quod minus, inest, et, quod majus.* Modo verbi magis offendor, quam eo, quod propositio falsa sit. Qua si Aristoteles uti voluisset, saltem, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχοι, dixisset. Præterea ne verbo quidem notatur, hanc propositionem esse conversionem præcedentis: *Si, quod majus, adest; etiam, quod minus.* Contra ex verbis, quæ sequuntur; *Licet igitur, utro opus est, id confirmare, sive inesse, sive non inesse,* colligas duo illa tantum eo differre, quod altera propositione, adesse; altera, non adesse probetur, et cum priori, non adesse, ostensum sit; hac, adesse, ostendi. Accedit, id quod maximum est, quod nemo dixerit patrem verberare minoris esse, quam vicinos. Itaque conjecerim accommodatius ad sequentia legendum esse: ἐκ τοῦ, εἰ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει, καὶ τὸ ἧττον ὑπάρχει, *ex eo pendet, adesse, quod minus, si, quod majus.* Cum posterius enuntiatum priori oppositum esset, facile aliquis adducebatur, ut μᾶλλον et ἧττον inverso ordine scriberet, utque inde locus vitium traheret. Certe duris explicationibus Schol. Gr. et Victorii, ἧττον, *quod minus esse debebat;* aut Majoragii, ἧττον, *quod rarius,* μᾶλλον, *quod frequentius,* vix est acquiescendum. VATER.

23, 4. Σχολῇ οἵ γε ἄνθρωποι.] Hic modus est loquendi familiaris Atticorum, crebroque a poëtis usurpatus, sed ab iis quoque qui soluta oratione scripserunt. Nam optimus etiam dicendi auctor Plato sic locutus est in Phæd. p. 65. B. Καίτοι εἰ αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσι, μηδὲ σαφεῖς, σχολῇ γε αἱ ἄλλαι. Significat autem multo minus id ab aliis expectari posse propter imbecillitatem eorum, quod, quæ tarde lenteque fieri dicuntur, et magnum otium requirere, ut perficiantur, fieri non posse intelliguntur. An Latini ita locuti sint, exploratum non habeo, nos certe patrio sermone mirifice illum exprimimus, dicimus enim *a bell' agio* id fieri posse, quod minus expectandum est: atque id, quasi cum contemptu, pronuntiamus. VICTOR. Vide Elmsleium ad Sophoclis Œd. Tyr. 434.

23, 4. Καὶ τὸν πατέρα τύπτει] Abest τύπτει ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Non male; nam abundat. Uncinos adhibui. BUHLE.

23, 5. μήτε μᾶλλον μ. ἧ.] Cum paria omnia sunt, nec aliquid superat aut superatur Cicero de Orat. II. c. 40. *ex pari* appellavit, atque exemplo etiam illustravit. *Ex pari sic: est ejusdem et eripere contra remp. et largiri pecunias.* Hunc autem a re pari locum in Topicis quoque, ut hic, cum locis ex majore et minore copulavit: vocavit autem eum illic,

(II. 4.) ἐκ τοῦ ὁμοίως ὑπάρχειν, ἢ δοκεῖν ὑπάρχειν· ac trifariam tractari inquit: iisdem scilicet modis, qui cum extremis tribus superioris ex majore minoreque iidem sunt, respondent enim illis: nam primo modo ex majore, auxilio cujus unum uni adesse probatur: quia auctionem ipsius auctio ejus, quod dicitur de illo, consequitur, non est modus, qui respondeat in loco ex pari. Cujus rei causam accurate attulit Aphrodisiensis. VICTOR.

23, 5. καὶ σὸς μὲν.] Incerti poëtæ versus sunt, qui duorum patrum parem miseriam (ambo enim filiis suis orbati erant) exponunt. Œnei vero secundo versu expressum nomen totius carminis sententiam aperit, ut jam dubitari nequeat, quin hujus filius, Meleager, illustris ex mythico ævo vir, intelligatur versu extremo. Œnei autem uxor erat Althea, filia Thestii, qui Toxeum et Plexippum filios, Meleagri scelere, amisit. Hos ergo, Thestium et filios, primo versu denotari par est: ut sententia sit; Tuusne ergo, O Althea, miserandus pater sit, Œneus non sit? Par infortunium parem misericordiam meretur. Fabulam ipsam vide apud Diodor. Sic. IV. 34. Ovid. Metam. VIII. e quo huc pertinent isti versus 42. 43. *An felix Œneus nato victore fruetur, Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.* SCHRADER.

23, 5. Ἀπολέσας Κλεινότατον γόνον] Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἀπολέσας Κλεινὸν γόνον. BUHLE.

23, 5. Ἀπολέσας Κλεινότατον γόνον.] Edd. Ald. Bas. κληνότατον. Cod. Victorii, κλεινὸν ἀπολέσας γόνον. Senarios hos versus esse, ex primo jambo constat. Κλεινότατον huic metro neutiquam quadrat, neque Morellii lectione, ἀπολέσας Κλεινὸν γόνον metrum restituitur, nisi quis ἀπολέσας, ut scholion, plane deleat, et κλεινὸν γόνον in secundo jambo collocet. Ceterum eo, quod Œnei filius, Meleager, clarior majorque est filiis Thestii, Toxeo et Plexippo, vis exempli non continetur: sed eo, quod utrobique filii perierunt. Locus enim est τοῦ μήτε μᾶλλον, μήτε ἧττον, ubi par pari respondet, ut, si alterum sit, alterum esse oporteat. VATER.

23, 5. Εἰ μηδὲ Θησεὺς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. εἰ μὴ Θησεύς. BUHLE.

23, 5. εἰ μηδὲ Θησεύς.] Theseus ante Alexandrum, id est Paridem, Helenam abduxit, ut ex Isocratis encomio Helenæ, et Plutarcho in Thesei vita constat. Castor et Pollux, Tyndarei filii, Helenæ fratres, duas Leucippi filias rapuerunt. Hector Patroclum hostem necavit. Hæc exempla Paridem, quod Helenam rapuit, et Achillem dolo sustulit, excusant, e loco parium. Theseum, Castorem, Pollucem, Hectorem ob raptum et cædem nemo damnat: ergo, nec Paridem. De paribus enim factis paria judicia ferri par est. Qui unum e

paribus damnat, damnabit omnes; qui unum absolvit, omnes pariter absolverit. SCHRADER.

23, 5. Καὶ εἰ μὴ οὐ Τυνδ.—Ἀχιλλέα Ἀλέξανδρος.] Desunt hæc in edd. Ald. Bas. VATER.

23, 5. Ὅτι ἡττῶνται πολλάκις] Sic legunt margo ed. Venet. vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, et edd. Spir. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. et Londin. Recte. Cod. Victor. habet ἡττακοῦνται, quod etiam in textum recepit ed. Riccoboni. Forma hæc verbi inusitata est. Ald. et Bas.: ὅτι θανοῦνται. Ven. Cam. Majorag. Victor. Schrad. Lips. ὅτι ἀποθανοῦνται, sensu inepto. BUHLE.

23, 5. Ὅτι ἀποθανοῦνται πολλάκις.] Ita ed. Veneta. Ed. Ald. θανοῦνται. Codex antiquiss. θανατοῦνται. Alius scriptus ἡττακοῦνται. Ex prisco Intpr. Morellius recepit ἡττῶνται, sensu favente et jure suo, quod ex discrepantia codd. perspicitur locum corruptum esse. VATER.

23, 5. Τῆς ὑμετέρας δόξης—καὶ ὑμᾶς] Ald. Bas. Spir. et Ricc. τῆς ἡμετέρας δόξης—καὶ ἡμᾶς. BUHLE.

23, 6. ἐκ τοῦ τὸν χρόνον.] Ducitur quoque aliter argumentum *a tempore*, valetque multum ad refellendum: cum tempus scilicet illi crimini repugnat, manifestoque declarat id falsum esse. Ut Isocrates dilui posse ostendit quæ objiciebantur Busiridi: vituperatores enim illius, et qui hospites immolare ipsum solitum insimulabant, aiebant ab Hercule interfectum, cum constaret, Busiridem, ut ipse diligenter ostendit, multis seculis Herculem ætate antecessisse. VICTOR.

23, 6. Ἄλλος ἐκ τοῦ τὸν χρόνον σκοπεῖν] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. ἄλλος εἰς τὸν χρόνον σκοπεῖν, omisso etiam sequenti οἷον. Conf. Topic. II, 4. BUHLE.

23, 6. Ἄλλος ἐκ τοῦ τὸν χρόνον σκοπεῖν· οἷον ὡς.] Hoc restitutum est a Victorio ex Codice antiquiss. et prisco Intpr. Edd. vett. ἄλλος εἰς τὸν χρόνον σκοπεῖν· ὡς. Dionysius Halicarn., qui (l. I. p. 123.) totam paragraphum, ἄλλος—μὴ διήσουσιν exscripsit, habet, ἄλλος εἰς τὸν χρόνον σκοπεῖ· οἷον ὡς. Præterea in verbis, ἆρ' οὐ δώσετε, omittit ἆρ'; pro enuntiato, καὶ πάλιν πρὸς τὸ Θηβαίους Φίλιππον διιέναι, quod et ipsum Schol. Gr. sine dubio ante oculos habuit, Dionys. legit, καὶ πάλιν διὰ Θηβαίων διιέναι Φίλιππον; in lectione εἰς τὴν Ἀττικὴν cum Cod. Victorii consentit, ubi in edd. vett. est πρὸς, Schol. Gr. utraque præpositione utitur. In verbis, βοηθῆσαι εἰς Φωκεῖς, Dionysius εἰς non agnoscit, et pro καὶ ἐπίστευσε, μὴ διήσουσιν, quod itidem Schol. Gr. expressit, posuit, καὶ διέσπευσεν, μὴ δώσουσιν. VATER.

23, 6. Ὡς Ἱφικράτης ἐν τῇ πρὸς Ἀρμόδιον] Petitum est hoc

exemplum ex *Iphicratis* oratione inscripta περὶ τῆς Ἰφικράτους εἰκόνος πρὸς Ἁρμόδιον, quæ hodie deperdita est. Non recte eam a Plutarcho et aliis *Lysiæ* tributam esse, hoc ipso Aristotelis loco firmavit Victorius Comment. p. 478. Plura de Iphicrate monuerunt Muretus Var. Lectt. VIII, 22; Taylor ad Lysiæ fragmenta p. 637, et Ruhnkenius Hist. crit. Orat. Gr. Orat. Reiskii Vol. VIII, p. 139. BUHLE.

23, 6. ὅτι εἰ πρὶν.] Vocari a recentioribus dicendi magistris πλαστὸν ἐπιχείρημα, certum est: cum scil. orator fingit ac comminiscitur aliquid, quod factum sane non sit, sine incommodo tamen ullo fieri potuerit. Hermogenes in III. de Invent. id docet, et, excepta persona, hoc ipso exemplo utitur. VICTOR.

23, 6. Ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω] Sic ex Codice antiquissimo correxit Victorius. Edd. Ald. Ven. Basileens. Cam. Spir. Ricc. Majorag. ἠξίου τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσῃ. Expressit hanc quoque lectionem Georgius Trapezuntius. BUHLE.

23, 6. Πρὸς τὸ Θηβαίους] Ita recte legitur in eodem Victorii Codice. Ven. Cam. Spir. Majorag. πρὸς τοὺς Θηβαίους. Adjuverat Philippus, Macedoniæ rex, Thebanos in bello contra Phocenses. Idem cum haud multo post ab illis peteret, ut sinerent se cum exercitu per agrum Thebanum iter facere, et bellum Atheniensibus inferre, nonnulli fortasse rebus Philippi studentes censuerunt, posse id facile permitti, jusseruntque Thebanos recordari tempus illud, quo Philippi auxilio egerent, et cogitare, si tunc rex id poposcisset, an recusaturi fuerint. Nihilominus Demosthenes Thebanis persuasit, ut cum reliquis Græciæ civitatibus contra Philippum conspirarent. Vid. Victorii Comment. p. 479. BUHLE.

23, 6. Διϊέναι εἰς τὴν Ἀττικὴν] Ald. Ven. Bas. Ricc. Spir. πρὸς τὴν Ἀττικήν. Cam. ἐνιέναι πρὸς τὴν Ἀττικήν. Minus apte. BUHLE.

23, 6. Ἄτοπον.] Res est absurda, si, quia hoc facere neglexit, fideique ipsorum se commisit, transmittere illum cum suis copiis per agrum suum non sinent. Προεῖτο autem effuse ac large se in hoc gessit, et quod facile impetrasset, si contendisset, abjecit: id enim hoc verbum valet. Διϊέναι vero *transitum dare* significat, potestatemque alicui facere, ut per fines suos cum exercitu iter faciat: quod etiam verbum eodem intellectu Demosthenes usurpavit pro Ctesiph. p. 276. Οὔτε εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθεῖν δυνατὸς, μήτε Θετταλῶν ἀκολουθούντων, μήτε Θηβαίων διιέντων. VICTOR.

23, 6. Μὴ διήσουσιν] Camot. e margine Ven. recepit οὐ διδοῦσιν. Majorag. οὐ διήσουσιν. BUHLE.

23, 7. ἐκ τῶν εἰρημένων.] Cum argumentum ducitur ex iis, quæ ex moribus vitaque ipsorum dicta sunt, admodumque

ipsis congruunt, adversus illum ipsum, qui dixit: eminet autem, inquit, hic inter alios, ac vim maximam semper habere existimatus est. VICTOR.

23, 7. Ἐν τῷ Τεύκρῳ] Fabulæ verba huc pertinentia aut exciderunt, aut quia tum nota erant, ab Aristotele omissa sunt. Dictum Iphicratis desumtum est ex ejus oratione περὶ προδοσίας adversus Aristophontem. Quinctilian. Institt. Orat. V, 12, 10: *Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia rempublicam proditurus esset? isque id negasset; Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci?* Confer Valckenærii Diatrib. in Euripidis fragm. cap. XX, p. 211. BUHLE. Adde Spalding. ad locum Quintiliani.

23, 7. Ὡι ἐχρήσατο Ἰφικράτης.] Deest ᾧ in edd. vett. et prisco Intpr. A Victorio, e codice antiquiss. recte adjectum est. Poscit id sententia loci. Facile intelligitur, ᾧ ad τρόπον referendum esse, non ad Τεύκρῳ, post quam vocem colo interpungendum est. — Pro Ἀριστοφῶντα Schol. Gr. videtur Ἀντιφῶντα legisse. — Pro εἰ δὲ μὴ, edd. Ald. Bas. Cam. εἰ δ' οὐ. Eædem ἂν omittunt in τὶς ἂν εἴπειεν. VATER.

23, 7. Ὡι ἐχρήσατο] Abest ᾧ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Eædem edd. in seq. πρὸς τὸν Ἀριστοφῶντα. Post εἶτα omittunt εἶτε, et pro οὐ προδοίης habent οὐκ ἂν προδοίης· id quidem melius forsitan. Nostram lectionem exhibuit Victorius Codd. auctoritate. BUHLE.

23, 7. Ἀδικῆσαι ἐκεῖνον] Eædem edd. ἀδικήσειν ἐκεῖνον. BUHLE.

23, 7. Εἴπειεν] Restitui Atticismum. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. Victor. Schrader. Lips. εἴποιεν. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. εἴποι. In sequentibus πρὸς ἀπιστίαν τοῦ κατηγόρου plures edd. articulum τοῦ omittunt. BUHLE.

23, 7. Ἀλλὰ πρὸς ἀπιστίαν—τοῦ φεύγοντος] Muretus omittit, et certe his deletis oratio melius cohæret. Verba ἀλλὰ—κατηγόρου ne constructione quidem satis conjuncta sunt cum antecedentibus. Schol. Gr. hæc habet. VATER.

23, 7. βούλεται.] Βούλεται hic *debet* significat. Sic Theophrastus De Stirp. VIII. c. 1. Ταῦτα γὰρ διὰ τὴν ἀσθένειαν προλαβεῖν τῇ ῥιζώσει βούλεται τοὺς χειμῶνας. Sæpe ita locutus est Aristoteles: ut Ethic. V. ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον. VICTOR.

23, 7. Τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν ἀεί. Καθόλου δ' ὁ τόπος οὗτός ἐστιν, ὅταν τις ἐπιτιμᾷ ἄλλοις, ἃ αὐτὸς ποιεῖ, ἢ ποιήσειεν ἄν· ἢ προτρέπει ποιεῖν, ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ, μήδε ποιήσειεν ἄν] Ald. Ven. Bas. Cam. τοῦτο οὖν ἐξελέγχειν καθόλου, ὁ τόπος οὗτός ἐστιν—ἃ αὐτὸς μὴ ποιῇ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν· ἢ προτρέπει ποιεῖν, ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν. Spir. τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν δεῖ. Καθόλου δ' ὁ τόπος —ἃ αὐτὸς ἢ μὴ ποιεῖ. Ricc. τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν (omisso δεῖ vel

ἀεὶ,) ἃ αὐτὸς ποιῇ, ἢ ποιήσειεν ἂν—ἃ αὐτὸς μὴ ποιῇ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν. Victoriana lectio, quam edd. ceteræ omnes habent, cum nostra conspirat, præterquam quod Codicem antiquissimum et veterem interpretem Latinum secutus Victorius maluit καθόλου δ' ἄτοπος οὗτός ἐστιν, in qua emendatione equidem magno viro non assentior. Jejunum enim fit assertum Aristotelis, si eam tuearis. Multo melius autem illud ad antecedentia quadrat, ἄτοπος in ὁ τόπος mutato. Pristina lectio maxime in primis totius loci verbis mala interpunctione laborabat; hinc Victorio difficultas nata. BUHLE *.

23, 7. Καθόλου δ' ἄτοπος] Ita dedit Victorius ex codice antiquiss. Magis tamen placeat lectio edd. vett. καθόλου δ' ὁ τόπος, a Buhlio recepta. Nam aptior est, et teste Morellio in prisco Intpr. invenitur. In eodem Intpr. ut in edd. vett. perperam legitur, ἐπιτιμᾷ ἄλλοις, ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν. VATER.

23, 8. ἐξ ὁρισμοῦ.] Locum ex definitione illustrat quatuor exemplis. Primum est Socratis, qui e dæmonii definitione demonstrat se Deos non negare, quod luculenter exposuit Plato in Apolog. Socratis p. 21. Francof. Secundum est Iphicratis, qui cum Harmodius ille, paullo ante memoratus, generis obscuritatem objiceret, definitione *generosi* et *propinqui*, fastum adversarii repressit, et decus suum defendit. Tertium, ex incerti auctoris oratione de Paride excerptum. Sententia illius videtur hæc esse: Paridem intemperantem habendum non esse, una quippe Helena contentum. Argumentum e definitione temperantis petitum. Quartum exemplum quiddam e Socratis ore auditum refert. Is enim, cum ab Archelao Macedonum rege Athenis evocaretur, noluit proficisci, et factum suum definitione contumeliæ excusavit. Se nimirum regiis beneficiis propter tenuitatem paria reddere non posse: hoc autem ignominiosum esse. Satius itaque fore, si domi se contineat. SCHRADER.

23, 8. Οἷον, ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον] Cod. Victor. οἷον, τί τὸ δαιμόνιον ἔστιν, ἆρα θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον; Aristot. Topic. II, 2. BUHLE.

23, 8. Καὶ ὡς Ἰφικράτης] Morel. Sylburg. Casaub. Duvall. Londin. ὡς ὁ Ἰφικράτης cum articulo. BUHLE.

23, 8. Τοῖς Ἁρμοδίου] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. τῶν Ἁρμοδίου. Minus usitate. BUHLE.

23, 8. Καὶ Ἀριστογείτονος.] Ed. Ald. κατὰ Ἀριστογείτονος. Ed. Cam. καὶ τῶν Ἀριστογείτονος. Aliquanto post pro lectione edd. vett. λαβόντες πρῶτον, restitutum est, λαβόντες τὸ, in quo libri scripti consentiunt. VATER.

* Verba οἷον ἐν τῷ Τιμαίῳ—εἶπεν puto esse διὰ μέσου. His certe seclusis belle procedunt omnia. Sententiæ nexus hic est; *Excellit autem hic modus*, (vel *locus*) *sed ad fidem accusatori detrahendam.*

23, 8. Ὁμολογήσειαν] Ibidem: ὁμολογήσαιμεν. In sequentibus ante ἀπόλαυσιν Ald. et Bas. insertum habent πρός. BUHLE.

23, 8. Βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. βαδίζειν εἰς Ἀρχέλαον. Restituit Atticismum e Codd. Victorius. BUHLE.

23, 8. Ἀμύνασθαι] Ven. Cam. et Majorag. ἀμύνεσθαι. Ed. Isingr. ἀμείβεσθαι. Idem videtur ante oculos habuisse Georg. Trapezuntius; nam vertit: *si beneficio affectus non possis* referre. BUHLE.

23, 8. Ὥσπερ καὶ κακῶς] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. BUHLE.

23, 8. Λαβόντες τὸ τί ἐστι] Ex emendatione Victorii. Eædem edd. λαβόντες πρῶτον τί ἐστι. BUHLE.

23, 8. τὸ τί ἐστι.] b. e. *Definitionem*, quod, quidnam res illa sit, evolvat. VICTOR.

23, 9. ποσαχῶς.] Tractatur hic locus Topic. II. c. 3. ubi cum exemplum hic allatum *de eo quod recte* factum dicitur, non legatur, Muretus verba illa περὶ τοῦ ὀρθῶς pro glossemate habuit, et vertere omisit. Assentior autem P. Victorio cujus in comment. ad h. l. verba sunt ista: "Non intelligit nunc "octo libros, quos inscripsit τοπικὰ, neque enim in illis quot "modis capiatur, cum aliquid recte factum dicitur, docuit: "videtur potius ita appellare disciplinam topicam, in qua "hujusmodi ratio esset usitata. Infra quoque qui diligenter "attendent, videbunt eodem pacto ipsum locutum, et, in Dia-"lecticis, in Topicis, dixisse, cum facultates ipsas significaret: "ea enim illic protulit, quæ neque in suis Topicis, neque in "Elenchorum Sophisticorum libro inveniuntur. Ut cum "etiam quandoque inquit ἐν ῥητορικοῖς, intellexit in oratoria "facultate, in studio quod oratores exercent." Cæterum vocabuli ὀρθῶς non est una significatio: rectum enim cum de figuris dicitur, obliquo; cum de moribus, iniquo opponitur, et ne hoc quidem uno modo. Etenim recte fieri dicitur quod cum commodo nostro fit. Quomodo qui rem familiarem, qui valetudinem, qui censum suum curat, recte facere dicitur. Sed et illud recte factum appellatur, quod cum laude et honestate est conjunctum, ut, pro patria vitam fundere, bonum publicum anteponere privato, cohibere affectus suos. Item quod juste fit, recte fieri dicimus: etenim reddere depositum, persolvere æs alienum, rectum est. Denique et quod arte fit recte fieri dicimus, quomodo Tullium recte dicere, Vitruvium recte ædificare, Apellem recte pingere, perhibebimus. Non uno ergo modo quippiam recte fieri dicetur, nec, cur verba ista περὶ τοῦ ὀρθῶς hic expungeret Muretus, satis caussæ erat. SCHRADER.

23, 9. Περὶ τοῦ ὀρθῶς.] Muretus non expressit hæc, at Schol.

Gr. habet.—Βλάσφημον ὄντα ex Cod. Victorii et prisco Intpr. repositum est, edd. vett. βλασφημοῦντα. VATER.

23, 9. Ἐν τοῖς τοπικοῖς] *Disciplina topica* intelligenda est. Conf. tamen Topic. II, 3. Verba sequentia περὶ τοῦ ὀρθῶς Muretus pro glossemate habuit, et textu expunxit. Verum vide Schraderi Comment. p. 419. BUHLE.

23, 10. ἐκ διαιρέσεως.] *Partitionem* Cicero appellavit de Orat. II. c. 39. Exemplum etiam attulit, quod ab eo, quo usus est hic Aristoteles, quamvis plene ipsum non expressit, non discrepat. *PARTITIONE hoc modo: aut senatui parendum de salute reip. fuit, aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum. Aliud consilium, superbum: suum, arrogans. Utendum igitur fuit consilio senatus.* VICTOR.

23, 10. Aristot. Anal. Prior. I, 31. Topic. II, 2; III, 6. Rhet. I, 10. BUHLE.

23, 11. Ἐξ ἐπαγωγῆς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. BUHLE.

23, 11. Πεπαρηθίας.] Homer. Od. A. 215. Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε Οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πώ τις ἐὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. Ubi Eustathius: Δοκεῖ δὲ καὶ τῷ Ἀριστοτέλει τὰ εἰρημένα ὀρθῶς ἔχειν· ὅς φησιν ὡς ἄριστα περὶ τῶν τέκνων κρίνουσιν αἱ γυναῖκες· διό φησι Πεπαρηθία τις γυνὴ μαρτυρήσασα οἰκεῖον τινὰ εἶναι παῖδα, ἔλυσε τὴν περὶ ἐκείνου ἀμφιβολίαν. Vide Taylori *Elements of Civil Law*, p. 252.

23, 11. Ἐκ τῆς Πεπαρηθίας] *Peparethus* una est ex insulis Cycladibus, in qua oppidum erat haud ignobile ejusdem nominis. Diruit hoc postea Philippus, Macedonum rex, Persei pater, ne classi Romanorum prædæ aut præmio esset, ut utar verbis Livii Hist. XXXI, 28. *Peparethia* haud dubie orationis nomen est pro urbe Peparetho habitæ. BUHLE.

23, 11. Θεσσαλίσκον] Isingr. Θετταλοῦ υἱόν. Vitiose. BUHLE.

23, 11. Εἰ τοῖς κακῶς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὅτι τοῖς κακῶς. Nostrum tuentur Cod. Victorii et vetus versio Latina. BUHLE.

23, 11. Τοῖς ἀνατρέψασι] Recepit jam Victorius e Cod. antiquissimo. Agnoscunt idem edd. Victorianam secutæ. Reliquæ habent τοῖς ἀναστρέψασι. BUHLE.

23, 11. Τοῖς ἀνατρέψασι, quod ex eodem Cod. Victorius emendaverat, etiam in Schol. Gr. invenitur. Edd. vett. ἀναστρέψασι. VATER.

23, 11. Οὐ χρηστέον ἐστὶν] Abest ἐστὶν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

23, 11. Τοὺς σοφοὺς τιμῶσι· Πάριοι γοῦν] Eædem edd. præter Riccobonianam post τιμῶσι insertum habent περὶ ὁτουοῦν. Jure suo expunxit hæc Victorius, quoniam absunt ab antiquissimo Codice, nec sensum satis commodum præbent. Acute idem suspicatur, scripturæ varietatem hanc ortam esse ex librarii

lapsu, qui in exscribendo olim loco peccaverit, et cum Πάριοι γοῦν scribere eum oporteret, περὶ ὁτουοῦν exscripserit. Quod si tamen additamentum, nam habet illud et vetus interpres Latinus, tueri malis, legendum saltem est: περὶ ὁτιοῦν. BUHLE.

23, 11. Βλάσφημον ὄντα] Ex emendatione Victorii. Eædem edd. et Ricc. βλασφημήσαντα. BUHLE.

23, 11. Δωδωνὶς.] Sub lectione Cod. A. δαδμονὶς aliud quiddam videtur latere, quod quale sit, non statuo.

23, 11. Ἰταλιῶται.] Haud temere Ἰταλιῶται non Ἰταλοὶ inquit: neque enim germani Itali, priscique hujus nostræ terræ habitatores, Pythagoram Samium honorarunt, a quo præcepta vivendi, institutaque ob linguæ diversitatem accipere non potuerunt, sed Græci populi, qui postea huc advenerant, et ipsius non parvam partem occuparant, quæ ab ipsis magna Græcia vocitata est: hos enim a regionis quoque vocabulo, sedibusque, quas tenebant, Ἰταλιώτας appellabant, distincto aliquantum nomine a primis ipsius propriisque incolis, qui Ἰταλοὶ vocabantur. Idem etiam servari solitum in Siciliæ habitatoribus boni auctores tradunt: antiquos enim verosque ejus insulæ cultores, qui illuc cum conditore ejus gentis venerunt, ab eoque nomen acceperunt, Σικελοὺς, novos vero adventiciosque, qui eo jam nomine ipsis imposito accesserunt, eadem ratione Σικελιώτας nominabant. Metaponti autem ætatem degit, magna cum admiratione vicinarum civitatum, opinioneque sanctitatis, Pythagoras. VICTOR.

23, 11. Καὶ Ἀθηναῖοι.] Aptius scribetur, καὶ Ἀθηναῖοι. Nam novum hoc est exemplum inductionis de felicitate civitatum. VATER.

23, 11. φιλόσοφοι.] Epaminondam et Pelopidam intelligit, una cum quibus et extitisse, et floruisse, et obiisse virtutem Thebanorum ac gloriam ostendit Polybius Megalopolitanus in accurata illa disputatione, quæ inscribitur Περὶ δυναστειῶν, καὶ οἷα καλλίστη. VICTOR.

23, 11. Φιλόσοφοι ἐγένοντο] Itidem correxit Victorius, fretus auctoritate Codicis antiquissimi, et veteris interpretis Latini. Eædem edd. φιλόσοφοι ἐλέγοντο. Georgius Trapezuntius: *Thebis quoque qui præfuerunt, philosophi* erant. BUHLE.

23, 12. Ἢ οἱ πλεῖστοι.] Ed. Cam. ἢ οἱ πλείους. VATER.

23, 12. Ἀλλ' οἵγε πλεῖστοι] Eædem edd. ἀλλ' ἢ οἱ πλεῖστοι. BUHLE.

23, 12. Ἀποδέχονται οἱ κρίνοντες] Ibidem non legitur οἱ κρίνοντες. Addidit Victorius e Codice et vetere versione Latina; nescio an satis recte, cum hæc verba facile subintelligenda interpolationis suspicionem moveant. BUHLE.

23, 12. Ἐναντίον κρίνειν] Eædem edd. cum articulo: τὸ ἐναντίον κρίνειν. BUHLE.

23, 12. Ἡ διδασκάλοις] Ibidem singulariter: ἢ διδασκάλῳ. BUHLE.

23, 12. Ὥσπερ τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς] *Autocles*, Strombichidæ, a triginta tyrannis interfecti, filius ab Atheniensibus legatus de pace Lacedæmonem missus fuit. Dicitur Xenophonti *orator sollertissimus*, Hellen. VI, p. 591, B. Cf. Ruhnkenius Hist. crit. Orat. Gr. p. 139. l. l. Mixidemides cum causam in Areopago dicere nollet, Autocles accusator ferri hoc non posse dixit, si Eumenides Deæ sibi honestum putassent, causam suam in eo judicio tractari, Mixidemides vero non honestum id sibi duceret. Eumenides in Areopago Orestem matricidam accusasse, ex Æschyli *Eumenidibus* constat. BUHLE.

23, 12. Ταῖς μὲν σεμναῖς θεαῖς καλῶς εἶχεν] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱκανῶς εἶχεν. Abest μὲν quoque ab ed. Ricc. Reposuit μὲν, ut et καλῶς pro ἱκανῶς, Victorius e Cod. et vetere versione Latina. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam expressit. At nostram habet quoque margo ed. Venetæ. BUHLE.

23, 12. Ταῖς μὲν σεμναῖς θεαῖς] Victorius μὲν posuit, quod antea non legebatur; sed codd. testimonium non affert, quo eum usum Buhlius inducit. VATER.

23, 12. Μιξιδημίδῃ δ' οὔ] Eædem edd. Μιξιδημίδῃ δ' οὔπω. Minus bene. BUHLE.

23, 12. Μιξιδημίδῃ δ' οὐ] Edd. vett. οὔπω. Illud est ex Cod. Victorii et prisco Intpr. Ex iisdem ductum est, εἴπερ Θησεύς, pro quo edd. vett. εἰ Θησεύς. VATER.

23, 12. Σαπφώ.] Vide Gregor. Corinth. l. c. p. 896.

23, 12. Ἀρίστιππος.] Aristippus, cum Platonis contumaciam accusare vellet, qui in sermone disputationeve quippiam asseverantius protulerat, ad auctoritatem magistri confugit, eumque longe aliter se gerere solitum declaravit, nec loquendi rationem illam umquam probasse; cum contra, se nihil scire profiteretur, nihilque affirmaret: Socratem namque intellexit, quamvis sodalem dixerit: omnis enim familia, quæ easdem sententias in philosophia sequeretur, hoc nomine vocabatur. Nam Aristotelis veteres interpretes, Theophrastum, Eudemum Cypium, reliquosque passim, ἑταίρους ipsius appellant. Valet autem ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα, qui Plato, ut Aristippus arbitrabatur, nescio quid asseverantius, contumaciusque dixerat. In hoc ipso libro infra καὶ ἐντεῦθεν δὲ δικαίως πάντες ἐδυσχέραινον οἱ ἄνθρωποι τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα, quod præ se ferebat Protagoras, ac præstare se posse aiebat, et tamquam arrogantem illam vocem: nam quæ sequuntur verba modestiam Platonis defendunt, et pæne declarant sine causa Aristippum arrogantiæ eum insimulasse: addit enim ὡς ὤετο, ut opinio illius erat. VICTOR.

23, 12. Ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα] Non agnoscunt τι εἰπόντα edd. Ald. et Bas. BUHLE.

23, 12. Ἡγήσιππος,] Muretus, Xenophontem secutus Hellen. IV. 7. 2. Ἀγησίπολις rescribi jubet. Xenophontis verba sunt, Ὁ δὲ Ἀγησίπολις, ἐπεὶ ἔγνω, ὅτι εἴη αὐτῷ ἡγητέον τῆς φρουρᾶς, καὶ τὰ διαβατήρια θυομένῳ ἐγένετο, ἐλθὼν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν χρηστηριαζόμενος, ἐπηρώτα τὸν θεὸν, εἰ ὁσίως ἂν ἔχοι αὐτῷ, μὴ δεχομένῳ τὰς σπονδὰς τῶν Ἀργείων· ὅτι, οὐχ ὁπότε καθήκοι ὁ χρόνος, ἀλλ' ὁπότε ἐμβάλλειν μέλλοιεν Λακεδαιμόνιοι, τότε ὑπέφερον τοὺς μῆνας. Ὁ δὲ θεὸς ἐπεσήμαινεν αὐτῷ, ὅσιον εἶναι μὴ δεχομένῳ σπονδὰς, ἀδίκως ὑποφερομένας. Ἐκεῖθεν δ' εὐθὺς πορευθεὶς εἰς Δελφοὺς, ἐπήρετο αὖ τὸν Ἀπόλλω, εἰ κἀκείνῳ δοκοίη περὶ τῶν σπονδῶν, καθάπερ τῷ πατρί. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, καὶ μάλα κατὰ ταὐτά. Idem dictum Agesilao tribuitur in Plutarchi Apophthegm. p. 191. B. sed falso, uti docet Wyttenbachius.

23, 12. Εἴπερ Θησεὺς] Ex emendatione Victorii. Edd. Victorianâ priores: εἰ Θησεύς. Conf. supra I, 6. BUHLE.

23, 12. Ὃν αἱ θεαὶ] Ita, licet invitis omnibus Codd. MStis, vetere interprete Latino, Georgio Trapezuntio, et edd. Ald. Ven. Bas. Cam. et Ricc. recte tamen emendavit Victorius. Legebatur olim: ὃν οἱ θεοί. BUHLE.

23, 12. Καὶ περὶ Εὐαγόρου] Innuitur Isocratis oratio, qua summus hic rhetor Evagoram, Salaminis in Cypro regem, patrem Nicoclis, ornavit. BUHLE.

23, 13. Ἐκ τῶν μερῶν] *Ex enumeratione partium.* Ποῖα κίνησις. Argumentum excogitatum contra illos, qui *animum* aiebant esse *motionem:* partibus enim omnibus enumeratis, quæ motum constituunt, declaratoque nullam earum animum esse, planum fit, animum motum non esse. Ipse in Topicis: εἰ γὰρ κίνησις, ἢ ἀλλοίωσις, ἢ φορὰ, ἢ αὔξησις, ἢ γένεσις· ἀλλὰ μὴν οὐδὲν τούτων· οὐ τοίνυν κίνησις. VICTOR.

23, 13. Ποῖα κίνησις ἡ ψυχὴ] Ald. Bas. et Frob. ποῖα κινεῖ ἡ ψυχή. Sic etiam Georgius Trapezuntius: *quæ movet anima.* Isingr. ποῖα κίνησις τῆς ψυχῆς. Conf. Topic. II, 4. De Anima I, 3. BUHLE.

23, 13. Σωκράτους.] *Socratem* appellat orationem pro Socrate scriptam, seu declamationem aliquam de illo habitam. Ita enim fere veteres hujuscemodi libros vocare consueverant, ut Isocrates Euagoram. Ἀσεβεῖν εἰς ἱερὸν dixit, ut Æschines c. Ctesiph. p. 499. Οἱ εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς καὶ τὰ ἀναθήματα ἡσέβουν, et paullo ante, Demosthenem intelligens, ἀσεβήσας μὲν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς. VICTOR.

23, 13. Θεοδέκτου.] Vide Ruhnken. Hist. Crit. Or. Gr. p. 159.

23, 14. Topic. II, 8. In Codice quodam Victorii hic locus inscriptus est: ὁ ἀπὸ τῶν ἑπομένων τινὶ ἀγαθῶν ἢ κακῶν. BUHLE.

23, 14. Ἔπεσθαί τι αὐτοῖς] Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Spir. Major. ἕπεσθαί τε αὐτῷ. BUHLE.

23, 14. Ὁ τόπος οὗτός ἐστιν] Ita dedit Victorius e Cod. et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Spir. Ricc. οὗτος ὁ λόγος ἐστίν. Isingr. et Major. οὗτος ὁ τόπος ἐστίν. BUHLE.

23, 14. ὡς εἴρηται.] Callippi rhetoris supra nusquam fecit mentionem, at locum a possibili communesque alios exposuit c. 19. hujus libri. Aut ergo istud c. 19. hic intelligit, aut volumen aliud, in quo copiosius Callippi artem exposuerat. SCHRADER.

23, 14. Καὶ τἄλλα] Respexit Stagirita ad *locos communes* expositos supra cap. 19. Sensus est: *Callippus totam Rhetoricam suam loco de consequentibus, de possibili, aliisque communibus supra declaratis superstruxit.* In sequentibus προσλαβοῦσα καὶ τὸ δ. abest καὶ a nonnullis edd. BUHLE.

23, 15. Topic. II, 8. BUHLE.

23, 15. Ἢ προτρέπειν] Respuunt ἢ Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. quare uncinos applicavi. BUHLE.

23, 15. Ἄλλος.] Alius locus, et ipse *a consequentibus* sumptus, in hocque similis superiori: alia vero in re dissimilis, ut ostendet, cum de duobus, inter seque oppositis, aut suadere alterum illorum, aut dissuadere oporteat, modoque antea tradito in ambobus uti. VICTOR.

23, 15. Πρότερον εἰρημένῳ τόπῳ] Sic legunt Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. Reliquæ edd. pro τόπῳ habent τρόπῳ. Minus apte. BUHLE.

23, 15. Ἔφη] Edd. Victorianâ priores: ἔφησε. Eædem totam hanc periodum transposito verborum ordine sic legunt: ἐὰν μὲν γὰρ, ἔφησε, τὰ ἄδικα λέγῃς, οἱ ἄνθρωποί σε φιλήσουσιν, ἐὰν δὲ τὰ δίκαια, οἱ θεοί. Georgius Trapezuntius vertit: *Nam si injusta suades, inquit, Dii; si vero justa, homines te odio habebunt.* Cum sensus fere eodem redeat, utrum verborum ordinem malis, secutus sum Victorium, cujus vide Comment, p. 492. BUHLE.

23, 15. Δεῖ μὲν οὖν δημηγορεῖν.] Teste Morellio priscus Intpr. μὲν non habet. Enuntiatum, quod sequitur, ἐὰν μὲν γὰρ τὰ δίκαια λέγῃς, (non illud antecedens, quod simile est, ut Buhlius notat,) transpositis verbis in edd. vett. ita legitur: τὰ ἄδικα λέγῃς, οἱ ἄνθρωποί σε φιλήσουσιν· ἐὰν δὲ τὰ δίκαια, οἱ θεοί. Verum verborum ordinem Victorius ex codice antiquiss. et prisco Intpr. restituit. VATER.

23, 15. Δεῖ μὲν οὖν.] Subintellige, εἴποι τις ἄν.

23, 15. Ἐὰν μὲν γὰρ δίκαια.] Tiresias quoque apud Euripidem Phœn. eodem pacto argumentatus est, v. 968. Ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ, Μάταιος· ἢν μὲν ἐχθρὰ σημήνας τύχῃ, Πικρὸς

καθέστηχ', οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ· Ψευδῆ δ' ὑπ' οἴκτου τοῖσι χρωμένοις λέγων, Ἀδικεῖ τὰ τῶν θεῶν. VICTOR.

23, 15. Τοῦτο δ' ἐστὶ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τουτὶ δ' ἐστί. Magis Attice. BUHLE.

23, 15. ἕλος καὶ τοὺς ἅλας.] G. Vossius Instit. Orat. IV. 11. 6. probante Schradero: "Facillime subscripserim Antonio Majoragio, qui parœmiam hanc de iis dici putat, qui ut boni aliquid nanciscantur, necesse habent quippiam mali *simul* subire, ut qui salinas emere non possunt nisi cum stagnis, sive paludibus, adjunctis. Itaque contrarium huic fuerit illud Plautinum Cap. IV. 1. 5. *sine sacris hæreditas.*"

23, 15. Τὸ ἕλος πρίασθαι καὶ τοὺς ἅλας] Obscurus est hujus proverbii sensus, inprimis cum lectio dubia sit. Ald. Bas. Frob. τὸ ἕλκος πρίασθαι καὶ τοὺς ἅλας. Ven. Cam. Isingr. Spir. Ricc. τὸ ἔλαιον πρ. κ. τ. ἅ. Hanc lectionem expresserunt vetus interpres Latinus, interpretes Latini MSti Helmstadienses, (Schrader. Comment. p. 423,) Georgius Trapezuntius, Hermolaus Barbarus, Sturmius, Sigonius, et anonymus interpres Gallicus. Amplexus est eandem Erasmus Adag. Chil. III, Cent. VI, 25: *Oleum et salem oportet emere*, hoc sensu, ut proverbium alludat ad *desipientes*, qui ex more Græcorum oleo et sale, teste Scholiaste Aristophanis, uncti sint. Edd. Morel. Sylb. et Casaub. τὸ ἔλεος πρ. κ. τ. ἅ. Vitiose. Interpres Italus sic vertit: *Questo è tutt' uno con quel proverbio, che si dice: comprare il mel con le mosche.* Nostram lectionem recepit Victorius Codd. MStorum auctoritate. Tuentur eam quoque Scholiastes Græcus et edd. Major. Schrader. Londin. Lips. BUHLE.

23, 15. Τὸ ἕλος πρίασθαι idem dedit ex libris scriptis. Edd. vett. ἕλκος vel ἔλαιον, sed Cam. quoque ἕλος. VATER.

23, 15. Βλαίσωσις.] Græcam vocem in Latina versione retinuerunt Victorius, Sigonius, et Majoragius, tanquam proprium quoddam et tum temporis usitatum nomen hujus figuræ, aut argumentationis: vetustissimi *claudicationem* vertunt, Trapezuntius et Hermolaus *commutationem*, Riccobonus *inversionem*. Res plana est, nomen ad hunc argumentandi modum transferri desitum. Proprie βλαισοὶ dicuntur quibus genua et tibiæ conversæ sunt et intortæ: vitium ipsum βλαισότης et βλαίσωσις appellatur, ut ex Arist. et Galeno docet J. Camerarius in Comm. Gr. Lat. de partibus corporis humani p. 488. SCHRADER.

23, 16. In Codice quodam Victorii locus inscriptus est: ἐκ τῶν ἄλλως καὶ ἄλλως ἐπαινούντων, ὃ καὶ παράδοξον λέγεται. BUHLE.

23, 16. ἐπειδὴ οὐ τὰ αὐτά.] Uberius hunc locum in Elenchis pertractat: nam exempla etiam adfert, quibus explanet, ve-

rum esse, quod ponit abditas hominum voluntates discrepare a vocibus, quas semper in ore habent: ut, inquit, cum occumbere honeste potius quam jucunde vivere se malle dicant, et paupertatem ferre potius juste, quam turpiter divitias parare: tamen contraria volunt. VICTOR. Elench. 13. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν βουλήσεων, καὶ ἐκ τῶν φανερῶν δόξων· οὐ γὰρ ταὐτὰ βούλονταί τε καί φασιν, ἀλλὰ λέγουσι μὲν τοὺς εὐσχημονεστάτους τῶν λόγων, βούλονται δὲ τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν. Οἷον, τεθνάναι καλῶς μᾶλλον ἢ ζῆν ἡδέως φασὶ δεῖν· καὶ πενέσθαι δικαίως, μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν αἰσχρῶς· βούλονται δὲ τἀναντία. Τὸν μὲν οὖν λέγοντα κατὰ τὰς βουλήσεις εἰς τὰς φανερὰς δόξας ἀκτέον· τὸν δὲ κατὰ ταύτας, εἰς τὰς ἀποκεκρυμμένας· ἀμφοτέρως γὰρ ἀναγκαῖον παράδοξα λέγειν, ἢ γὰρ πρὸς τὰς φανερὰς, ἢ πρὸς τὰς ἀφανεῖς δόξας ἐροῦσιν ἐναντία.

23, 16. ἐκ τούτων π. σ. θ.] Apertas hominum sententias ex occultis, occultas ex apertis vel confirmare vel refellere. SCHRADER.

23, 16. τῶν γὰρ παραδόξων.] Cum alii quoque loci sint, quorum ope demonstrari possit quempiam sentire contra communes opiniones, hunc in primis multum valere, possetque præclare hoc præstare affirmat, quia numquam non eo uti possumus: necesseque est utro modo aliquis loquatur, dicat, quod discrepet ab opinionibus: aut enim apertis id, aut abditis repugnabit, cum contrariæ illæ inter se sint. VICTOR.

23, 16. Κυριώτατός ἐστιν.] Post hoc Muretus in versione collocat verba, ληπτέον δ', ὁπότερον ἂν ᾖ χρήσιμον, quæ postea §. 18. omisit, et quæ illic certe non satis convenire videntur: hic vero sunt aptissima. VATER.

23, 17. ἐκ τοῦ ἀνάλογον.] Proportio, Græcis *analogia*, definitur ab Aristot. Ethic. V. 3. ἰσότης λόγου, æqualitas rationis. Ratio sive λόγος definitur ab Euclide Elem. V. init. duarum quantitatum, ejusdem generis, inter se habitudo sive respectus, e. g. lineæ duorum pedum ad lineam pedum quatuor respectus, par est habitudini, quæ est inter lineam quinque pedum, et aliam pedum decem. Et simpliciter ut se habent 4 ad 8, ita 8 ad 16: utrobique enim duplum est. Et ut se habent 6 ad 9, ita 12 ad 18. Utrobique enim sesqui alterum est. Et ut se habent 3 ad 9, ita 4 ad 12: triplum enim est utrobique. Hæc isto modo inter se comparata quantitatum æqualitas, mathematicis *proportio* appellatur, unde ad substantiarum aliorumque generum parilitatem vox hæc est translata. Etenim inter os animalis et radicem plantæ, inter scutum Martis et poculum Bacchi, inter currus aurigam et navis gubernatorem, inter arma militum et preces atque lacrymas ecclesiæ analogia esse animadvertitur. Differt autem proportio a similitudine, quod similitudo sit inter duo, ut Scipionem vivum et

ejus in foro Romano statuam, inter Achillem et leonem, inter Herodem et vulpem: proportio vero inter quatuor, ut ex allatis modo exemplis est perspicuum. In similitudine ergo unum uni, in proportione bina binis comparantur. Habet autem proportio eam vim, ut quod uni parti convenit, alteri quoque ob similitudinis rationem sit tribuendum. SCHRADER.

23, 17. Ταῦτα συμβαίνειν] Addidit ταῦτα Victorius e Cod. antiq. et vetere versione Latina; nam Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. illud non habent. BUHLE.

23, 17. Ταῦτα συμβαίνειν.] Muretus, ni fallor, ταὐτὰ legi voluit, idque magis placeat. Post statim, Νεώτερον ὄντα τῆς ἡλικίας, et ἄνδρας νομίζουσι est ex cod. Victorii et prisco Intpr. Edd. vett. τῇ ἡλικίᾳ et νομιοῦσι. VATER.

23, 17. Νεώτερον ὄντα τῆς ἡλικίας] Eædem edd. τῇ ἡλικίᾳ. Nostrum dedit Victor. BUHLE.

23, 17. Ἄνδρας νομίζουσι] Ibidem: ἄνδρας νομιοῦσι. Minus apte. Conf. Victorii Comment. p. 494. BUHLE.

23, 17. Μισθοφόρους, οἷον Στράβακα.] Procul dubio Strabax hic idem est, quem narrat Demosth. Lept. §. 69. propter Iphicratem, ejusque commendatione civitate donatum esse. Conjungitur ibi Strabax cum Polystrato, qui una cum Chabria et Iphicrate conductitio exercitui in bello Corinthiaco, Ol. 96. 97. gesto, præfuit. Wolfius, Vir maximopere colendus, (ad locum Demosth. Comm. p. 303.) Strabax, inquit, videri potest Iphicratis in eodem bello adjutor fuisse. VATER.

23, 17. Διαπεπραγμένους] Ibidem: πεπραγμένους, sine διά. BUHLE.

23, 18. In Cod. quodam Victorii locus hic inscribitur: ἐκ τοῦ ἓν ἀποτέλεσμα ἐξ ἀμφοῖν δείκνυσθαι τῶν ἐναντίων, καὶ αἴτια ταὐτὰ ἑνός τινος. Turbavit in textu nostro nonnulla Muretus, sine idonea causa. BUHLE.

23, 18. ἐκ τοῦ, τὸ συμβαῖνον.] Cum ambigitur an res quædam sint diversæ, an altera vera, altera falsa, altera licita, illicita altera esse possit, respicere jubet ad id quod ex utraque oritur et resultat. Si enim hoc idem est, eodem recident et illæ. Deos natos aliquando esse Hesiodus in Θεογονίᾳ, et cæteri gentilium theologi impune asserebant: eosdem vero mori impium dictu censebatur. At Xenophanes priores illos posterioribus nihilo religiosiores esse inde demonstrabat, quod ex amborum assertione par impietas sequebatur, nempe ista, Deos aliquando non esse: quod tam hi quam illi fateri cogebantur. SCHRADER.

23, 18. Καὶ ὅλως δὲ τὸ συμβ. ἐ. ἑ.] Tota hæc res, inquit, in eo posita est in universum, ut quandocunque suadere aut

dissuadere, laudare aut vituperare, accusare aut defendere res quasdam cupimus, ad id quod rem consequitur, sive bonum illud sit, sive malum, respiciamus, et illud consequens, quod caussæ nostræ prodest, cum antecedente idem esse, contendamus. Ex. gr. Socrate damnato, simul damnabitur studium sapientiæ. Socrate servato, servabuntur sapientiæ studia. Imo, Socrate sublato, tolletur ex urbe ἀθεότης, impietas, tolletur corruptio adolescentum. Si terram et aquam præconi Persico poscenti dabimus, prodemus nostram libertatem. Si dare negabimus, conservabimus nobis libertatem. Si dare non detrectabimus in præsenti, liberabimus patriam a certo periculo. Si in suspectum fœdus adscribemini, cogemini mox facere quævis imperata. Sin talis fœderis manseritis immunes, constabit vobis vestra libertas. Imo, si communi fœderi vestra quoque nomina dederitis, concordia vobis cum finitimis erit firma, nec suspecti eritis alicujus cum hoste collusionis. SCHRADER.

23, 18. Τὸ *συμβαῖνον ἐξ ἑκατέρου, λαμβάνειν ὡς ταὐτό.*] Sermo non est de duobus, quorum ex utroque consequatur aliquid, sed de hoc: quidquid ex quopiam evenit, sumendum esse ut idem, atque id, unde consequitur. Ita τὸ *κρίνειν τὸν Σωκράτην* conjungitur cum eo, quod inde efficitur, itidemque est in exemplis ceteris. Atque sic locus bene cohæret cum antecedentibus. Ibi dicuntur *duo, unde eadem consequuntur, eadem esse.* Jam pergitur, *ea, quæ aliunde eveniunt, sumi posse, ut eadem, atque ea, unde eveniunt.* Hunc ad modum ἑκάτερον intelligere oportet, nisi conjicias, ἐξ ἑτέρου, aut cum ed. Isingr. ἐξ ἑκάστου legendum esse, pro quo ἑκατέρου facile invehi potuerit, quia antea de duobus disserebatur. VATER.

23, 18. Τὸ *συμβαῖνον ἐξ ἑκατέρου*] Isingr. τὸ σ. ἐξ ἑκάστου. BUHLE.

23, 18. *μέλλετε δὲ κρίνειν.*] Exemplum fortasse sumptum est e Socrate Theodectis, cujus orationis supra mentionem fecit. Valde similis huic locus est, si non omnino eadem argumentatio, quo usus est M. Cicero pro Milone: cum judices absterrere volens a condemnando facto rei, affirmavit, si id fecerint, eos sententia sua statuturos, omnibus, qui in latrones inciderint, necessario moriendum: cum qui ex eorum telis vitam eripuerint, iniquo judicio postea tollantur. *Non potestis hoc facinus improbum judicare, quin simul judicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut vestris sententiis, esse pereundum.* VICTOR.

23, 18. Τὸ *μετέχειν τῆς κοινῆς εἰρήνης ποιεῖν τὸ προσταττόμενον.*] Ex Schol. Gr. intelligitur, hoc aut certe ejusmodi pronuntiatum Demosthenis esse: *Μετέχειν τῆς κοινῆς εἰρήνης—ἐστὶ τὸ ποιεῖν, ὁ προστάττει ὁ Φίλιππος.* VATER.

23, 18. Λητέον ὁ. ἂν ἔχ.] Nimium licenter ista verba loco movit Muretus. Bene enim cum antegressis cohæret docere, prudentiæ oratoris esse e consequentibus id sumere et urgere, quod proposito ipsius ad probandum refellendumve convenientius est. SCHRADER.

23, 19. Εἰ φεύγοντες.] Exemplum hoc sumptum est ex oratione Lysiæ, quam scripsit claro viro, et qui acriter in rep. versabatur, cum multitudo ingens civium Athenis, dominatu paucorum ejecta, e Piræo in urbem armis rediisset, persuadere cupiens, ne antiquam remp. quod nonnulli conabantur, convelli atque immutari paterentur. Illa autem omnis vetustate dilapsa esset oratio, nisi in vita Lysiæ ipsius bonam magnamque partem ejus posuisset Dionysius Halicarnasseus: ad extremum enim et hujus orationis partis et vitæ oratoris, hæc verba leguntur. Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ ὅτε μὲν ἐφεύγομεν ἐμαχόμεθα Λακεδαιμονίοις, ἵνα κατέλθωμεν· κατελθόντες δὲ φευξόμεθα, ἵνα μὴ μαχώμεθα. VICTOR. Vide Lysiam ed. Reisk. p. 924. Sequentia ita corrigunt viri docti: ὅτε μὲν γὰρ τὸ μάχεσθαι ἀντὶ τοῦ μὴ μένειν· ὅτε δὲ τὸ μὴ μ. ἀντὶ τοῦ μένειν. Vulgata sic exponit Scholiastes: ὅτε μὲν γὰρ φυγάδες ὄντες ᾑρετισάμεθα μένειν ἐν τῇ πατρίδι, ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι, ἤτοι ἀντὶ τοῦ πολέμου, οἱ ἐπολεμήσαμεν τοὺς πολεμοῦντας τὴν πατρίδα· ὅτε δὲ ᾑρετισάμεθα τὸ μὴ μένειν ἐν τῇ πατρίδι, ἵνα μὴ μαχώμεθα καὶ πολεμῶμεν. Majoragius: "Modo omni ratione in patria manere volebant, et sese armis defendere; modo potius quam armis decertare, discedere a patria statuerunt."

23, 19. Ἵνα μὴ μαχώμεθα.] Hujus generis enthymemata plura sunt et valde acria in Orationibus Ciceronis: veluti hoc pro Domo sua: *Si timuisse eos facis, qui discesserunt, concede non timuisse, qui remanserunt.* Et pro Cn. Plancio: *Nec si a populo præteritus est, quem non oportuit; a judicibus condemnandus est, qui præteritus non est.* VICTOR. in Addendis.

23, 20. τὸ οὗ ἕνεκα.] Valet οὗ ἕνεκα ἂν εἴη, *cujus gratia illud fieri poterit.* E. g. quempiam boni aliquid dilargitum, ut incommodet, non ut adjuvet, ut Eutrapelus ille faciebat, de quo Horatius (Ep. I. 18. 31.) sive ut quæ antea dederat, postea eripiens, dolorem inurat. Εἰ μὴ γένοιτο vero, id est, quamvis vere ab eo, ea de causa factum non sit, nihilominus ejus rei gratia factum affirmare. Hac quoque M. Cicero pro Deiotaro argumentatione usus, purgavit, quo quidam signo utebantur offensionis Cæsaris apud populum, quod plausus ipsi dari non soleret: inquit enim, cum alia antea ratione huic crimini occurrisset, *Et fortasse eo prætermissus, quia nihil vulgare te dignum videri potest.* Non plaudebatur sane Cæsari, quia boni viri vehementer illi irati erant, postquam nimis superbe ac contumaciter se gerere cœpit: nihil

tamen vetat, quin ea etiam de causa id fieri potuerit. VICTOR.

23, 20. Inscriptio hujus loci est in Cod. quodam Victorii: ἐκ τοῦ παρὰ τὸν σκόπον τοῦ λαβόντος συμβαίνειν. BUHLE.

23, 20. Τὸ, οὗ ἕνεκα ἂν εἴη] Abest ἂν εἴη ab Ald. et Bas. Isingr. in margine habet lectionem hanc: τὸ, οὗ ἕνεκα μή ἐστι, γένοιτο δ' ἄν, τούτου—quæ mihi quidem magis arridet, quoniam sensum efficit clariorem. Georgius Trapezuntius vertit: *si cujus gratia id factum non sit, hujus gratia esse, aut factum fuisse, dicere.* BUHLE.

23, 20. Ἄλλος, τὸ οὗ ἕνεκα ἂν εἴη, εἰ μὴ γένοιτο, τούτου ἕνεκα φάναι εἶναι ἢ γεγενῆσθαι.] Cum Victorio vulgo vertitur: *Cujus rei caussa aliquid esse potest, quamvis factum non sit.* Sed hoc, *quamvis factum non sit*, ad rem non satis facit, neque in exemplis, quæ sequuntur, eo respicitur, an hæc caussa vera sit, nec ne. Sententia Aristotelis, ni fallor, hæc est: oratoris esse, ex iis, quæ rei alicujus caussa esse possint, unam eligere, quæ proposito suo accommodatissima sit. Itaque ἢ γένοιτο scripserim, quod Muretus versione expressit, *cujus rei caussa aliquid est, aut fieri potest;* ut a librario quodam forsan εἴη vitiose repetitum, et inde εἰ μ. ortum sit. Sic Aristoteles accurate postea εἶναι ἢ γεγενῆσθαι opponit, et sic in codice suo Schol. Gr. legit, cujus verba hæc sunt: Οὗτινος ἕνεκα εἶναι, ἤτοι, διὸ δίδωμί σοι νομίσματα. ἢ γένοιτο, ἤτοι ἔδωκα VATER.

23, 20. Πολλοῖς ὁ δαίμων] Incerti poëtæ senarii sunt. Cæsar de Bello Gall. I, 14, ad Helvetiorum legatum: *Consuesse Deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, et diuturniorem impunitatem concedere.* VICTOR.

23, 20. Εὐτυχήματ' ἀλλ' ἵνα.] Edd. Ald. Bas. εὐτυχήματα ἵνα. VATER.

23, 20. Ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος] Vide notam ad Rhet. II, 2, 19. BUHLE.

23, 20. οὐχ ἵνα κτάνωσι.] Leve est quidem, nec tamen prætereundum, quod in ista positione, scil. ante duas mutas, finalem brevem libentius porrigunt Tragici. Quid si scripserit Antipho, οὐχ ὡς κτ.?

23, 21. Καὶ ἐπιζήμιον] Censuit Victorius, legendum esse: καὶ οὐκ ἐπιζήμιον. Non probo. Sensum verborum in versione Latina expressi. Vid. Victor. Comment. p. 498. BUHLE.

23, 21. πράγματος.] Scil. quod cupiebant, quod sequebantur et optabant. VICTOR.

23, 21. Ἐκ μὲν τῶν ἀποτρεπόντων.] Qui scit, quæ res ad aliquid faciendum hortentur, aut inde retrahant, idem etiam intelliget quo modo aliquis alicui culpæ ac facinori affinis

esse ostendi possit: quæ namque impellunt improbos ad facinus, eædem, si fuisse ostenduntur, arguunt reum id commisisse. Huic loco occurrit M. Cicero pro Milone: cum enim intelligeret homines ad multa impelli, quæ damnum afferant, justo odio, aut ira percitos, facile probari posse, videretque his premi Milonem, majora illa fuisse in Clodio, quam in Milone argumentatur, vel potius in illo maxima, nulla in Milone. *At valuit*, inquit, *odium: fecit iratus: fecit inimicus: fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui*, et seqq. VICTOR.

23, 21. Παμφίλου καὶ ἡ Καλλίππου.] Callippus rhetor supra quoque citabatur, qui, an idem sit cum eo Callippo quem Rhet. I. 12. et Plutarch. in Dione memorarunt, nondum liquet. Pamphilum quendam Platonis auditorem Sami a se auditum ait Epicurus apud Ciceronem N. D. I. 26. Eundem Apellis præceptorem, et primum inter pictores omnibus literis eruditum fuisse Plinius tradit XXXV. 10. Imagines ordine alphabetico, item de pictura scripsisse Suidas auctor est. Hinc L. Crassi in illum illusio ap. Ciceronem De Orat. III. 21. *Pamphilum*, inquit, *nescio quem sinamus in infulis*, i. e. in fasciis, *tantam rem tanquam pueriles delicias aliquas depingere.* Quo verbo nihil perfecti de dicendi arte tradidisse, sed simulachrum tantum quoddam instar pictæ infulæ reliquisse arguitur. Infulæ enim, sacerdotum et victimarum ornamenta, ut opinor, pingi solebant. V. H. Turnebi Comment. in III. Agrar. Cic. contra Rullum. De eodem Pamphilo adi et Ger. Vossium in De quatuor artibus popularibus V. §. 6. 15. 45. 53. Et Lib. De Scientiis Mathemat. c. 2. §. 13. SCHRADER. Vide Spalding. ad Quintil. III. 6. 34.

23, 22. δοκούντων μὲν γίγ. ἀ. δ.] In incredibilibus provocatur ad effectum, qui si conspicuus sit, resisti non potest, quin, quod incredibile videbatur, jam probabile quoque esse fateamur. Matrem filio mortem moliri incredibile est, at Sassia, Cluentii mater, id fecit. Desinit itaque esse incredibile. Leges lege indigere incredibile est: at eventus docet legum universalitatem lege nova interdum esse restringendam. Pisces sale indigere verisimile non est, in salso enim mari nati sunt et alti: at eventus docet sine sale conservari non posse. Olivas oleo indigere non est probabile, oleo enim abundant; experientia vero docet in oleo illas optime servari. Multa ergo per se parum verisimilia, adeoque paradoxa, magistra rerum experientia vera esse ostendit. SCHRADER.

23, 22. καὶ ὅτι μᾶλλον.] Majorem fidem incredibilibus conciliat eventus ipse, cum nempe res fieri perspiciuntur, quam si extra effectum, per se, verisimiles videantur. SCHRADER.

23, 22. Εἰ μὴ ἦν] Ald. Ven. Bas. Frob. ἢ μὴ ἦν. BUHLE.

23, 22. Τὰ εἰκότα ὑπολαμβάνουσιν] Margo Ven. τὰ εὔτιστα ὑπολαμβάνουσιν. BUHLE.

23, 22. Ὁ Πιθεὺς] Vulgo Πιτεὺς, sive Πιτθεύς. Reposui Πιθεύς. Steph. Byz. Πίθος, ὁμωνύμως τῷ ἀγγείῳ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. BUHLE. Male omnino. Vulgatam scripturam tuentur non codices tantum, sed etiam marmora. Vide Ruhnkenium ad Platonis Schol. p. 255.

23, 23. ἀνομολογούμενα.] *Quæ dissident.* Quæ non cohærent: quæ simul vera esse nequeunt: quorum altero concesso alterum diffiteri oportet. Cicero in Topicis *repugnantia* appellat. Boëthius Comment. II. Topic. Cic. p. 784. *Repugnans est, si id quod contrario consequens est, alteri contrario comparetur. Velut in hoc ipso, quod tractamus, exemplo, recte accipere et non recte accipere contraria sunt: sed non recte accipere comitatur invitum reddere. Jure enim invitus reddit, quod non recte accepit. Repugnat igitur invitum reddere ei quod est recte accipere.* Et in IV. Topic. p. 821. *Repugnantia non ipsa contraria, sed contrariorum sunt consequentia. Amare* et *odio habere* contraria sunt: *Amare* igitur et *nocere* et *lædere* et *calumniari* repugnantia sunt: item *odio habere* et *benefacere*. SCHRADER.

23, 23. Τὰ ἀνομολογούμενα σκοπεῖν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. his subjungunt commation, χωρὶς μὲν ἐπὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος, quod in aliis edd. et in nostro textu paulo post sequitur. Sic etiam Georgius Trapezuntius. Minus apte. BUHLE.

23, 23. Καὶ χρόνων] Eædem edd. omittunt καί. Non male. BUHLE.

23, 23. Ἐκ πάντων καὶ χρόνων.] Edd. vett. præter Ald. καὶ omittunt. Paullo post, πολλοὺς λέλυμαι, in Cod. Victorii, prisco Intpr. et Schol. Gr. reperitur. Edd. Ald. Bas. πολλάς, Cam. πολλά. VATER.

23, 23. Ἐπ' αὐτοῦ] Ed. Isingrin. ἐφ' αὐτοῦ. In sequentibus καὶ φησὶ μὲν abest μὲν ab edd. Victorianâ prioribus. BUHLE.

23, 23. Πολλοὺς λέλυμαι] Eædem edd. πολλὰ λέλυμαι. Emendavit Victorius e Cod. antiquissimo, et vetere versione Latina. Tuetur πολλοὺς quoque margo ed. Venetæ. Georgius Trapezuntius: *Ego autem pro multis vestrum solvi.* BUHLE.

23, 24. Inscriptus est locus in Cod. Victorii: Ἄλλος ὁ ἀπὸ τοῦ, λεγομένης τῆς αἰτίας λύεσθαι διαβολήν. Vid. Victorii Comment. p. 502. BUHLE.

23, 24. Τοῖς προδιαβεβλημένοις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τοῖς διαβεβλημένοις. Secutus est Victorius Cod. antiquissimum et veterem interpretem Latinum. BUHLE.

23, 24. Μὴ δοκοῦσι] Ita e Cod. dedit Victorius. Recte. Ve-

tus interpres Latinus, Georg. Trapezuntius, et eædem edd. ἢ δοκοῦσι. Male. BUHLE.

23, 24. Μὴ δοκοῦσι] Ita Cod. Victorii. In prisco Intpr. et omnibus edd. vett. legitur, ἢ δοκοῦσι, quod alteri præferendum esse existimo. Ne quis premat exemplum matris, quam verisimile non sit coiisse cum filio. Nam in hoc exemplo et in eo, quod sequitur, ni fallor, hoc maxime inest: videri aliquid vel esse, quod tamen non sit; aut esse, quod non videatur. Hoc est τὸ παράδοξον, eodem spectant verba ἐδόκει συνεῖναι et οὐ δοκεῖ. Itaque homines significantur, *qui propter calumniam vel alia de caussa* videantur *aliquo modo affecti esse* (προδιαβεβλημένοι ἢ δοκοῦντες). Utraque suspicione expurgantur dicta caussa, cur tales videantur. VATER.

23, 24. Ὑποβεβλημένης] Eædem edd. διαβεβλημένης. Expresserunt idem vetus interpres Latinus, et Georg. Trapezuntius. Perperam. Emendavit Victorius. BUHLE.

23, 24. Ὑποβεβλημένης τινὸς τὸν αὑτῆς υἱόν.] Edd. Ald. Bas. Cam. διαβεβλημένης πρὸς τὸν αὑτῆς υἱόν. Male. Illud dedit Victorius ex codice antiquiss. VATER.

23, 25. In Codd. inscriptio loci est: ὁ ἀπὸ τοῦ αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ. BUHLE.

23, 25. ἀπὸ τοῦ αἰτίου.] Cicero pro Milone, cum ostendere vellet insidiatorem fuisse Clodium, hoc loco usus est. *Satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria belua docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse:* et quæ sequuntur. VICTOR.

23, 25. Κατηγορήσαντος Θρασυβούλου] Thrasybulum Colyttensem fuisse, qui Leodamantem accusaret, putat Ruhnkenius Hist. crit. Orat. Gr. p. 143. l. l. Cf. Not. ad Rhet. I, 7. BUHLE.

23, 26. εἰ ἐνεδέχετο βέλτιον.] Hoc argumento probare voluit M. Cicero, Milonem Clodio insidias non fecisse, sed eum coactum, ut vim vi depelleret, interemisse. *Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitavit occidere?* VICTOR.

23, 26. Βέλτιον ἄλλως] Restituit ἄλλως e MSto Victorius; nam abest illud ab edd. Victorianâ antiquioribus. BUHLE.

23, 26. Εἰ μὴ οὕτως ἔχει] Corrumpitur sensus negativa μὴ, quamvis omnes edd. eam agnoscant. Georgius Trapezuntius eam non expressit; vertit enim, *namque, si sic se habent.* In marg. quoque Isingr. notatur lectio εἰ οὕτως ἔχει, sine μή. Igitur uncinos adhibui. BUHLE.

23, 26. Εἰ μὴ οὕτως ἔχει.] Muretus μὴ omisit. Vulgatum bene habet. Sensus est: *Si id, quod facit aut suadet, non est*

illud βέλτιον. Paullo post legitur, ἔστι δὲ τοῦτο. Edd. Ald. Bas. ἔστι γάρ. Male. VATER.

23, 26. Πολλάκις γὰρ ὕστερον γίγνεται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πολλάκις γὰρ τοῦτο γίγνεται ὕστερον δῆλον. Expunxit τοῦτο Victorius, quoniam illud a MSS. abest. BUHLE.

23, 26. Πολλάκις γάρ.] Post γὰρ in edd. vett. τοῦτο adjectum est, quod Victorius delevit, cum in codice antiquiss. et prisco Intpr. non invenisset. §. 27. in verbis ἅμα σκοπεῖν Muretus forsan ἅμα expungi voluit. VATER.

23, 27. Ξενοφάνης.] Xenophanis consilium hoc celebrat etiam Plutarchus De Superst. p. 171. D. et Erot. p. 763. C. nisi quod non Eleatis, ut Aristoteles, sed Ægyptiis id datum esse ostendit, nec de Leucothea, sed Osiri locutum esse Xenophanem narrat. Vide etiam Clement. Alexandr. Cohort. p. 7=21. Quæ fuerit Leucothea docet Cicero Tusc. I. 12. *Ino, Cadmi filia, nonne* Leucothea *nominata a Græcis*, Matuta *habetur a nostris*. VICTOR. V. Wyttenbach. ad priorem Plutarchi locum.

23, 27. Εἰ θύωσι—καὶ θρηνῶσιν] Eædem edd. excepta Spirensi: εἰ θύουσι—καὶ θρηνοῦσιν. Vetus interpres Latinus, notante Morelio: εἰ θύσουσι—καὶ θρηνήσουσι. Nostrum tuetur Cod. antiquissimus Victorii. BUHLE.

23, 28. Ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ] *Carcinus* Atheniensis, poëta tragicus, vixit ætate Philippi, Macedoniæ regis. Notus est etiam ex Aristophanis *Pace*. Cf. Suidas v. Ἀράβιον. BUHLE.

23, 28. Περὶ τὴν ἀποστολήν] Recepit Cam. e marg. Ven. περὶ τὴν ἀποσκευήν. Minus bene. BUHLE.

23, 28. Τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινε] Abest ἂν ab Isingr. BUHLE.

23, 28. Ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος—καὶ τὸ εἶδος] Sic dedit Victorius e Cod. et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος καὶ τοῦ ἐνθυμήματος τὸ εἶδος. BUHLE.

23, 28. Ἡ πρότερον Θεοδώρου τέχνη] Eædem edd. et Major. ἡ προτέρα. BUHLE.

23, 28. Θεοδώρου.] Theodorus hic, nisi conjectura fallit, Byzantius ille est, quem in Phædro Platonis (p. 353. Læm. 266. H. Steph. 1235. Francof.) Socrates βέλτιστον λογοδαίδαλον, *optimum orationum artificem* appellat, et Cicero in Bruto c. xii. in fin. Lysia in arte subtiliorem, in orationibus autem jejuniorem fuisse narrat. Meminit Cicero ejusdem et in Oratore c. xii. Contra Thrasybulum et Andocidem, alia item scripsisse, Suidas auctor est. Binos de arte dicendi libellos edidisse, at exilia ea fuisse artis hujus initia, ex hoc Aristotelis loco patet. Eundem Sophist. Elench. c. ult. post Tisiam et Thrasymachum artis dicendi aliqua tradidisse commemorat. Alius ab hoc Byzantio est ille Theodorus, qui in Theæteto Platonis

cum Socrate loquens introducitur. Is enim Cyrenæus et Geometra erat. SCHRADER.

23, 29. Inscribitur locus in Cod. Victorii: ἀπὸ φερωνυμίας. Vide Victorii Comment. p. 506. BUHLE.

23, 29. ἀπὸ τοῦ ὀνόματος.] Cicero in Topicis *notationem* appellat, et exponit, *cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur*, quod quidem non omnino vanum esse affirmatur Magn. Ethic. I. 6. In laudando sane et in vituperando usui fore, satis declarant tot exempla ab Aristotele hic allata. Commendat eundem Topic. II. 6. 2. SCHRADER.

23, 29. Σιδηρώ.] Eustath. ad Il. A. p. 158. Καὶ εἰσὶν ἀληθῶς φερώνυμα τὸ σίντιες οἱ παρ' Ὁμήρῳ, καὶ ὁ σίνις, καὶ ἐπὶ κακῷ μέντοι, ἵνα καὶ αὐτοὶ, ὡς βλαπτικοὶ, κατὰ τὴν παροιμιαζομένην Σιδηρᾶ θρασεῖαν ἐκείνην γυναῖκα, φορῆσιν τὸ οἰκεῖον ὄνομα. Contemnit vero omnem hanc argumentationem, et inanem judicat Quintilianus V. 10. 30.: quando tamen firmamenti aliquid habere possit ostendit. Quod autem addit, *Nam et illud est apud Euripidem, frigidum sane, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum, frater incessit*, locum hunc intelligit e Phœniss. 639. ἔξελθ' ἐκ χώρας· ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ Ἔθετό σοι θεία προνοία νεικέων ἐπώνυμον. VICTOR. V. Stanleium ad Æschyl. Theb. 8. Eustath. Il. Γ. 379=287, 35. ἀφελεῖς δὲ καὶ γλυκεῖαι καὶ σώφρονες αἱ τοιαῦται ὕβρεις, καὶ οὐ πάνυ πικραί· ὁποῖον καὶ τὸ, ἡ Σιδηρώ. γυνὴ δὲ αὕτη θρασεῖα τὸ οἰκεῖον ὄνομα φορεῖ. Vide et Brunck. ad fragmenta e Tyrone Sophoclis.

23, 29. Ἡρόδικος Θρασύμαχον.] Sequuntur tria exempla hujus loci ab Herodico prolata. Herodicus supra Rhet. I. 5. memoratus, Thrax fuit; at qui hic citatur, si Græco ad h. l. interpreti fides habenda, Atheniensis fuit historicus. Exemplorum ex Herodico isto depromtorum sententia plana est. Thrasymachus nempe certandi cupidum, Polus pullum equi asinive, Draco serpentem notat. Quorum nominum primum pugnacis et maledici Thrasymachi, secundum petulantis Poli ingeniis, tertium Draconis Atheniensium legislatoris asperis legibus scite conveniebat. Thrasymachus Chalcedonius, et Polus Agrigentinus clari rhetores fuerunt, quorum hunc Plato in Gorgia inducit loquentem, et Græcus Rhet. scholiastes Gorgiæ discipulum fuisse refert. Illum Plato nomini suo similem, i. e. audacem, et contentiosum, esse criminatur apud Athenæum XI. p. 505. Draconis legum asperitas tangitur Polit. II. 10. Adeo duras fuisse, ut omnibus fere delictis capitalis pœna esset constituta, retulit Plutarch. v. Solonis p. 87. E. ubi et Demadis oratoris verbum recenset: *Draconem non atramento, sed sanguine leges suas scripsisse.* Nec minus concinnum erat Herodici in eundem hic commemoratum dicterium, draco enim, sive serpens, mordet quoque immerentem. De eodem legendus Gellius XI. 18. SCHRADER.

23, 29. Καὶ ὡς Εὐριπίδου Ἑκάβη.] Sine dubio hoc mendum est ed. Schrad. in Lips. et Bipont. propagatum. Edd. Ald. Bas. Victorii, Isingr. Cam. Sylb. ὡς ἡ Εὐριπίδου. VATER.

23, 29. Εὐριπίδου Ἑκάβη.] In fabula, quæ *Troades* inscribitur, v. 990. Hecuba Helenam, vim Veneris prætendentem, refellens ait: Veneris nomen primas syllabas cum *insipientia* habere communes, Ἀφροδίτη enim *Venerem*, Ἀφροσύνη *insipientiam* notat. Latine diceremus *amentiam amantium esse propriam*. Etenim ut syllabas principes, ita præcipuas actiones Venerei cum dementibus habent communes. SCHRADER. Non possum non mirari unde in mentem venerit Eustathio tribuere Aristoteli hanc hujus nominis etymologiam, cum manifesto utatur, ut exemplo, ratione hac Euripidis. Nam quod addit, ab eodem quoque existimari Jovem, qui Ζεὺς vocetur, ut præbitorem vitæ causamque ζωῆς ita appellatum, falsum ac commenticium est. Verba Eustathii in Iliad. Γ. p. 414, 37. hæc sunt. ὡς δὲ καὶ ζωογόνος ὁ ἀλληγορικὸς Ζεὺς, δηλοῖ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτοῦ ῥητορικῇ, λέγων ὅτι Ἀφροδίτη ὡς ἄρχουσα ἀφροσύνης, καὶ Ζεὺς, ὡς ζωῆς αἴτιος ὤν. VICTOR.

23, 29. Ἄρχει θεᾶς] Ald. Bas. Frob. ἄρχης θεά. Ricc. ἀρχὴ θεᾶς. Ven. Cam. Isingr. ἄρχεις θεά. Majorag. ἄρχει θεᾷ. Perperam. Locum restituit Victorius e Cod. antiquissimo. Ut hic habet, legitur etiam apud ipsum Euripidem Troad. vs. 990. BUHLE.

23, 29. Καὶ ὡς Χαιρήμων] *Chæremon* Tragœdus, dicitur fuisse Socratis discipulus. Vid. Athenæus in Dipnos. II. init. A Suida, qui octo ejus fabulas recensuit, vocatur Comicus. Cf. Rhet. III, 12, et Poët. cap. 24. BUHLE.

23, 29. Πενθεύς.] Apud Euripidem etiam Pentheo, quæ falso in excusis inscribitur *Bacchæ*, Liberi patris sacerdos, cum Pentheo ipso, Thebanorum rege, loquens, eique futuras miserias exponens, audito ab illo ipso ejus nomine, inquit, v. 508. ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ. Et sane sæpe hoc loco in fabulis suis usus est Euripides. Quod etiam M. Varro L. L. V. p. 78. testatur, ubi Ennium poëtam reprehendit: inquit enim, *Imitari dum voluit Euripidem, et ponere etymon, est lapsus. nam Euripides quod Græca posuit, etyma sunt aperta. Ille ait ideo nomen inditum Andromachæ, quod ἀνδρὶ μάχεται* etc. VICTOR. Vide Hemsterhusium ad Theocriti Id. XXVI. 26.

23, 30. τὰ ἐλεγκτικά.] Infra III. 17. τῶν δὲ ἐνθυμημάτων τὰ ἐλεγκτικὰ μᾶλλον εὐδοκιμεῖ τῶν δεικτικῶν· ὅτι ὅσα ἔλεγχον ποιεῖ, μᾶλλον δῆλον ὅτι συλλελόγισται· παράληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται.

23, 30. Θορυβεῖται μάλιστα τὰ τοιαῦτα] Twiningius (l. l. p. 190.) explicat: *Talibus maxime applauditur*. Vocabulum

quidem hanc significationem passivam admittit, sed cum L. I. 2, 10. dicatur: *Ad persuadendum quidem non minus valent orationes, quæ exemplis abundant, sed magis* θορυβοῦνται *enthymematicæ:* ibi aptius vertitur, *majorem animorum motum efficiunt;* itidemque ideo etiam hic accipiendum est. VATER. Vide quæ annotavimus I. 2, 10.

23, 30. Ὅσα ἀρχόμενα προορῶσι] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Ricc. ὅσα ἀρχόμενοι προορῶσι. Cam. ὅσα ἀρχόμενοι συνορῶσι. Majorag. ὅσα ἀρχόμενα συνορῶσι. Nostram lectionem tuentur Cod. Victorii antiquissimus, et vetus interpres Latinus. BUHLE.

CAP. XXIV.

24, 1. Quemadmodum caput præcedens *Topicorum*, ita hoc et sequens *Elenchorum Sophisticorum* epitome, et ad oratorium usum accommodatio quædam est. Esse autem ejusdem artis et quid rectum sit, et quid recti speciem tantummodo habeat, discernere, jam tum docuit supra I. 1. SCHRADER.

24, 1. Τὸν μὲν εἶναι—τὸν δὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. τὸ μὲν εἶναι—τὸ δέ. BUHLE.

24, 2. εἷς μὲν, ὁ παρὰ τὴν λέξιν.] Unus quidem cujus vitium proficiscitur ab elocutione, cujus fallacia in verbis est; hoc enim appellat παρὰ τὴν λέξιν. Cicero quoque Ep. Attic. XVI. 4. hunc modum dicendi usurpavit, cum de litteris Sex. Pompeii loqueretur, *Earum exemplum nobis legit, si quid videretur: pauca* παρὰ τὴν λέξιν: *ceteroqui et satis graviter et non contumaciter.* Παρὰ τὴν λέξιν autem intellexit, non proprie, neque ex consuetudine puri sermonis, ac vitia denique in oratione. Idem etiam in XIII. 10. παρὰ τὴν ἱστορίαν inquit, contra atque res gesta est, intelligens. Aristoteles, ut arbitror, παρὰ τὴν λέξιν vocavit, quæ ab oratione verbisque fallaciæ proficiscuntur, ut παρὰ τὴν ἔλλειψιν, et παρὰ τοῦτο dicere consuevit. Longe igitur alia ratione eadem verba a duobus his magnis scriptoribus posita sunt. VICTOR.

24, 2. παρὰ τὴν λέξιν.] Cum Sophistæ vel verbis vel rebus decipiant, Rhetor noster ut in Elenchis Soph. IV. 1. ita hic quoque primum aliquot fallaciarum locos, qui in verbis vitium condunt, recenset, mox eos subjungit, qui rebus ipsis fraudem involverunt. SCHRADER.

24, 2. τὸ μὴ συλλογισάμενον.] Sophist. Elench. his verbis pæne idem tradidit: Σφόδρα δὲ καὶ πολλάκις ποιεῖ δοκεῖν ἐληλέγχθαι τὸ μάλιστα σοφιστικὸν οἰκοφάντημα τῶν ἐρωτώντων, τὸ μηδὲν συλλογισαμένους, μὴ ἐρώτημα ποιειν τὸ τελευταῖον, ἀλλὰ συμπερασματικῶς εἰπεῖν, ὡς συλλελογισμένους, οὐκ ἄρα τὸ καὶ τό. VICTOR.

24, 2. ἓν μὲν μέρος.] Primus iste locus triplicem fere conti-

net fallaciam. Prima est, cum conclusionem formula verborum, dialecticis usitata, inferimus, licet nihil, unde hæc sequatur, præcesserit. Idque et in affirmantibus et in negantibus conclusionibus contingere ita potest. Secunda est, cum oppositionis speciem aliquam verbis effingimus, ubi in re ipsa contrarietas nulla est. Ut si ita ludas: *persuasus eram dolium hoc plane esse exhaustum, at nunc nihil in eo superesse intelligo.* Item: *Multi arbitrantur melius secum iri actum, quam nobiscum, cum certum sit, multo pejus nos exceptum iri quam illos.* Ejusdem hujus fallaciæ exemplum est dictum quoddam Epicharmi, ab Aristotele recensitum Rhet. III. 9. Quemadmodum ergo prior illa dialectica est, ita hæc secunda Rhetorica est fallacia, Rhetores enim enthymematibus utuntur. Enthymema vero stricto sensu est, quod ex contrariis est conflatum. Hujusmodi enim omnium maxime probatur, ut docetur c. præced. Quæcunque ergo collectio contrarietatem simulat, eadem simulat quoque enthymema. Tertio, et hoc fallacis hujus loci esse videtur, aliquot conclusionum, aliunde satis notarum, cumulum afferre, et ex illis veluti conglobatis principiis quiddam conari inferre, quod prima specie inde sequi videtur, at penitus attentum non cohæret. Hujusmodi paralogismus fuerit: *cives servavit, hostes ultus est, Græcos in libertatem vindicavit; ergo creditori debitam summam reddere non tenetur.* Item: *Horatius vicit hostem, patriam periculo liberavit, imperium in Albanos populo Rom. peperit. Ergo sororem illi impune licebit occidere.* Exemplum sophismatis hujus legitur apud Cornel. Nep. in vita Epaminondæ c. 8. Primæ partis fallacia latet in simulata formatione conclusionis: Secunda, in ficta contrarietate: Tertia, in acervo probabilium præmissarum. SCHRADER.

24, 2. Οὐκ ἄρα τὸ καὶ τὸ] Ita dedit Victorius ex melioribus MSS. Eædem edd. οὐκ ἔστι τὸ καὶ τό. BUHLE.

24, 2. Ἀνάγκη ἄρα τὸ καὶ τό.] Edd. Ald. Bas. ἀνάγκη ἔστι καὶ τό. VATER.

24, 2. Καὶ τὸ τοῖς ἐνθυμήμασι συνεστραμμένως καὶ ἀντικειμένως εἰπεῖν] Ven. Cam. Ricc. Majorag. ἐν γὰρ τοῖς ἐνθυμήμασι. Edd. reliquæ nostram lectionem habent, quam etiam meliores Victorii Codd. MSti agnoscunt. Repetitur vulgo τὸ ante συνεστραμμένως, quod tamen expunxi, cum absit illud a marg. ed. Isingr. cujus lectio ceteroquin cum nostra conspirat. Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus pro συνεστραμμένως legunt συνεστραμμένον. Minus bene. BUHLE.

24, 2. Καὶ τὸ τοῖς ἐνθυμήμασι.] Ita priscus Intpr. libri scripti, et edd. Ald. Bas. Ed. Ven. ἐν γὰρ τοῖς. Muretus τὸ τοῖς ἐνθυμήμασι de industria fortasse exprimere noluit, quia speciem habet scholii, ad τὸ συνεστραμμένως καὶ ἀντικειμένως εἰπεῖν adscripti. Contra si hæc significant, non solum multas propo-

sitiones, quæ in syllogismis majores vocantur, cumulare, quemadmodum paullo post dicitur; sed etiam ipsos syllogismos ad rem vicinam pertinentes conjungere (cf. §. 4.): illa verba tolerari poterunt. Ἐνθύμημα φαίνεται tunc non de uno, qui fictus sit, syllogismo dictum est, sed significat, *videtur* id, quod ponis, *probatum et confectum esse.* VATER.

24, 2. Τοῖς δ' ἑτέροις ἐτιμώρησε] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. τοῖς δ' ἡμετέροις ἐτιμώρησε. Sic etiam Georgius Trapezuntius: *qui nostros ultus est.* BUHLE.

24, 2. ἐξ ὁμωνυμίας.] Hæc fallacia describitur ab Aristot. in Elench. c. iv. quæ usitato at barbaro vocabulo, *æquivocatio* nunc appellatur. Quinque ejus hic recensentur exempla. SCHRADER.

24, 2. Ὡς τὸ φάναι] Abest ὡς a Cod. antiquissimo Victorii, et a vetere versione Latina, quare uncinis illud compescui. BUHLE.

24, 2. Εἴ τις τὸν κύνα—συμπαραλαμβάνει] Cod. Victorii: εἴ τις κύνα—συμπαραλαμβανοίη. Melius. *Pan* quoque canis appellatus est. BUHLE.

24, 2. Ὅτι Πίνδαρος ἔφη] Fragmentum in textu ab Aristotele allatum ex Pindari *Partheniis* esse, putat Schneiderus Carm. Pindar. fragm. p. 18. BUHLE.

24, 2. Ὥστε τὸ κύνα] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Riccob. ὥστε τὸ τινά, sine sensu. Reposuit Victorius τὸ κύνα e melioribus MStis et vetere versione Latina. Cum locus sit paulo obscurior, adscribam Schraderi expositionem (Comment. pag. 467): *Ne canem quidem in domo ali sordidum est. Ergo canem esse, honorificum est. Æquivocatio autem est in his conjunctis vocibus,* canem esse, *quod vel* canem in domo esse, *vel* Cynicum esse *significare potest.* Cynici *enim philosophi* canes *appellabantur, qui hac fallacia cognomen istud suum ornare poterant.* BUHLE.

24, 2. Τὸ κοινωνικὸν φάναι τὸν Ἑρμῆν—κοινὸς Ἑρμῆς] Κοινωνικὸς est, qui bona, quæ habet, libenter in alios confert. Κοινὸς, communis, non idem significat. *Mercurius* dicitur κοινὸς, quia *superis Deorum gratus et imis.* Cf. Erasmi Adag. Chil. II. Cent. I, 85. Fallit igitur, qui ex eo, quod Mercurius solus Deorum κοινὸς vocetur, colligit eum maxime κοινωνικὸν esse. BUHLE ex SCHRADER.

24, 3. Συντιθέντα λέγειν.] Edd. Ald. Bas. Cam. συντεθέντα. Paullo post, ἕκαστον γὰρ οἶδε, edd. Ald. Bas. εἶδε. VATER.

24, 3. τὸ διῃρημένον κ. τ. λ.] Fallacia compositionis et divisionis tractatur Elench. Soph. IV. Hic loci primum exemplum est Euthydemi Sophistæ, quem in Elenchis Soph. quoque perstringit Aristoteles. Is ergo ita nugabatur, in Piræo cum sodali confabulans: Quod scis, scis in Piræo; (isthic enim ambo consistebant) atqui novisti esse triremes: annue-

bat ille, quod in mari aut in Sicilia Atheniensium triremes esse nosset: hinc nugator iste colligebat: Ergo scis triremes esse in Piræo. Vide Elench. c. XX. SCHRADER.

24, 3. Ἔστι δὲ τοῦτο Εὐθυδήμου λόγος] Fusius hoc exemplum explicatum est in nota ad lib. de Soph. Elench. cap. XX, §. 6, Vol. III, p. 662. BUHLE.

24, 3. Ἕκαστον γὰρ οἶδε] Isingr. ἕκαστος γὰρ οἶδε. BUHLE.

24, 3. Οὐ γάρ ἐστιν ἓν ἀγαθὸν δύο κακὰ] Vetus interpres Latinus videtur legisse: οὐ γάρ ἐστιν ἓν κακὸν δύο ἀγαθά. BUHLE.

24, 3. εἰς Θρασύβουλον.] Vide Spalding. ad Quintil. III. 6, 26.

24, 3. Τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον] Polycrates Sophista fuit, Busiridis laudator, reprehensus ab Isocrate Busir. init. Thrasybulum ornaturus usus est quoque captione hac, illum Athenis triginta *tyrannos*, quasi totidem *tyrannides*, sustulisse, cum tamen Thrasybulus triginta *tyrannis* sublatis, non nisi unam *tyrannidem* sustulisset. Confer de Polycrate Demetr. περὶ ἑρμην. p. 112. ed. Victorii, et Dionys. Halic. De Isæo cap. 21. BUHLE ex SCHRADER.

24, 3. εἴη δ' ἄν.] Extremum hoc exemplum inquit, quod contineri sophismate illo posse, quod dicitur παρὰ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν, ostendimus, referri etiam potest ad aliam fallacis conclusionis rationem, quæ, quod præcisa oratio sit, παρὰ τὴν ἔλλειψιν appellatur: non enim explanatum est *a quo*: si enim hoc in argumento positum fuisset, omnis decipiendi ratio sublata foret: æquum enim est viri interfectricem occidi, sed a magistratu, non a quolibet homine: multo magis dubitandum est, an a filio recte tolli possit. VICTOR.

24, 4. δεινώσει] De hac voce dictum supra c. 21, 10. Primus autem hic est locus rerum: potest eo et reus et actor uti; reus enim si e. g. vehementer contra adulterium in thesi disserat, ejusque turpitudinem exsecretur, adulterii insons videbitur; morata enim hujusmodi oratio fidem facit dicenti. Actor item, si in adulteros vehementer excandescat, atque hos sanctissimæ societatis violatores ferrum et ignem mereri clamet, utut factum non demonstraverit, tamen reum adducet in adulterii suspicionem, errore auditoris. Hic enim cum eum, qui gravem injuriam passus est, graviter irasci sciat, contra eum, qui graviter irascitur, gravem injuriam pertulisse opinatur. Atque ut hoc in casu reo morata oratio, ita accusatori actio ejusque vis fidem conciliat. SCHRADER.

24, 4. Ὅταν ὁ κατηγορῶν ὀργίζηται] Cod. Victorii: ὅταν ὁ κατηγορῶν ὀρσῃ. BUHLE. Et hoc, vel ὀργίσῃ, reponendum suadet Victorius: Scil. *cum accusator auditorum animos commoveat irritetque.*

24, 5. Ἀσυλλόγιστον γὰρ καὶ τοῦτο] Idem: ἀσυλλόγιστον γὰρ δὴ τοῦτο. Vetus interpres Latinus hoc commation plane non expressit. BUHLE.

24, 5. Ἀσυλλόγιστον γὰρ καὶ τοῦτο.] Hæc Muretus in versione non exprimit, ac facile abesse possunt, quia non multo post repetuntur. Minus apta est Fabii Paullini conjectura, hæc post voc. Ἴσπαρχον transferenda esse. Sed ne delendi quidem necessitas ulla apparet. Sylburgius, cujus error in ed. Bipont. manavit, ex Morellio notat, Victorii codicem, γὰρ δὴ τοῦτο, habere; in prisco Intpr. totum commation deesse. Illud falsum est. Cod. Victorii cum vulgato hic consentit, sed cum deinde hæc iterum legantur, illum ad modum discrepat. Priscus vero Intpr. priusne an posterius omittat, propter illius errorem definire nequeo. VATER. Membranæ Balliol. in priore loco, *Insillogizatum n. et h.* In posteriore, *insillogizatum n. h.*

24, 5. Οἱ ἐρῶντες] Isingr. οἱ ἔρωτες. Nescio, an melius. BUHLE.

24, 5. Οἱ ἐρῶντες.] Ita hoc argumento usus est Pausanias apud Platonem Sympos. p. 182. C. Οὐ γάρ, οἶμαι, συμβήσει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων, οὐδὲ φιλίας ἰσχυρὰς καὶ κοινωνίας· ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ τά τε ἄλλα πάντα καὶ ὁ ἔρως ἐμποιεῖν. Ἔργῳ δὲ τοῦτο ἔμαθον καὶ οἱ ἐνθάδε τύραννοι· ὁ γὰρ Ἀριστογείτονος ἔρως καὶ Ἁρμοδίου φιλία βέβαιος γενομένη κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν. Locum Platonis indicavit Victorius.

24, 5. Καὶ εἴ τις λέγοι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἢ εἴ τις λέγοι. BUHLE.

24, 6. Ὁ λέγει Πολυκράτης εἰς τοὺς μῦς] De muribus nervos hostilium arcuum arrodentibus tradiderunt exempla memorabilia Herodot. II, 141; Polemo ap. Clem. Alexandr. Protrept. p. 25, D. Cf. Beckmann ad Aristot. Ausc. mirab. cap. XXIV, et ad Antigon. Caryst. cap. XXI. Struxit ex ejusmodi narrationibus Polycrates sophisma: *Qui opem ferunt obsessis, laude digni sunt; at mures id fecerunt, ergo laude digni sunt.* In sequentibus textus verbis pro διατραγόντες Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Majorag. habent διατρώγοντες. Melius forsitan. BUHLE maxime ex SCHRADER.

24, 6. Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε.] Plutarch. II. p. 74. Ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Ἀχιλλέα παροξύνων Ὀδυσσεύς, οὐ φησὶν ὀργίζεσθαι διὰ τὸ δεῖπνον κ. τ. λ. Vide Brunckii Fragmenta Sophoclea in Ἀχαιῶν σύλλογος n. VII. Non annotasset Wyttenbachius, "nil "constat, in illa fabula Achillem inductum fuisse iratum διὰ "τὸ δεῖπνον, *propter cœnam* &c. &c." si hic locus illi fuisset ad manus.

24, 6. Ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ] Exstitit hujus argumenti olim fabula Sophoclis, Σύνδειπνοι. Vid. Cic. epist. ad Quintum fr. II, ult. Athen. Dipnos. I, p. 17, D. et VIII, p. 365, B. Fragmentum ejus, unde noster locus lucem capit, servavit Plutarch. de Discrim. Adul. et Amici, sub fin. BUHLE ex SCHRADER.

24, 6. Ἐπὶ τοῦ μὴ κληθῆναι] Codd. quidam Victor. διὰ τὸ μὴ

κληθῆναι. Expressit idem vetus interpres Latinus. Cod. antiquissimus Victorii utrumque habet ita: διὰ τὸ, ἐπὶ τοῦ μὴ κλ. BUHLE.

24, 7. Παρὰ τὸ ἐπόμενον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. παρὰ ἐπόμενον, omisso articulo. BUHLE.

24, 7. ὅτι μεγαλόψυχος.] Peccat hæc collectio, et quia universalem affirmantem convertit simpliciter, et quia in secunda figura concludit affirmative. Ex eo enim quia omnis magnanimus gaudet solitudine, male infert eum qui gaudet solitudine esse magnanimum. SCHRADER.

24, 7. Ὑπεριδὼν γὰρ] Codd. quidam Victorii: ὑπεριδὼν δέ. BUHLE.

24, 7. ὑπεριδὼν] Ὑπεριδεῖν ὁμιλίαν aliquorum significat *contemnere illos*, nec dignos judicare consuetudine sua. Sic Lysias p. 302. καὶ μὴν οὐδὲν οὗτος ἐξεῦρεν ὑπόθεν ἂν εἰκότως ὑπερεῖδε τὴν ἐμὴν ὁμιλίαν. VICTOR.

24, 7. Καὶ οὗτος μεγαλόψυχος] Cod. Antiq. Victorii: καὶ οὗτοι μεγαλόψυχοι. Idem tuentur Ald. Bas. Frob. BUHLE.

24, 7. Δόξειεν ἂν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. Victor. δόξαιεν ἄν. Isingr. δόξαι ἄν. Melius quam illæ, neglecto tamen Atticismo, quem recte Morelius revocavit. BUHLE.

24, 7. Μοιχός· ὅτι καὶ οἱ μοιχοὶ τοιοῦτοι] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. μοιχὸς ὁ τοιοῦτός ἐστιν. Nostrum tamen agnoscunt quoque vetus interpres Latinus, et margo ed. Venetæ. BUHLE.

24, 7. Πλανᾶται, μοιχός· ὅτι καὶ οἱ μοιχοὶ τοιοῦτοι.] Ita in pluribus libris scriptis et in prisco Intpr. legitur. Edd. vett. πλανᾶται, μοιχὸς ὁ τοιοῦτός ἐστιν. Codex antiquiss. habet τοιούτοις ἄρα. VATER.

24, 7. πτωχοί.] Sophistæ in suis illis laudationibus rerum absurdarum hujuscemodi argumentis utebantur, nam inventos esse, qui efferrent vitam mendicorum atque exulum, in quo ipsos sedulo insimulat, ostendit Isocrates in Procem. Laudationis Helenæ, quas illorum orationes putare debemus hic intellexisse Aristotelem. VICTOR.

24, 7. Ὅτι γὰρ] Ald. Bas. et Spir. ὅπου γάρ. Non bene. BUHLE.

24, 7. Διαφέρει δὲ τῷ πῶς,] Edd. Ald. Bas. τὸ πῶς. VATER.

24, 7. Διαφέρει δὲ τῷ πῶς.] Diversissima est hac in re mendicorum et opulentorum ratio; illi enim, ut stipem obtineant, cantu et saltu blandiuntur, et, quod nusquam habeant certum domicilium, passim vagantur: hi vero propter fortunam et opes suas, quidvis sibi licere existimant, et, si vel in foro saltent, applausores inveniunt, tum in quibus volent urbibus domicilia sibi comparant. Hæc diversitas si non atten-

datur, et propositiones ipsæ simpliciter convertantur, pariter fit paralogismus. SCHRADER.

24, 7. *εἰς τὴν ἔλλειψιν ἐ.*] Incidit in aliud genus vitiosæ conclusionis de quo supra §. 3. et infra §. 9.

24, 8. *Ἄλλος παρὰ τὸ ἀναίτιον.*] Edd. eædem *παρὰ ἀναίτιον.— Οἷον τὸ ἅμα.* Ita edd. Lips. et Bipont. At edd. Ald. Bas. Victorii, Isingr. Cam. Sylburg. et Dionysius Halic. *τῷ ἅμα.* Illud forsan mendum est; certe haec lectio auctoritate omnino destituitur. Dionysius cum (l. l. p. 124.) totam hanc paragraphum, *ἄλλος παρὰ τὸ—πολεμὸς*, exscribat, in hoc a vulgato discedit, quod *οἷον* omittitur in verbis, *οἷον ὡς*. VATER.

24, 8. *ἀναίτιον ὡς αἴτιον.*] Quoniam rerum quæ eveniunt, veram caussam sæpe ignorant, effectus autem caussam sequitur, inde fit, ut quod rem quocunque modo præcessit, imperite caussam rei interpretentur. Vide Elench. Soph. V. 9. SCHRADER.

24, 8. *οἱ ἐν ταῖς πολιτείαις.*] Eodem etiam hoc loco Cicero usus est, cum M. Antonio cuncta damna, quæ resp. in bello civili, quod a C. Cæsare contra Cn. Pompeium gestum est, accepisset, assignanda esse dixit. *Ut igitur in seminibus causa est arborum et stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. Doletis tris exercitus populi R. interfectos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? eos quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflicta est? afflixit Antonius.* Manifesto autem nunc intelligit Demosthenem, principem Græcorum Oratorum: idem enim quoque in Or. c. Ctesiph. exprobravit ipsi Æschines: *Καὶ ταῦτα ἡμῖν συμβέβηκεν ἐξ ὅτου Δημοσθένης πρὸς τὴν πολιτείαν εἰσελήλυθεν.* VICTOR.

24, 8. *Ὡς ὁ Δημάδης*] De *Demade* vid. Ruhnken. hist. crit. Orat. Gr. in Orat. Gr. Reiskii Vol. VIII, p. 150. BUHLE.

24, 9. *αἵρεσις—ἐδόθη.*] Euripides Iph. Aul. 66. *Ἐπεὶ δ' ἐπιστώθησαν, εὖ δὲ πῶς γέρων Ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενὶ, Δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστῆρων ἕνα.* VICTOR.

24, 9. *Αὐτῇ ἐδόθη*] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. *αὕτη ἐδόθη.* Idem legit haud dubie Georgius Trapezuntius; nam vertit: *cum eligenti a patre daretur.* Male. Nostram lectionem a Victorio exhibitam tuetur etiam vetus interpres Latinus. De re conf. Euripidis *Iphigeniam in Aulide.* Eundem locum Aristoteles jam attigit Elench. Soph. cap. 5. BUHLE.

24, 9. *Ὕβριν εἶναι*] Legitur in marg. ed. Venetæ: *μὴ ὕβριν εἶναι.* BUHLE.

24, 9. *ἄρχῃ χειρῶν ἀδικῶν.*] *Quando ipse auctor princepsque injuriæ fuerit.* Rhetor. ad Alex. *Συνέκοψας μου τὸν υἱόν. Ἔγωγε, χειρῶν ἀδικῶν ἄρχοντα.* Quo exemplo etiam declaratur illam contumeliam esse, cum quispiam prior ferit. Sed etiam

Demosthenes c. Aristocratem, p. 635. unde intelligitur hæc in lege, quæ has injurias vetabat, verba posita fuisse: voluit enim scriptor ipsius, si quis injuriam acceptam ulciscens, quempiam percussisset, intelligi contra legem non fecisse. Ἂν τις τύπτῃ τινά φησιν ἄρχων χειρῶν ἀδίκων· ὡς, εἴ γε ἠμύνατο, οὐκ ἀδικεῖ. VICTOR.

24, 10. ἐν τοῖς ἐριστικοῖς.] In disputationibus Sophistarum, fraude et fallaciis adversarios eludentium. *Ex eo quod non simpliciter, sed adjuncto aliquo verum est.* Idem locus monstratur Elench. Soph. V. 3. *Simpliciter* id esse dicitur, quod absolute effertur citra temporis, loci, alteriusve circumstantiæ adjectionem: *secundum quid* autem, quod circumstantiæ apposita conditione restringitur. SCHRADER.

24, 10. Ἀλλὰ κατά τι γίγνεται] Codd. fere omnes Victorii, et margo Ven. ἄλλο τι γίγνεται. Ald. Ven. Bas. Frob. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Morel. Victor. Sylb. Casaubon. Duvall. Schrader. Londin. ἀλλά τι γίγνεται. Minus bene. Secutus sum editores Lipsienses, qui ex ed. Isingr. ἀλλὰ κατά τι γίγν. receperunt. BUHLE.

24, 10. Ἀλλὰ κατά τι γίγνεται.] Ex ed. Isingr. sine auctoritate et sine caussa idonea κατὰ receptum est in Lips. et Bipont. quod exemplaria cetera non agnoscunt, et itidem paullo post legitur ἀλλά τι εἰκὸς, subaudito κατά. VATER.

24, 10. Ἔστι τὸ μὴ ὄν.] Edd. omnes, ἔστι τὸ μὴ ὂν, ὄν. Sine dubio mendum hoc est. In exemplo Bipont. repetitur.— Παρὰ τὸ μὴ ἁπλῶς. Edd. Ald. Bas. Cam. articulum τὸ omittunt. VATER.

24, 10. Ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει] Senarii in textu sequentes ex *Agathonis* fabula quadam hodie deperdita excerpti sunt. De Agathone vid. Schol. ad Aristophan. Ran. 84. cujus verba exscripsit Suidas v. Ἀγάθων. Conf. Aristophan. Thesmophoriaz. init. et Philostrat. de Vitis Sophist. p. 497. ed. Paris. 1608. fol. BUHLE ex SCHRADER.

24, 10. Γίγνεται γὰρ τό.] Schol. Gr. et Muretus videntur legisse, γίγνεται γάρ τι. In verbis, καὶ πρός τι, ed. Cam. καὶ non habet. Paullo post pro ποιεῖ συκοφαντίαν, edd. Ald. Bas. Cam. τὴν συκοφαντίαν. Contra in iis, quæ statim sequuntur, καὶ ἐνταῦθα, παρὰ τὸ εἰκὸς, in edd. Ald. Bas. articulus τὸ deest. VATER.

24, 10. Οὐ προστιθέμενα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. οὐ προστιθέμενον. Minus bene. BUHLE.

24, 11. Ἔστι δ' ἐκ τούτου.] Edd. eædem et Cam. ἔστι δὲ τούτου. VATER.

24, 11. ἡ Κόρακος τέχνη.] Non parum commendat hunc de duplici verisimili locum, quod illo prisci cujusdam rhetoris tota ars absolvebatur. Eodem argumento ad loci alicujus dialectici commendationem usus quoque fuit supra c. 23, 21.

Coracem et Tisiam, Siculos, dicendi artis præcepta primos omnium conscripsisse Cicero ex Aristotele memorat in Bruto c. 12. Eosdem artis illius inventores et principes appellat De Orat. I. c. 20. Ex his Tisiam Lysiæ et Isocratis præceptorem fuisse in X. Rhetorum vitis Plutarcho tributis docetur pp. 195. et 196. SCHRADER.

24, 11. Κἂν ἔνοχος ἂν] Ald. Bas. et Ricc. καὶ ἔνοχος ἄν. BUHLE.

24, 11. Οἷον ἂν ἰσχυρὸς ὤν] Vetus interpres Latinus vertit: *non fortis existens.* Legit igitur: οἷον οὐκ ἰσχυρὸς ὤν. Perperam. BUHLE. Legit ille ἀνισχυρὸς cum A.

24, 11. ἧττω λόγον.] Vide quæ collegit Cresollius Theatr. Rhet. I. 11.

24, 10. Καὶ τὸ τὸν ἧττω λόγον κρείττω ποιεῖν] Vulgo: καὶ τὸ τὸν ἧττω δὲ λόγον κρ. π. Expunxi δὲ hoc loco, et rejeci illud ad sequentia post ἐντεῦθεν. Hæc enim est lectio Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. eaque melior. Cic. Brut. cap. 8: *Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceius, Hippias Eleus, aliique multi docere se profitebantur arrogantibus sane verbis,* quemadmodum causa inferior, *ita enim loquebantur,* dicendo fieri superior posset. *Iis sese opposuit Socrates.* Quod ex Aristotelis loco patet, *Protagoras* hujus arrogantis dicti primus auctor fuit; hinc illud simpliciter audiit Πρωταγόρου ἐπάγγελμα. BUHLE.

24, 11. ψεῦδος—εἰκός.] Halicarnasseus quoque in Ep. ad Hammæum de hoc verisimili loquitur, tamquam pessimo ac malitiæ plenissimo: traditque superare ipsum fallacia cetera omnia argumenta: vocat enim ipsum κακουργότατον τῶν ἐπιχειρημάτων. VICTOR.

CAP. XXV.

25, 1. Περὶ λύσεων.] Eodem ordine progressus est in Sophisticis Elenchis, quorum pars secunda huic Rhetoricorum capiti respondet. SCHRADER.

25, 1. Περὶ δὲ λύσεων] Cod. Victorii et vetus versio Latina: περὶ δὲ λύσεως. Melius. Cf. ad hoc caput Rhet. III, 17. et Anal. Prior. II, 26. BUHLE.

25, 1. ἀντισυλλογισάμενον κ. τ. λ.] Ἀντισυλλογισμὸς est, cum syllogismum adferimus, cujus conclusio conclusioni syllogismi adversarii contradictorie opponitur. Ἔνστασις sive *instantia* est, cum ut ipse Noster infr. 26, 4. declarat, *aut syllogismum non recte conclusum, aut falsum aliquid pro vero sumtum esse* ostenditur, h. e. cum vel materia vel forma syllogismi adversarii reprehenditur. Hoc antisyllogismi et instantiæ discrimen clare docuit quoque c. seq. et III. 17. Item Prior. Analyt. II. 26. SCHRADER.

25, 1. Ἔνστασις quomodo differat a contrario syllogismo, vid. c. XXVI, 4. et Analyt. Pr. II. c. 28. (26.) *Inter exceptionem et propositionem* (quæ major sit in syllogismo, cuique altera subjiciatur,) *hoc interest, quod illa potest esse universalis; propositio vero vel omnino nequit, vel saltem in syllogismis universalibus non potest.* VATER.

25, 1, ἀντισυλλογισάμενον ἢ ἔνστασιν.] Cicero de Orat. II. 53. non inerudite et ipse, quod hic traditur, explicavit: significat enim duobus modis resisti posse argumento adversarii: aut tuo quopiam argumento, quod contrarium comprobet (id quod Aristoteles inquit ἀντισυλλογίσασθαι) aut illius argumento reprehendendo, quod vitium aliquod in se contineat, quæ etiam ratio simplex non sit; sed quod aut vitium sit in materia, ut nunc loquuntur, aut in forma. *Sed argumento resistendum est,* inquit, *aut iis, quæ comprobandi ejus causa sumuntur, reprehendendis, aut demonstrando id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis, nec esse consequens: aut, si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut gravius, aut æque grave.* Cum autem ἔνστασις verbum sit dialecticorum, et ἐνστῆναι valeat resistere et occurrere alicui rationi, ac tamquam impedire, ne aliquid inde efficiatur, exitumque habeat res illa, eodem tamen verbo, idem significare volens, usus est Isocrates in libro quem scripsit ad Philippum Maced. τάχ' οὖν ἄν τις ἐνστῆναι τοῖς λεγομένοις τολμήσειε λέγων κ. τ. λ. VICTOR.

25, 2. Ἐνδέχεται ποιεῖν] Margo Ven.: ἐνδ. εἰπεῖν. BUHLE.

25, 3. ἐν τοῖς Τοπικοῖς.] Non intelligit suos Topicorum libros, in his enim de quatuor istis ἐνστάσεων modis non egit, sed intelligit ipsam ἐξ ἐνδόξων argumentandi rationem, omnibus hominibus familiarem et veluti innatam, ut docuit Rhet. I. 1. Eodem sensu Topica allegat II. 23, 9. et Eristica ac Dialectica 24, 10. SCHRADER.

25, 3. Ἐκ ταὐτοῦ] Revocavi lectionem Victorii, utique meliorem vulgata ἐξ ἑαυτοῦ. Vetus interpres Latinus, et Georgius Trapezuntius: *ex eodem.* Sic quoque infra §. 4. pro ἀφ' ἑαυτοῦ reposui ἀπὸ ταὐτοῦ. BUHLE.

25, 4. ἀφ' ἑαυτοῦ.] Cum ex eo, quod antecedenti enthymematis nobis oppositi, ejusdemque vel subjecto vel prædicato inest, contrarium argumentum exsculpitur, eoque id quod objectum est confutatur. SCHRADER.

25, 4. Περὶ ἔρωτος.] Edd. Ald. Bas. Cam. περὶ ἔρωτα. VATER.

25, 4. Εἴη ἐνθύμημα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. εἶη τὸ ἐνθύμημα. BUHLE.

25, 4. οἷον εἰ περὶ ἔρωτος.] Si inter præmissas nobis oppositi enthymematis sit illa, *Amor bonus est,* duobus ea modis refelli potest, vel si contrarie oppositam, *Omnis amor est malus,*

vel si contradictoriam, *Quidam amor non est bonus*, tuo argumento concludas. Prius appellatur hic καθόλου, posterius κατὰ μέρος. E. g. Omni amori inest indigentia: amator enim desiderat rem cupitam, eaque indiget Rhet. I. 12. Omnis ergo amor malus est. Sed et eadem propositio hoc modo confutabitur: Amor quo Byblis Caunum fratrem suum deperiit, nefarius fuit, et malus. Ergo quidam amor malus est. Hæc conclusio cum contradictorie opponatur antecedenti sive minori adversarii, eam convellet. De *Caunio amore* v. Ovid. Metamorph. IX. 453. Hesych. Steph. Suid. in v. Καῦνος, et Erasmi Adag. SCHRADER.

25, 4. Καθόλου εἰπόντα] Morel. Sylb. Casaub. Duvalk. Londin. καθόλων εἰπόντα. BUHLE.

25, 4. Οὐκ ἂν ἐλέγετο Καύνιος ἔρως] Sic recte emendavit e Cod. antiquissimo Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. οὐκ ἂν ἐλέγετο κάλλιστος ἢ (Isingr. καὶ) κάκιστος ἔρως. Vetus interpres Latinus: *non utique diceretur optimus aut pessimus amor.* Neque alia expressit Georgius Trapezuntius. At patet, Aristotelem ad pervulgatum proverbium allusisse Καύνιος ἔρως. Facile intelligitur, quomodo proverbii ipsius loco glossema in textum irrepserit. BUHLE.

25, 5. Ὅτι ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ.] Edd. eædem, ὅτι ἀγαθός; §. 6. Ὅτι οἱ κακῶς, pro ὅτι οἱ κακῶς, et §. 7. ὅτι μεθύουσι, pro ὅτι τοῖς μεθύουσι. VATER.

25, 6. ὅτι οἱ κακῶς—φιλοῦσιν.] Exemplum etiam hoc esset superioris modi, i. e. ἐνστάσεως quæ ducitur *a contrario*: contrarii enim sunt inter se, qui malum acceperunt, illis, qui bonum, ut etiam *odio habere* contrarium est ei, quod dicimus *diligere*; nec tamen non exemplum etiam est parium ac similium. Nam qui injuriam acceperunt, si odio ducuntur, similes in contraria re sunt illis, qui commodo accepto diligunt, nec impedit, quin eadem res diversorum argumentorum exemplum esse possit aliter atque aliter acceptorum. VICTOR.

25, 7. Ἔνστασις ὅτι, οὐκ οὖν ὁ Πιττακὸς] Ita exhibui sensu exigente. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ὅτι omittunt. Non male. Pro οὐκ οὖν vulgo legitur οὔκουν. Illud prætuli, et habet sic quoque ed. Isingr. BUHLE.

25, 7. Πιττακός.] Vide Aristot. Polit. II. fin. Ethic. Nic. III. 5. Diogen. Laërt. I. 76. quæ loca congessit Wyttenbachius ad Plutarch. Sept. Sap. Conv. p. 155. F.

25, 8. ἐπεὶ] Ut demonstret omnia adversaria argumenta, qualiacunque sint, per ἔνστασιν posse solvi, repetit quæ de materia syllogismorum oratoriorum Lib. I. c. 2, 11. seqq. fusius sunt tradita, eaque hic ad quatuor fontes revocat, *verisimile*, *exemplum*, τεκμήριον, et *signum*. Ex horum aliquo cum omnia enthymemata ducantur, nihil autem istorum sit, quod

non solvi queat, sequitur nunquam defore oratori ἔνστασιν, qua adversarii argumentum convellat, præsertim si quatuor illos jam expositos ἐνστάσεων modos attenderit. SCHRADER.

25, 8. ἐπεὶ δὲ τὰ ἐνθυμήματα.] Protasis est, cujus apodosis (φανερὸν, ὅτι) longo post intervallo sequitur. Enthymema autem hic latissime accipitur pro omni argumentatione oratoria, quomodo exemplum sub se comprehendit, cui alias ut I. 2, 9. alibique passim opponitur. SCHRADER.

25, 8. Ὅταν λαβὼν τὸ καθόλου, εἶτα συλλογίσηται τὰ κατὰ μέρος.] Hæc non conveniunt cum iis, quæ L. I. 2, 17. legebantur: in inductione exemplum unum aut nonnulla, quæ afferantur, *se habere ad rem probandam, ut pars se habet ad partem.* (Cf. ibi dicta ad §. 8.) Quare arbitror hoc scholion esse, quo dialecticæ inductionis natura declararetur a quopiam, qui inter utramque differre non intelligeret. Accedit, quod ceteræ probandi rationes breviter sine ejusmodi descriptione notantur. Conjectura confirmatur auctoritate Mureti, qui in versione hæc non expressit. Pronuntiatum, quod postea legitur, τὸ δ' εἰκὸς οὐ τὸ αἰεὶ, ἀλλὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, Victorio suspectum est, et sane scholii speciem id quoque præ se fert. Sunt tamen utraque in Schol. Gr. VATER.

25, 8. Τὰ κατὰ μέρος] Eædem edd. singulariter: τὸ κατὰ μέρος. In antecedentibus post ἐπαγωγῆς Victorius censet delendum esse διὰ, quod sensum turbet; quare illud uncis seclusi. BUHLE.

25, 8. Καὶ ὄντος, διὰ τεκμηρίου] Eædem edd. καὶ ὄντος τεκμηρίου. Melius forsitan. Georgius Trapezuntius vertit: *quæ ex iis inferuntur, quæ necessario indicio sunt.* BUHLE.

25, 8. Καὶ ὄντος διὰ τεκμηρίου.] Διὰ cum abesset ab edd. vett. a Victorio ex codice antiquiss. et prisco Intpr. recte restitutum est. Opus est hac vocula, ut respondeatur verbis, ἐκ τῶν εἰκότων, διὰ παραδείγματος, διὰ σημείων. VATER.

25, 8. Ἡ τοῦ ἐν μέρει ὄντος] Ibidem: ἢ ἐν μέρει ὄντος, sine articulo. BUHLE.

25, 10. Ἀποδείκνυσιν] Ibidem: ἐπιδείκνυσιν. BUHLE.

25, 10. Ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἀναγκαῖον· ὁ δὲ κριτὴς] Ex emendatione Victorii, quam omnes MSti, et vetus versio Latina confirmant. Ald. Bas. Ven. Spir. ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἀεί· αὐθὺς ὁ κριτής. Cam. quam Majorag. plerumque sequitur, e marg. Ven. nostram lectionem recepit, nisi quod pro ὁ δὲ κριτὴς habet αὐθὺς ὁ κριτής. Consentit nobiscum quoque ed. Riccoboni, omisit tamen δὲ ante κριτής. BUHLE.

25, 10. Ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἀναγκαῖον.] Ed. Bas. ἀλλὰ εἰ—Ὁ δὲ κριτής. Ed. eadem et Ald. Cam. αὐθὺς ὁ κριτής. Vulgatum Victorius in omnibus libris scriptis invenit. Idem ex prisco Intpr. dedit οὐχ αὑτῷ κριτέον. Edd. vett. οὐκ αὐτῷ. Cum post ὥσπερ ἐλέγομεν, maxima interpunctione vulgo distinguatur,

sententia hujus loci penitus corrumpitur. Tunc protasis, ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν κατηγορῶν, sine apodosi est. Itaque colo interpungere oportet. Apodosis continetur verbis, οὔκουν ἱκανόν; et quæ statim ante, inde a verbis, οὐ γὰρ ἂν ἦν εἰκὸς, usque ad τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρινεῖν leguntur, perinde ac incisum, ἔστι δὲ —οὐκ ἀναγκαῖον, parentheseos signis includenda sunt. VATER.

25, 10. Οὐχ αὐτῷ κριτέον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. Schrader. Lips. οὐκ αὐτῷ. Minus bene. BUHLE.

25, 10. Τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν] Rhet. I, 15. BUHLE.

25, 11. ἢ τῷ χρόνῳ.] Ut supra de Helena, Quicquid pater liberis concedit, id liberis licet facere: at non semper, sed dum in ejus potestate sunt. Ἢ τοῖς πράγμασιν. Ut, Decet filium persequi injurias patris; sed in alienis personis, non in matre: et jure potius quam vi. Εἰ ἀμφοῖν. Vim vi repellere licet, sed absque cæde, et non in die festo. PORTUS.

25, 11. Τὰ κυριώτατα δὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. κυριώτατον δέ. Cum articulus τὰ absit a plurimis aliis edd. uncinis illum compescui. BUHLE.

25, 11. Εἰ γὰρ τὰ πλεονάκις.] Nec tamen, quamvis ambo conjungi præstaret, non multum adjuvat demonstrare sæpius id, frequentiusque effici. Respondent autem hæc verba superioribus illis, τοῦτο δὲ συμβήσεται, ἐὰν ᾖ ἡ ἔνστασις μᾶλλον ὡς ἐπιτοπολύ: si namque proximis hærerent, videbatur et tempus et res copulari debuisse, cum temporis tantum hic mentio fiat: nisi quis putet, quod alterum significet, defuisse: infra namque, καὶ εἰ τὰ πλείω καὶ πλεονάκις οὕτω: nihil tamen, quod hanc lect. adjuvet, inveni; nisi quod in antiquissimo libro πλειονάκις legitur, ut fortasse pars extrema ejus verbi, quod desideretur, primæque consequentis sententiæ et voces et syllabæ, relictæ temere a librario fuerint. VICTOR.

25, 12. Λύεται δὲ καὶ] Abest καὶ ab iisdem edd. BUHLE.

25, 12. Ἐν τοῖς πρώτοις] Conf. supra cap. 24, et I, 2. BUHLE.

25, 12. Ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν] Analyt. Prior. II, 27. BUHLE.

25, 13. Τὰ παραδειγματώδη] Sic legunt meliores Victorii Codd. et vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. τὰ παραδείγματα. Conjicit Victorius, utrumque ab Aristotele scriptum fuisse, et παραδείγματα et παραδειγματώδη, ut supra dictum est: τὰ σημεῖα καὶ τὰ διὰ σημείου ἐνθυμήματα, nec non infra: τὰ δὲ τεκμήρια καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα. Ordo verborum in textu ita instituendus est: πρὸς δὲ τὰ π. ἡ αὐτὴ λύσις, (ἡ) καὶ (πρὸς) τὰ εἰκότα. BUHLE.

25, 13. Ἢ καὶ τὰ πλείω] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Majorag. καὶ εἰ τὰ πλείω. Nostrum dedit Victorius e MStis. BUHLE.

25, 13. Ἢ καὶ τὰ πλείω.] Ita edd. Ald. Bas. et libri scripti. Edd. aliæ vett. καὶ εἰ τὰ πλείω. Hoc Muretus videtur reddi

disse: *et multo magis, si plura et sæpius ita evenire doceamus.* Vulgatum recte habet, dummodo hoc enuntiatum non suspendeas a præcedenti ὅτι. VATER.

25, 14. Γίγνεται ἀποδείξει] Cod. antiq. Victorii et vetus interpres Latinus: γίγνεται ἀπόδειξις. BUHLE.

CAP. XXVI.

26, 1. αὔξειν—ἐνθυμήματα.] Aliud est enthymematis elementum locusque, aliud enthymema ipsum: ut enim augere ac minuere locos esse enthymematum negarat, ita enthymemata esse nunc affirmat; i. e. enuntiationes quasdam, et proprios augendi conterendique locos: rem autem ita se habere, a simili ducto argumento, probat: ut enim loci quidam proprii inveniuntur, qui bonum malumve quippiam esse confirmant, et alii, qui æquum aut iniquum, necnon, qui honestum aut turpe; ita hi extant, quorum auxilio amplum aliquid aut minutum esse docere possimus. VICTOR.

26, 1. Ἐνθυμήματος στοιχεῖον] Vetus interpres Latinus: ἐνθυμημάτων στοιχεῖον. BUHLE.

26, 1. Τὸ αὔξειν καὶ μειοῦν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. τὸ αὔξειν καὶ τὰ μειοῦν. BUHLE.

26, 3. Οὐδὲ τὰ λυτικὰ ἐνθυμήματος εἶδός τί ἐστιν] Recte sic emendavit Victorius e Cod. antiquissimo, et vetere versione Latina. Edd. eædem et Spir. οὐδὲ τὰ λ. ἐνθυμήματα εἶδός τί ἐστιν. Hæc quoque expressit G. Trapezuntius. Male. Nam Aristoteles infra docet, *instantiam*, qua tamen argumentatio *dissolvi* potest, non esse enthymema. BUHLE.

26, 3. κατασκευαστικῶν.] Vide Spalding. ad Quintil. III. 9, 5.

26, 3. Ἢ ὁ ἔνστασιν ἐνεγκών.] Edd. Ald. Bas. Cam. articulum ὁ omittunt. Ex ed. Cam. ἡ in verbis εἴη ἡ διαφορά; et ἤ ἐστιν in his, οὐκ ἔστιν ἤ ἐστιν, excidit. VATER.

26, 3. Ἀνταποδεικνύουσι] Edd. supra laudatæ singulariter: ἀνταποδείκνυσι. Verum omnes Victorii Codd. MSS. pluralem agnoscunt. In sequentibus restitui verba εἰ δὲ, ὅτι οὐ γέγονεν, οὗτος, ὅτι γέγονεν, quæ e textu ed. Lips. operarum peccato excidere. BUHLE.

26, 4. Ἐν τοῖς τοπικοῖς.] Valet hic ἐν τοῖς τοπικοῖς, ut supra, *in re topica*. In Sophist. Elench. hunc modum loquendi sæpe usurpavit, ut cum inquit, Ἐν μὲν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς: et ἐν δὲ τοῖς ῥητορικοῖς αἱ κατὰ σημεῖον ἀποδείξεις: nec multo post, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς et aliis etiam in locis. Cicero quoque, ut opinor, cum in Bruto inquit, c. 31. *Istorum* in dialecticis *omnis cura consumitur*, eodem intellectu id verbum cepit. Tradit autem nihil aliud esse ἔνστασιν, nisi in medium afferre opinionem aliquam ad persuadendum aptam,

qua planum fiat, firmiter conclusum ab adversario non esse, aut aliquid sumptum ad probandum, quod falsum sit: opinionem autem, non propositionem appellavit, quia eo nomine vocantur, quæ jam syllogismo enthymemative destinatæ sunt. VICTOR.

26, 4. Ἐξ ἧς] Ald. Bas. Ricc. ἐξῆς. Perperam. BUHLE.

26, 5. Ante hanc §. leguntur in omnibus Victorii Codd. MStis, quæ in edd. libri sequentis prima verba sunt: ἐπεὶ δὲ τρία ἐστιν, ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τὸν λόγον, ὑπὲρ κ. τ. λ. Eadem etiam hoc loco vetus interpres Latinus expressit. Arbitratur autem Victorius, id olim alicujus librarii negligentia commissum esse, cujus erratum a reliquis postea, qui inde exscripserunt, animadversum correctumque non sit. BUHLE.

26, 5. Quod ante verba ὕπερ μὲν in omnibus libris scriptis Victorius invenit libri tertii initium, ἐπειδὴ—τὸν λόγον, id etiam eodem loco in edd. Ald. Bas. perperam inculcatum est. VATER.

26, 5. περὶ τὴν διάνοιαν.] Dicens τὰ περὶ τὴν διάνοιαν, omnia significat, quæ ad sensus animi proferendos, notionesque pertinent. VICTOR.

26, 5. Καὶ ὡς αὐτὰ λύσομεν.] Edd. Ald. Bas. Cam. ὡς αὐτήν. Illud Victorius ex codice antiquiss. et prisco Intpr. recte restituit. VATER.

26, 5. Λοιπὸν δὲ διελθεῖν] Ex emendatione Victorii. In edd. Victoriana prioribus λοιπὸν δὲ διεξελθεῖν. BUHLE.

26, 5. Λοιπὸν δὲ διελθεῖν est ex libris scriptis omnibus. Edd. vett. διεξελθεῖν. VATER.

ANIMADVERSIONES VARIORUM

AD

LIBRUM TERTIUM

RHETORICORUM ARISTOTELIS.

1, 1. ΕΠΕΙΔΗ.] Priscus Intpr. teste Morellio et edd. Cam. Argent. ἐπειδὴ δέ. VATER.

1, 1. Δεύτερον δὲ] Vetus interpres Latinus, et Cam. ἐπειδὴ δέ. BUHLE.

1, 1. Ὅτι ἐκ τριῶν εἰσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ὅτι ἐκ τριῶν ἐστι. Perperam. BUHLE.

1, 1. ἡ γὰρ τῷ αὐτοὶ] Expressit hunc locum Cicero De Orat. II. 27. *Ratio omnis dicendi,* inquit ibi Antonius, *tribus ad persuadendum rebus est nixa, ut probemus vera esse ea quæ defendimus, ut conciliemus nobis eos qui audiunt, ut animos eorum ad quemcunque caussa postulabit motum vocemus.* Et ibid. c. 29. *Necesse est, ut is, qui nobis caussam adjudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur.* SCHRADER.

1, 1. εἴδη—τόποι.] Per *species* enthymematum intelliguntur loci unicuique generi caussarum proprii; per *locos,* κατ' ἐξοχὴν loci communes et communissimi. Ita enim ipse has voces interpretatur I. 2, 22. Alio sensu species enthymematum dicuntur II. 22, 14. SCHRADER.

1, 2. Λέξεως.] Λέξιν quid hic appellet apertum est: idem scilicet, quod Phalereus Ἑρμήνειαν. Eodem hoc verbo, in eadem re significanda, usus est Isocrates in Or. ad Philipp. p. 83. A. ὥστε μηδένα τὸν λόγον αὐτὸν, μηδὲ τὴν λέξιν ἐπαινεῖν, ὡς ἀκριβῶς καὶ καθαρῶς ἔχουσαν. VICTOR.

1, 3. κατὰ φύσιν.] Sic locutus est Poet. init. ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων. VICTOR. Vide de Part. Anim. II, 10.

1, 3. Οὔπω δ' ἐπικεχείρηται] Ald. Bas. Ricc. οὔπω δ' ἐπικέχρηται. Minus bene. Cf. §. 7. BUHLE.

1, 3. Τὸ περὶ τὴν ὑπόκρισιν.] Edd. Ald. Bas. Victor. Isingr.

Cam. Sylb. Casaub. Schrad. τὰ περὶ τ. ὑποκρ. Illud edd. Lips. Bipont. vel mendum est, vel sine caussa et sine auctoritate mutatum. VATER.

1, 3. Αὐτοὶ τραγῳδίας] Ita dedit Victorius e Codd. et vetere versione Latina. Recte. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. αὐτὰς τὰς τραγῳδίας. Isingr. Cam. Spir. Major. αὐτοὶ τὰς τραγῳδίας, cum articulo. BUHLE.

1, 3. ὑπεκρίνοντο γὰρ] Confirmat Horatius A. P. 277. *Quæ canerent agerentque peruncti fœcibus ora.* Nam ipsos poëtas intelligo perungi fœce. Id etiam ostendit Plutarchus v. Solonis p. 95. C. ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. VICTOR.

1, 3. Γλαύκων] Vide Wolfii Prolegom. Homer. p. CLXII. Schneider. ad Xenoph. Sympos. III. 6. Tyrwhitt. ad Aristot. A. P. 46.

1, 3. Καὶ Γλαύκων ὁ Τήϊος.] Cf. Aristot. Poët. cap. 25. BUHLE.

1, 4. Ἔστι δὲ αὕτη] Ald. Ven. Bas. Ricc. ἔστι δὲ αὐτή. BUHLE.

1, 4. ἐν τῇ φωνῇ.] Cum hic manifesto Aristoteles in voce sola actionem manere velit, Cicero corporis motum addidit: constare namque illam et voce et motu dixit: ad actionis tamen usum atque laudem maximam sine dubio partem vocem obtinere confessus est. Quod autem ad ea, quæ nunc aguntur, hic valet, hanc omnem rem erudite ipse, diligenterque in III. libro de Oratore tractavit, ac pulcherrimis exemplis illustravit. Quare studiosos hortor, ut locum illum, ad ea, quæ nunc brevi hic traduntur explananda, valde accommodatum, legant, c. 58. *Aliud enim vocis genus iracundia sibi sumat, acutum, incitatum, crebro incidens, &c.* VICTOR.

1, 4. Καὶ πότε μέσῃ.] In edd. Ald. Bas. Cam. πότε deest. VATER.

1, 4. ὀξείᾳ—μέσῃ.] Vide Twining. Int. A. P. p. 423.

1, 4. νῦν τῶν ποιητῶν] Vide Twining. ib. p. 278, 279.

1, 4. τόνοις.] Vox a chordis translata. Cicero De Orat. III. 56. *Nam voces, ut chordæ, sunt intentæ, quæ ad quemcunque tactum respondeant.* Tribus autem modis illa variatur, cum aut contenditur, aut remittitur, aut mediocritatem quandam inter hæc duo retinet: primum sonum *acutum*, secundum *gravem*, tertium, mediumque inter illos, *flexum* appellarunt: cum muliebri autem genere, ὀξείᾳ, et βαρείᾳ, et μέσῃ usus sit, intellexit φωνῇ aut προσῳδίᾳ. VICTOR.

1, 4. ῥυθμοῖς τισι.] Hi pedes perturbant mirifice animum; hi, contra, tranquillant: quod Hermogenes docet multis locis, cum ostendit hanc aut illam formam dicendi speciemque suos quosdam, sibique aptos numeros, postulare. Et Plutarchus Erotic. T. II. p. 759. A. ταυτὶ δὲ τὰ Βακχικὰ καὶ

Κορυβαντικὰ σκιρτήματα, τὸν ῥυθμὸν μεταβάλλοντες ἐκ τροχαίου, καὶ τὸ μέλος ἐκ Φρυγίου, πραῦνουσι καὶ καταπαύουσιν. VICTOR.

1, 4. Πρὸς ἕκαστα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πρὸς ἕκαστον. Georgius Trapezuntius: *et quibus in unoquoque numeris.* BUHLE.

1, 4. Περὶ ὧν σκοποῦσι.] Cod. Victorii et priscus Intpr. περὶ ἃ σκοποῦσι. Idem Schol. Gr. habet. Illorum duorum testium auctoritate paullo post in verbis δύνανται νῦν a Victorio νῦν restitutum est, quod abest ab edd. vett. VATER.

1, 4. ἁρμονία, ῥυθμός.] Plato Legg. II. p. 664. F. 665. A. τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸς ὄνομα εἴη· τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς, τοῦ τε ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκερασθέντων, ἁρμονία ὄνομα. VICTOR.

1, 4. Τὰ μὲν οὖν ἄθλα.] Cicero de Orat. III. 56. *Sine hac,* (actione sc.) *summus orator esse in numero nullo potest: mediocris, hac instructus, summos sæpe superare.* Et Orat. c. 17. *Nam et infantes, actionis dignitate, eloquentiæ sæpe fructum tulerunt.* VICTOR.

1, 4. ἐκεῖ.] Id est, in fabulis scriptisque poetarum. Hoc verum esse declarat Terentius in Prologo Phormionis: *Quod si intelligeret, cum stetit olim nova, Actoris opera magis stetisse, quam sua, Minus multo audacter, quam nunc lædit, læderet.* VICTOR.

1, 4. Δύνανται νῦν] Abest νῦν ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Sequentia Ven. Cam. Major. sic legunt: οὕτω δηλονότι καὶ κατὰ τοὺς π. ἀγ. Georgius Trapezuntius: *sic et in civilibus.* Non male. Abesse tamen verba οὕτω δηλονότι a Codd. MSS. notavit Victorius. BUHLE.

1, 4. νῦν τῶν ποιητῶν.] Vide Twining. ib. p. 278. 279.

1, 4. καὶ κατὰ] Delevi οὕτω δηλονότι, quæ a MSS. absunt, utpote scholion. Οὕτω alibi apud Aristotelem foris intelligitur, ut Περὶ Ἑρμ. c. 1. Καὶ ὥσπερ οὐδὲ γράμματα πᾶσι τὰ αὐτὰ, οὐδὲ φωναὶ αἱ αὐταί. Civilium autem contentionum nomine complectitur et forenses causas, et deliberationes de rep. habitas in senatu, aut apud multitudinem. VICTOR.

1, 4. μοχθηρίαν] Vitio ac culpa rerumpublicarum, quæ corruptæ sunt, ac multis undique mendis scatent. Nam in optimo reip. statu hæc incommoda nasci non possunt. VICTOR.

1, 5. φορτικόν] De sensu hujus v. consulantur Twiningius Interp. Poët. Aristot. p. 540 seq. et Heindorfius ad Platonis Cratyl. p. 400. A. §. 36. A. Gellius N. A. XVIII. 4. *Molestos et illepidos, quos Græci* μοχθηροὺς καὶ φορτικοὺς *dicerent.*

1, 5. Περὶ Ῥητορικὴν, οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Cam. Frob. Ricc. Major. περὶ τὴν Ῥητ. οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος. Isingr. et Spir. περὶ τὴν Ῥήτ. οὐχ ὡς ὀρθῶς ἔχοντος. BUHLE.

1, 5. Οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος ἀλλ' ὡς.] Conjectura editorum exempli Isingr. οὐκ ὡς ὀρθῶς, videri posset probanda esse. At

Aristoteles etiam alibi prius ὡς omittit, ut c. III, 3. VATER.

1, 5. Περίεργά ἐστιν·] Ald. et Bas. περιεργία ἐστὶν, operarum forsitan vitio, qui editionem Aldinam typis exscripserunt. BUHLE.

1, 5. Μοχθηρία valet hic, nisi fallor, non pravitatem animi, ad omne facinus parati, sed vitium potius naturæ, quæ mala consuetudine deterior facta sit, ac sinat se a vero abduci. VICTOR. Μοχθηρία non significat hic animi ad malum facinus promti pravitatem, sed illam generis nostri labem, qua sono vocis et corporis motu, quæ oculis auribusque subjiciuntur, plerique magis afficimur et ducimur, quam rationibus, quas divinior nostri pars mens introspicit. SCHRADER.

1, 6. Τὸ μὲν οὖν τῆς λέξεως ἔχει τι] Codd. meliores Victorii: ὅμως ἔχει τι. Vetus tamen interpres Latinus quoque ὅμως non agnoscit. BUHLE.

1, 6. Ὡδὶ ἢ ὡδὶ εἰπεῖν. Ed. Cam. ἢ ὡδὶ non habet. VATER.

1, 6. Post verba, οὐ μέν τοι τοσοῦτον, forsan alia quædam ab Aristotele adjecta erant, quæ absumpta sint: certe alioquin hæc non sunt bene connexa. Si *doctrinæ, quæ de elocutione agit, particula quædam in omni disciplina necessaria est;* ne in Geometria quidem tradenda negligi poterit. Atque hoc, ut sententiam tuam luculenter declares, non est ex opinione tantum. Itaque quæ sequuntur, ἀλλ' ἅπαντα—διδάσκει, ad illa pertinere nequeunt. Sed major illius doctrinæ pars, cui ornatus orationis propositus est, *ex opinione est, et in Geometria docenda non usurpatur.* Οὐ μέντοι τοσοῦτον respondet verbis, τι μικρόν. Quæ cum per Grammaticen vix liceat jungere voci ἀναγκαῖον, quæ Sigonii est ratio, *parvam nescio quam habet necessitatem:* ne licebit quidem illa reddere, *neque tamen tanti*, vel, *verum non tantopere*, uti vulgo redditur: sed verterim: *at hæc minima pars est.* Quod si sequebatur, *Pleraque enim ornatum spectant*, aut ejusmodi aliud quid, quo altera major pars doctrinæ de elocutione describeretur; omnia bene cohærebant, neque deerat id, quo οὕτω, et paullo post, ταὐτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ, referretur. VATER.

1, 6. Non reperio satis gravem causam suspicionis Tuæ, nec cur τοσοῦτον ad μικρὸν retuleris. Τὶ μικρὸν ἀναγκαῖον construendo jungi oportet; et ἀναγκαῖον est pro subst. ἀνάγκη. Οὐ μέντοι τοσοῦτον pertinet ad διαφέρει τι. Sensus hic est: Attamen in omni explicatione doctrinæ interest *quiddam*, quali elocutione utare: etsi *non tantum* interest. (Sc. quantum putatur in oratoria). Hanc ob causam dicit, elocutionem *quodam modo necessariam* esse ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. Mox addit: ἀλλ' ἅπαντα φαντασία ταῦτά ἐστι (sic enim scribo, non φαντασία ταὐτά ἐ.) πρὸς τὸν ἀκροατήν &c. Sed omne illud genus, quod

propter popularium civitatum vitia nunc tantopere colitur, *externæ tantum speciei est*, (*s. ostentatione constat*,) et ad auditorem in concione pertinet: quocirca in geometria et severioribus artibus docendis nemo eloquendi artem adhibet. Paullo post κινῆσαι aliter accipitur ab aliis; a nemine, quantum video, recte. Nescio quis adeo absurde tentavit μιμήσασθαι. Aptissimum est κινῆσαι, i. e. *commovere*, illo sensu quo Cicero Or. 12. scribit, ab Herodoto et Thucydide primis *commotam esse historiam*, ut auderet uberius et ornatius dicere. Græcum sic plane est ap. Plutarchum in Solone: τῶν περὶ Θέσπιν ἀρχομένων τὴν τραγῳδίαν κινεῖν. WOLF. Vide Spaldingium ad Quintil. III. 1. 8.

1, 6. οὐ μέντοι τοσοῦτον.] Non tamen tantum interest in ceteris artibus ac disciplinis, quantum in studio dicendi: nisi potius τοσοῦτον valet magnum aliquid, (nec enim plane perspicitur cum quo id conferat) ut affirmet, adjuvare sane id non nihil, non tamen eximium aliquid atque ingentis ponderis præstare. Causa vero ejus est, quod hujuscemodi omnia, si vere quæras, non ad docendum faciunt, sed ad speciem assumuntur, et ad auditorem ipsum referuntur, qui non ita in aliis, ut in dicendi arte, respicitur. Φαντασία ἐστιν, valet, non suapte natura vim habent, sed ex opinionibus hominum penduntur. Πρὸς ἀκροατὴν vero, i. e. auditoris gratia requiruntur, et ejus oblectandi conciliandique sibi causa captantur, non ad rem ipsam explanandam, artemve tradendam necessaria sunt. VICTOR.

1, 6. Ἐκείνη, τέχνη, non λέξις. Nam dictio ornata multo ante in lucem venerat, etsi sero ea quidem, ut manifesto ipse tradidit, quare hæc non desiderabatur: ὑπόκρισις, quæ doceret quomodo oratores vultum conformare, gestus corporis agere, vocem intendere aut submittere deberent, desiderabatur. VICTOR.

1, 7. Οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς Ἐλέοις] Intelligitur *Thrasymachus Chalcedonius*, magni nominis Rhetor et Sophista. Scripserat hic Ἐλέους, sive *Miserationes*, ut Cicero nomen transtulit, in quibus nonnulla de actione ad misericordiam commovendam præceperat. BUHLE.

1, 7. Θρασύμαχος ἐν τοῖς Ἐλέοις.] Hoc Thrasymachi opus respicere videtur Plato Phædr. p. 267. C. ad quem locum Hermias p. 192. ed. Ast. ὁ γὰρ Χαλκηδόνιος, τουτέστιν, ὁ Θρασύμαχος, ταῦτα ἐδίδαξεν, ὡς δεῖ ὡς (εἰς) οἶκτον ἐγεῖραι τὸν δικαστὴν, καὶ ἐπισπᾶσθαι ἔλεον, γῆρας, πενίαν, τέκνα ὀδυρόμενα (an ὀδυρόμενον) καὶ τὰ ὅμοια.

1, 7. Καὶ ἔστι—ἔντεχνον.] Actionis hic rationem ab elocutionis artificio distinguit: illam enim sine arte modice tractari posse tradit, et a natura ipsa proficisci; hanc participem artis, et studio ac diligentia ab hominibus comparari affirmat.

Appellat autem περὶ δὲ τὴν λέξιν, quod ad orationis ornatum pertinet, ut supra locutus est, cum inquit, καὶ τὸ περὶ τὴν λέξιν ὀψὲ προῆλθε: quod vero illud ἔντεχνον esse dicit, in arte positum intelligit: nec ortum a natura habere vult. VICTOR.

1, 7. Διὸ καὶ τοῖς τοῦτο—ῥήτορσιν.] Quare, inquit, qui hanc facultatem habent excolendi orationem, ornateque ac polite dicendi, victores et ipsi e certaminibus discedunt, palmamque inde reportant; ut illi etiam, qui actione valent, conformareque vocem ad res fingendas, atque imitandas possunt: quod proprium est artis histrionum: id enim significare voluit, cum inquit πάλιν: quod tamen ut apertius faceret, addidit, καθάπερ καὶ τοῖς καθ' ὑπόκρισιν ῥήτορσιν: iis namque verbis magis id explanavit. VICTOR.

1, 7. Καθάπερ καὶ τοῖς] Ita restitui. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. Lips. καθάπερ ἐν τοῖς. Parum belle. BUHLE.

1, 8. Ἤρξαντο—κινῆσαι.] Similiter locutus est Plutarchus in Solone p. 95. B. ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ τὸν Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν. Quod vero addidit ὥσπερ πέφυκεν, intellexit, ut consentaneum erat, et naturæ ordine fieri debebat. Cujus rei causam ipse reddit: cum enim nomina, et quæ ex his constat oratio, rerum imago sit, poëtas dicit, qui se ad imitandi studium dederant, in excolenda locutione, quo melius sc. imitarentur, primum laborasse. VICTOR.

1, 8. ὀνόματα μιμήματα.] Uberius Plato Cratyl. p. 423. B. ὄνομα ἄρ' ἐστιν, ὡς ἔοικε, μίμημα φωνῆς ἐκείνου, ὃ μιμεῖται καὶ ὀνομάζει, ὁ μιμούμενος τῇ φωνῇ, ὃ ἂν μιμῆται. Olympiodorus ad Philebum Platonis tradit Democritum nomina vocales imagines rerum appellare consuevisse; ὅτι ἀγάλματα φωνήεντα καὶ ταῦτα ἐστὶ τῶν θεῶν, ὡς Δημόκριτος. VICTOR.

1, 8. Πάντων μιμητικώτατον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. πάντων μιμητικωτάτη. Minus bene. Nam referendum est μιμητικώτατον ad sequens τῶν μορίων. BUHLE.

1, 9. Λέγοντες εὐήθη.] In nonnullis libris scriptis ἀήθη legitur. Schol. Gr. utramque lectionem dicit in codd. inveniri, posteriorem in suo libro habuit. Sed εὐήθη multo aptius est: *inania*, quæ sola dictione exornentur. VATER.

1, 9. εὐήθη.] *Insulsa quædam.* Infra 12, 2. διὸ καὶ τὰ ὑποκριτικὰ, ἀφῃρημένης τῆς ὑποκρίσεως,—φαίνεται εὐήθη. Figmenta vero poetarum nuda, ac numeris ceterisque ornamentis spoliata, quæ ipse μουσικῆς χρώματα appellat, inania plerumque esse, nec respondere gloriæ ipsorum, significavit apud Platonem Socrates Polit. X. p. 601. quam sententiam videtur expressisse Isocrates in Euagora p. 191. A. his verbis; καταμάθοι δ' ἂν τις ἐκεῖθεν τὴν δύναμιν αὐτῶν· ἢν γάρ τις τῶν ποιητῶν, τῶν εὐδοκιμούντων, τὰ μὲν ὀνόματα, καὶ τὰς διανοίας καταλίπῃ, τὸ δὲ μέτρον διαλύσῃ, φανήσεται πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης, ἧς νῦν ἔχομεν περὶ αὐτῶν. Eodem pæne pacto Cicero locutus est, cum quæ res

Isocratem induxerit, ut numeros tantopere amplexaretur, exponeret. *Cum enim videret*, inquit, *oratores cum severitate audiri, poëtas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur.* Videbantur igitur poetæ, adjuti a dictione, ac beneficio denique ipsius tantum honorem sibi ac gloriam comparasse, quod ea, longe diversa a consuetudine uterentur, atque ipsam egregie expolitam, atque omnibus festivitatibus ornatam haberent: et hæc causa, inquit, fuit, cur prima dictio poetica fuerit: primam autem vocat, non qua rudes homines primum uti cœperunt, sed qui operam huic studio dabant, et dicendo clari fieri studebant. Nam Gorgiam ipsum Leontinum sic locutum esse constat. Cicero sæpe hoc testatur, ut in Oratore etiam his verbis. *Gorgias autem avidior est generis ejus, et his festivitatibus, sic enim ipse censet, insolentius abutitur.* Copiose autem Dionysius in v. Lysiæ: qui etiam tradit, cum hoc vitium infecisset nonnullos quoque Atticos oratores, existimasse Timæum illud a Gorgia fluxisse, qui cum Athenas orator venisset, in concione, quam ad populum habuit, cunctos novitate orationis perculit. Idem etiam Halicarnasseus, quibus in rebus poetica hæc tropicaque locutio, quemadmodum ipse eam appellat, sita sit, accurate exponit. VICTOR.

1, 9. Ἐγένετο ἡ λέξις.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἡ omittunt. Paullo post dicitur, εἰς τὸ ἰαμβεῖον μετέβησαν. Qua de re, tetrametros versus cum iambicis commutatos esse, Aristoteles etiam Poet. c. IV. et XXIV. loquitur. Caussa est in eo, quod illi saltationi aptiores essent; hi ad consuetudinem vitæ communis propius accederent. Cf. Bentl. Opusc. p. 258. VATER.

1, 9. Οἷον ἡ Γοργίου] Vide Victorii Comment. p. 547. In antecedentibus pro λέγοντες εὐήθη margo ed. Venetæ offert λέγοντες ἀήθη. Male. BUHLE.

1, 9. ἡ Γοργίου.] Vide Cresollii Theatr. Rhet. III. 23, 2.

1, 9. δηλοῖ δὲ τὸ συμβαῖνον.] Similiter locutus est Nat. Anim. IV. τεκμήρια δὲ τὰ συμβαίνοντα τοῖς εἰρημένοις. VICTOR.

1, 9. Τῶν ὀνομάτων ἀφήκαντο] Ven. Cam. Spir. Major. et reliquæ omnes legunt: τῶν ὀνομάτων ἀφήκασιν. Legendum saltem fuisset ἀφείκασιν, aut ἀφῆκαν. Secutus sum lectionem Aldinam tam hoc loco, quam infra statim, ubi idem verbum repetitur. BUHLE.

1, 9. Ἀφήκασι, ὅσα—ποιοῦντες, ἀφήκασι.] Ἀφήκασι importune repetitum est. Alterutrum ex errore librariorum natum videtur. Prius cum Twiningio (in versione Poëticæ p. 471.) deleverim, quippe quod constructionis significandæ caussa facilius illic poni potuit. Mutata interpunctione tunc bene junguntur enuntiata: ὅσα παρὰ τὴν διάλεκτόν ἐστιν, οἷς δ' οἱ—ποιοῦν-

τες, nec opus est altera Twiningii correctione, qua οἷς τ' οἱ (οἷς θ' οἱ) scribit. VATER.

1, 9. Παρὰ τὴν διάλεκτον] Ald. Bas. et Ricc. περὶ τὴν διάλεκτον. BUHLE.

1, 9. διάλεκτος familiaris communisque modus loquendi vocatur. VICTOR.

1, 9. οἱ πρῶτον.] Intelligit, ut opinor, eos, qui tres hos, quorum fabulæ nonnullæ remanserunt, ætate antecessere: etsi Æschylus minus se removit a consuetudine veterum illorum: multum enim retinet antiquæ illius licentiæ: audacius enim jungit verba, utiturque libenter verbis externis. Sophocles medium se præbuit inter hos ipsos: nec tamquam culpam aliquam timet immiscere orationi verba aliquantum immutata: et quæ, si non nova inauditaque prorsus sunt auribus suorum civium, olent tamen peregrinitatem. Euripides amplitudinem attulit, splendoremque suæ locutioni, delectu verborum elegantium ac politorum, quæ sumpsit e consuetudine, summaque cura inde hausit. VICTOR.

1, 9. Οἷς δ' οἱ πρῶτον ἐκόσμουν] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. οἷς δ' οἱ πρῶτοι ἐκόσμουν. Isingr. οἷς δ' οἱ πρῶτοι τὰ ἐκόσμουν. BUHLE.

1, 9. Καὶ ἔτι νῦν οἱ τὰ ἑξάμετρα] Ricc. et Spir. καὶ ἔτι καὶ νῦν. Ald. Ven. Bas. Cam. Major. καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰς τὰ ἑξάμετρα. Male. Nostrum tuetur etiam margo Ven. BUHLE.

CAP. II.

2, 1. Ἐὰν μὴ δηλοῖ] Vetus interpres Latinus vertit: *quæcunque non manifestaverit.* Legit fortasse: ὃς ἂν μὴ δηλοῖ. BUHLE.

2, 1. Ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἀλλ' οὐ πρ. τῷ λόγῳ, cum articulo. BUHLE.

2, 2. κύρια.] Verba *propria*, quatenus opponuntur translatis. Dionys. Jud. Lys. c. 3. κύρια καὶ κοινὰ καὶ ἐν μέσῳ κείμενα ὀνόματα, opponit τῇ τροπικῇ φράσει. ERNEST. Lex. Techn. in v. Vide Twining. Int. Poet. p. 433.

2, 2. Τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι] Sic recte emendavit Victorius. Eandem lectionem habent margo Ven. et Cam. Spir. et Major. Conf. Aristot. Poët. cap. XXI. Edd. Ald. Ven. Bas. Ricc. τὸ γὰρ ἐξαλαπάξαι. BUHLE.

2, 2. Τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι.] Pro inepta edd. vett. lectione ἐξαλαπάξαι Victorius illud restituit e vestigiis codicis cujusdam. Idem manifesto Schol. Gr. ante oculos habuit. VATER.

2, 2. ἐξαλλάξαι.] Discedere a communi usu sermonis, atque ipsum variare ac commutare. Lib. Poet. 22. σεμνὴ δὲ ἐξαλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν, ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη. Paullo infra §. 5.

τό τε διὰ τὶ εἴρηται· ἐπὶ τὸ μεῖζον γὰρ ἐξαλλάττει τοῦ πρέποντος. Dionysius Hal. in Vita Lysiæ c. 3.: ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κοσμόν τινα προσεῖναι τοῖς λόγοις, ἐξήλλαττον τὸν ἰδιώτην, καὶ κατέφευγον ἐπὶ τὴν ποιητικὴν φράσιν. Est tamen hic locus in excusis Lysiæ codicibus aliquantulum deformatus. VICTOR. Vide Ernesti Lex. Techn. v. ἐξαλλάττειν.

2, 2. Φαίνεσθαι σεμνοτέραν] Ald. Bas. et Ricc. φαίνεσθαι σεμνότερον. BUHLE.

2, 2. Ὅπερ γὰρ] Recepit ὅπερ ed. Lips. ex Isingr. Vulgo: ὥσπερ γάρ. BUHLE.

2, 3. Θαυμασταὶ χὰρ τῶν ἀπόντων εἰσὶν] Sanavit hunc locum ex Codd. Victorius. Ald. et Bas. θαυμαστὸν γὰρ τῶν ἀπάντων ἐστίν. Ven. θαυμαστὴν γὰρ τῶν ἀπόντων ἐστίν. Cam. et Major. θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων ἐστίν. Aliam lectionem expressit Georgius Trapezuntius: *hæc enim ex omnibus admiramur.* BUHLE.

2, 3, Τὸ θαυμαστόν.] Edd. Ald. Bas. Cam. adjiciunt ἐστί. VATER.

2, 3. Πολλά τε ποιεῖ τοῦτο.] Perperam Schol. Gr. τοῦτο accepit ut subjectum: *hoc multum valet.* Paullo post, πολλῷ ἐλάττω εἰσὶ, ex Mureti (Var. Lect. VII. 8.) felicissima emendatione legitur. Ne quis defendat lectionem librorum scriptorum, et edd. tantum non omnium, πολλῷ ἐλάττοσιν. Quæ verba si cum τοῖς λόγοις conjungantur, ut ex antecedentibus ἁρμόττει, subaudias; necessario scribendum erit, πολλῷ ἐλάττοσιν, οὐκ: ibi enim *non convenit.* Præterea propositio, quæ sequitur, ἡ γὰρ ὑπόθεσις ἐλάττων, tunc abundaret. Sin cum Schol. Gr. Victorio, Majorag. Sigon. Sturm. vertas, *multo paucioribus uti licet ornamentis;* ab ellipsin confugis tam duram, ut ne in mediocri quidem scriptore tolerari possit. VATER.

2, 3. πλέον γὰρ ἐξέστηκε.] Quod ait Aristoteles plurimum discrepare argumenta poëtarum ab argumentis oratorum, et personas quoque circa quas versantur, sic exponit Isocrates Evag. p. 190. D. καὶ γὰρ πλησιάζοντας τοῖς ἀνθρώποις τοὺς θεοὺς οἷόν τ' αὐτοῖς ἔστι ποιῆσαι, καὶ διαλεγομένους, καὶ συναγωνιζομένους, οἷς ἂν βουληθῶσι. VICTOR.

2, 3. Ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πολλῷ ἐλάττω εἰσὶν] Legebatur vulgo πολλῷ ἐλάττοσιν, sine sensu, ut visum est editoribus. Recepit ed. Lips. igitur in textum emendationem Mureti (Var. Lect. VII, 8), quam et ego exhibui. Nescio tamen, an non defendi possit vulgata lectio, in qua omnes Codd. MSti, et interpres Latinus conspirant, si ex antecedentibus suppleas τοῦτο ἁρμόττει. BUHLE.

2, 3. ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πολλῷ ἐλάττοσιν.] Hæc verba duriorem structuram faciunt: videturque omnino, nisi forte

mendum hic sit, aliquid intelligi oportere, quod sententiam absolvat, quæ hujuscemodi sit, necesse est: In soluta oratione multo paucioribus uti licet ornamentis auxiliisque. Non multo post, cum eandem sententiam efferret, eodem pæne pacto locutus est: et huic ipsi nomini, quod eo casu positum, videtur verbo carere, unde regatur, βοηθήματα, quasi præsidia et adjumenta, adjunxit. Τοσοῦτον δ' ἐν λόγῳ δεῖ μᾶλλον φιλοπονεῖσθαι περὶ αὐτῶν, ὅσον ἐξ ἐλαττόνων βοηθημάτων ὁ λόγος ἐστὶ τῶν μέτρων. Quia autem aliquis mihi scrupulus in his verbis visus est esse, hoc etiam admonere non alienum putavi, in MSS. nihil varietatis inveniri: et a vet. quoque tralatione receptam hanc lectionem reddi. VICTOR.

2, 3. Εἰ δοῦλος καλλιεπεῖτο] Ald. Bas. et Ricc. κάλλιστα ἐποιεῖτο. Ven. Cam. Spir. Major. καλλιεποιεῖτο. Nostrum habet Cod. antiquissimus Victorii. Georgius Trapezuntius: *si servus ornatiora diceret.* BUHLE.

2, 3. καλλιεπεῖτο.] Verbo usus est Plato Apol. Socr. init. Οὐ μέντοι, μὰ Δί', ὦ ἀ. Α. κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασιν. Hunc locum de eo quod deceat aut non deceat, erudite copioseque persecutus est M. Cicero in Oratore c. 21. *Quam enim indecorum est de stillicidiis, cum apud unum judicem dicas, amplissimis verbis, et locis uti communibus, de majestate P. R. summisse et subtiliter.* Halicarnasseus quoque in v. Lysiæ brevi eadem omnia tetigit: cum autem decoro orationis multum tribuat, appellat id optimam, ad summamque perductam virtutem. VICTOR.

2, 3. Περὶ λίαν μικρῶν] Abest λίαν ab Ald. Bas. et Ricc. BUHLE.

2, 4. λανθάνειν.] Vide Twiningium l. c. p. 470.

2, 4. λανθάνειν ποιοῦντας] Cod. antiquissimus Victorii: λανθάνειν ποιοῦντος. BUHLE.

2, 4. Ἐκεῖνο δὲ] Ald. et Bas. ἐκεῖ δέ. BUHLE.

2, 4. Ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. pro ὡς γὰρ, ut Codd. fide dedit Victorius, habent ὥσπερ γάρ. Muretus l. l. διαβάλλονται mutandum esse censet in διευλαβοῦνται. Eleganter. BUHLE.

2, 4. διαβάλλονται.] Male affecti animo sunt adversus eum qui ficte et artificiose dicit, et quasi adventitium sibi ornatum et alienum adsciscit, ut adversus eum, quem intelligunt insidias sibi moliri. Non enim hic, ut sæpe, διαβάλλονται *criminantur* significat. Eadem pæne notio est hujus verbi apud Plutarch. Symp. VIII. 7. p. 727. B. Ἆρ' οὖν, ὁ Σύλλας ἔφη, διὰ τὸν μύθον, τὸν περὶ παιδοφονίαν, ἀφοσιοῦνται τὰς χελιδόνας, ἄπωθεν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα τὰ πάθη διαβάλλοντες. Longe animos nostros,

ut a sævis illis factis abhorreamus, conformantes: nos quasi inimicos reddentes tam nefariis facinoribus. VICTOR. Vide Wyttenbach. ad Plutarch. p. 37. B.

2, 4. καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους.] Plutarch. Sympos. IV. p. 661. D. διὸ φεύγουσι τὸν μεμιγμένον οἶνον οἱ πίνοντες· οἱ δὲ μιγνύοντες πειρῶνται λανθάνειν, ὡς ἐπιβουλεύοντες. VICTOR.

2, 4. Ἡ Θεοδώρου φωνὴ] De *Theodoro* Tragœdo vide Aristot. Polit. VII, 17. Plutarch. de Sui Laude p. 545. E. VICTOR.

2, 5. Κλέπτεται valet, clam hoc fit, dolus procedit, et artificium non intelligit, qui audit. Ipse infra: οὕτω γὰρ κλέπτεται ὁ ἀκροατής: necnon, οὐ κέκλεπται οὖν. Demetrius Phalereus De Elocut. non semel hoc verbo eodem intellectu, nisi fallor, usus est, cum de frigore orationis disputaret. §. 118. Ψυχρὸν δὲ καὶ τὸ μέτρα τιθέναι συνεχῆ, καθάπερ τινες, καὶ μὴ κλεπτόμενα ὑπὸ τῆς συνεχείας. *Et quæ non tegantur, et obscurentur a continuatione verborum.* Item, ubi de arida locutione agit §. 239. ἡ σύνθεσις δὲ ἀποκεκομμένη, καὶ κλέπτουσα τοῦ διανοήματος τὴν ἄδειαν. Dionysius Halic. Comp. c. 19. καὶ τάσεις φωνῆς αἱ καλουμέναι προσῳδίαι, διάφοροι, κλέπτουσαι τῇ ποικιλίᾳ τὸν κόρον. VICTOR.

2, 5. Κλέπτεται.] Vide Ernesti Lex. Techn. v. κλέπτειν.

2, 5. Ἐν τοῖς περὶ Ποιήσεως] Poët. cap. XXI. BUHLE.

2, 5. γλώτταις.] Vide Ernesti Lex. Techn. v. Γλῶτται. Sturzium de Dialect. Maced. p. 18.

2, 5. Ὕστερον ἐροῦμεν] Cap. III, et VII. BUHLE.

2, 5. Τὸ δὲ διὰ τί.] Edd. Ald. Bas. Cam. τό τε διὰ τί. VATER.

2, 6. κύριον καὶ οἰκεῖον.] Cicero de Orat. III. 38. *Tria sunt in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum.* Probat igitur, dicet aliquis, quæ Aristoteles damnat? Nullo modo hoc verum est: nam et Philosophus modice usurpata, et certis quibusdam locis, non ingrata, inusitata etiam et novata verba esse affirmat. Videtur autem Cicero, quas Græci γλώττας et γλωττικὰ ὀνόματα, *verba inusitata* appellare: et sane externa ac peregrina nomina a communi usu sermonis remota sunt. Quare non sine causa ita vocavit. Latini tamen quoque non vernacula, nec patrii sermonis propria nomina aliquando usurpabant, ut cum barbara ac Græca verba orationi admiscebant; quod sine modo traditur fecisse Lucilius. Quod κύριον autem ac proprium nomen appellet, ipse narrat in libro de arte poëtarum. Κύριον est, inquit, quo passim omnes in re appellanda utuntur; οἰκεῖον suum, et alicui rei maxime accommodatum, significare constat. Animadvertendum an Cicero cum de Orat. III. 39. inquit, *Quid sit, quod omnes translatis, et alienis magis delec-*

tantur verbis, quam propriis ac suis, et κύρια et οἰκεῖα intellexerit? nam statim etiam addit, *Nam si res suum nomen, ac proprium vocabulum non habet* &c. An κύρια tantum, quod magis puto, duobus Latinis verbis expresserit? In oratione enim quoque pro Cæcina inquit, c. 18. *Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare.* Cum tamen apud Græcos οἰκείῳ nomini ἀλλότριον, κυρίῳ μεταφορικὸν ex altera parte respondeat, idque etiam hic Cicero manifesto servarit, (proprium enim translato, suum vero alieno opposuit,) ambo hæc verba exprimere videri potest voluisse. VICTOR.

2, 6. οἰκεῖον.] Vide Twining. l. c. p. 448.

2, 6. Καὶ μεταφορὰ] Cam. et Major. καὶ μεταφοραί. Minus apte. BUHLE.

2, 6. Καὶ μεταφορὰ, μόναι χρήσιμοι.] T. Winstanleius (in ed. Poëticæ Oxon. 1780. p. 183.) conjicit μόνα χρήσιμα hic legendum esse, quod quamquam ad Grammaticen accommodatius esset, non dubito tamen, etiam illud ab Aristotelis manu proficisci potuisse, si ad voc. μεταφορὰ respexerit. VATER.

2, 6. πάντες γὰρ μεταφοραῖς διαλέγονται.] Cicero Orat. ad Brutum c. 24. *Translatione frequentissime sermo omnis utitur, non modo urbanorum, sed etiam rusticorum, siquidem est eorum* gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. SCHRADER.

2, 6. ἐὰν εὖ ποιῇ τις.] Ex communi sermone seligat, et propriis ac translatis utatur. SCHRADER.

2, 6. Ἔσται τε ξενικὸν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἔσται τὸ ξενικόν. BUHLE.

2, 6. Καὶ σαφηνιεῖ] Ald. Bas. et Ricc. καὶ σαφιεῖ. BUHLE.

2, 6. Τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ἀρετὴ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. cum articulo: ἡ τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ἀρετή. BUHLE.

2, 7. Παρὰ ταύτας] Ex emendatione Victorii. Eædem edd. περὶ ταύτας. BUHLE.

2, 7. Παρὰ ταύτας ex Cod. Victorii et prisco Intpr. recte restitutum est. Edd. vett. περὶ ταύτας. VATER.

2, 7. Τοῦτο πλεῖστον δύναται — αἱ μεταφοραί.] Τοῦτο πλεῖστον jungi nequit. Τοῦτο est subjectum enuntiati, prædicatum πλεῖστον δύναται. Itaque verba, αἱ μεταφοραὶ, sine dubio scholion sunt, neque ullo modo cohærent cum iis, quæ antecedunt, et quæ sequuntur.—Ad hunc locum cf. Poet. c. XXI. Aristotelis metaphora tropos omnes continet (vid. Cic. Or. 27. med.); ut, si forma cum genere, et genus cum forma, et forma cum forma, et res, quæ ex proportione aliqua similitudinem habent, inter se commutantur. In tertio genere quæ comparantur, similia sunt propter affectionem utrique rei communem, eandemque ob causam et uni generi subjecta sunt, et in oculos incurrit similitudo. In quarto genere simi-

litudo parumper remotior est. Hic enim non inter ipsa ea, quæ contenduntur, sed inter duo alia, quibus illa respondent, similitudo intercedit. Ita si vesper pro ætate dicitur, ad diem et ad vitam est respiciendum. (Cf. Twining. l. l. p. 437.) VATER.

2, 8. Τοσοῦτον δ' ἐν λόγῳ] Ita reposui. Ἐν λόγῳ tuentur meliores Victorii Codices. Alii, ut et Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. habent ἐν λόγοις· minus bene. Morel. Victor. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. τοσούτῳ δ' ἐν λόγῳ—ὅσῳ. Schrader. et Lips. τοσούτῳ δ' ἐν λόγῳ—ὅσον. BUHLE.

2, 8. Ἔχοι μάλιστα] Restitui optativum ex Ald. Ven. et Bas. Vulgo: ἔχει μάλιστα. BUHLE.

2, 8. λαβεῖν—ἄλλου.] Rectius vertit P. Victorius: *Et non licet semper sumere ipsam ab alio auctore.* Sententia est; Non esse quod ab alio semper petas et quasi emendices metaphoras, cum ipse excogitare illas possis et debeas. Idem dixit Poët. c. 22. fin. τὸ δὲ μέγιστον τὸ μεταφορικὸν εἶναι. Μόνον γὰρ τοῦτο οὔτε παρ' ἄλλου ἐστὶ λαβεῖν, εὐφυΐας τε σημεῖόν ἐστι. Τὸ γὰρ εὖ μεταφέρειν τὸ ὅμοιον θεωρεῖν ἐστί. SCHRADER.

2, 8. Λαβεῖν οὐκ ἔστιν αὐτὸ] Vulgo αὐτὴν, ut ad præcedens μεταφορὰ referatur. Male. Revocavi αὐτὸ ex Ising. sensu hoc exigente. Referendum enim est ad τὸ σαφὲς κ. τ. λ. BUHLE. Temere factum a Buhlio quod lectionem MStorum mutarit. Locum recte explicavit Schraderus.

2, 9. Ἐκ τοῦ ἀνάλογον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐκ τοῦ ἀναλόγου. BUHLE.

2, 10. Ἀπὸ τοῦ βελτίονος τῶν ἐν ταὐτῷ γένει] Eædem edd. ἀπὸ τῶν βελτιόνων τῶν ἐν τῷ γένει. Nostram lectionem habent Cod. antiquissimus Victorii, vetus interpres Latinus, et Victor. Morel. Sylb. Casaubon. Duvall. Schrader. Londin. Ed. Lips. habet τῆς ἐν ταὐτῷ γένει, operarum forsitan peccato. BUHLE.

2, 10. ἐν τῷ αὐτῷ γένει.] Genus hic appellat αἰτεῖν, i. e. *poscere*, quod duas habet partes, εὔχεσθαι et πτωχεύειν: qui enim a diis immortalibus commodi aliquid postulant, εὔχεσθαι dicuntur: res autem dignitatem in se habet: nemo enim tam fortunatus, qui non auxilio deorum egeat, ac sæpe votis opem ab illis imploret. Qui stipem, ac quibus producere vitam possint, cogunt, ut mendici homines faciunt, πτωχεύειν proprie dicuntur. Qui igitur eum, qui a diis immortalibus votis aliquid peteret, diceret translato nomine πτωχεύειν, hic manifesto eum dedecoraret: ut contra ornaret, qui mendicantem diceret εὔχεσθαι. VICTOR.

2, 10. Καλλίαν μητραγύρτην.] Μητραγύρται appellabantur, qui magnæ matri stipem cogebant: ἀγύρται enim mendici erant, et qui emendicato pane viverent: junctum autem ita nomen, eos, qui ipsi illi deæ, ut loquebantur, emendicarent. Clemens Alexandrinus Pædag. III. 4. p. 269. περιφέρονται δὲ

αὗται ἀνὰ τὰ ἱερὰ ἐκθυόμεναι καὶ μαντευόμεναι, ἀγύρταις καὶ μητραγύρταις, καὶ γραΐαις βωμολόχοις οἰκοφθορούσαις ὀσημέραι συμπομπεύουσαι. Menander ap. eund. Cohort. p. 64. Οὐδεὶς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς Μετὰ γραός· οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισίων ἐπὶ τοῦ σανιδίου,—μητραγύρτης, τοιοῦτοι γὰρ οἱ μητραγύρται: Cicero Legg. II. 9. cum inquit, *præter Ideæ matris famulos, eosque certis diebus, ne quis stipem cogito,* μητραγύρτας intellexit. Nam quod ad dies pertinet, quibus stipem cogendi ipsis facultatem reliquerat Cicero, μητρῳακὰς ἡμέρας eos vocabant: certis enim quibusdam diebus sacra illa colere moris erat: castos autem eos, qui superstitione illa tenebantur, ducebant, ut ex Marini Proclo (p. 45. Suidæ v. Μητρῳακαὶ citato) colligitur: τὰς δὲ μητρῳακὰς παρὰ Ῥωμαίοις ἢ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ σπουδασθείσας ἡμέρας καστείας ἑκάστου μηνὸς ἤγευε. Lucretius II. 626. cum sacra ritusque illos exponeret, inquit, *Ære atque argento sternunt iter, omnia circum Largifica stipe ditantes.* Clearchus Athenæi XII. p. 541. C. de infelici exitu Dionysii junioris, Siciliæ tyranni, αὐτὸς δὲ Διονύσιος τέλος μητραγυρτῶν καὶ τυμπανοφορούμενος οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψε. Calliæ autem hujus, qui δαδοῦχος vocitari solitus erat, meminit Xenophon Hellen. VI. iii. 3. VICTOR.

2, 10. Καλλίαν μητραγύρτην.] Schol. Gr. μιτραγύρτην in codice suo habuit, idemque in edd. vett. et in multis libris scriptis legitur. Mendum est, quod antiquitus irrepsit. VATER.

2, 10. Οἱ μὲν διονυσοκόλακας] Ald. Ven. Bas. Cam. Major. οἱ μὲν διονυσιοκόλακες. Spir. οἱ μὲν διονυσιοκόλακας. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. ὁ μὲν διονυσοκόλακας, quod et Cod. Victorii et vetus interpres Latinus agnoscunt. Equidem ed. Lips. secutus sum. BUHLE.

2, 10. Διονυσοκόλακας.] Sententia, nisi fallor, hæc est. Nec defuit, qui sodales Dionysii tyranni, flagitiososque homines, qui ipsi assentari in animum induxerant, appellaret juncto nomine, non proprio tamen, Διονυσοκόλακας, quasi *Liberi patris assentatores:* ita enim, ut arbitror, vocari solebant, qui in comœdiis inducebantur adulatores impuri, et quasi fœdi illius studii exemplaria: ipsi vero illi ministerium illud suum ornantes, se ipsos *artifices* vocabant, in eadem translatione manentes, et ad Liberum patrem, Διόνυσον a Græcis vocatum, ut qui ipsos infamare volebant, alludentes: appellabantur autem ita, ut puto, qui scenam ornabant: sive fabulas ipsas agebant, quas ludis Liberi patris docere Athenienses consuevisse notum est, sive Bacchus aliquos prope se habere soleret animi causa, qui ipsum artificio suo, lepidisque dictis oblectarent. Horum mentionem fecit Athenæus V. p. 198. B. cum Ptolemæi Philadelphi pompam exponeret: Μεθ' οὓς ἐπορεύετο Φίλισκος ὁ ποιητὴς, ἱερεὺς ὢν Διονύσου, καὶ πάντες οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται. Epicurus, cum Platonis familiæ maledicere vel-

let, ut refert Laërtius X. 8. Διονυσοκόλακας ipsos μεταφορικῶς appellavit, tamquam assentatores eos, non sodales, insimulans. In Athenæo, ut opinor, mendum est: cum enim narraret assentatores Dionysii, quos hic intelligit Aristoteles, ab iis, qui conscii erant nefariæ ipsorum vitæ studiique facete perstringi solitos, sic apud eum in excusis legitur (VI. p. 249. F.) πλείστους δ' εἶχεν μαὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Διονύσιος τοὺς κολακεύοντας, οὓς καὶ προσηγόρευον οἱ πολλοὶ Διονυσιοκόλακας, cum scribi debeat, nisi fallor, διονυσοκόλακας: quid enim acutum lepidumque vox illa in se habuisset, si ita locuti forent? cum, si διονυσοκόλακας legatur, non parum leporis urbanitatisque in ea ex translato verbo appareat. VICTOR. Vide Wyttenbachium ad Plutarch. p. 53. E. et Schweighæuserum ad posteriorem Athenæi locum. Schweighæusero ignota videtur fuisse Victorii annotatio.

2, 10. Διονυσοκόλακας casu quarto habent Schol. Gr. priscus Intpr. et libri scripti tantum non omnes. Edd. vett. Διονυσοκόλακες. Paullo post in verbis, καὶ πορθῆσαι, priscus Intpr. teste Morellio, καὶ πορίσαι, expressit. Schol. Gr. vulgatum tuetur. VATER.

2, 10. Ἄμφω μεταφοραὶ] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. ἄμφω μεταφορά. BUHLE.

2, 10. Καὶ οἱ μὲν λῃσταὶ αὐτούς] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. post λῃσταὶ insertum habent αὐτοὶ δέ. Sustulit hæc Victorius, cum absint a Codd. et a vetere versione Latina. BUHLE.

2, 10. καλοῦσι νῦν.] *Nunc* inquit, ut suspicor, quia priscis temporibus id turpe non erat, et ipsi se ipsos, ut erant, λῃστὰς vocabant, quod narrat Thucydides I. 5. copiose. VICTOR.

2, 10. Καὶ λαβεῖν καὶ πορθῆσαι] Vetus interpres Latinus vertit: *et accipere et acquirere.* Videtur itaque legisse: καὶ λαβεῖν καὶ πορίσαι. BUHLE.

2, 10. κώπας ἀνάσσειν.] Ita etiam Cyclop. 86. ὁρῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος Κώπης τ' ἄνακτας. Helen. 1048. πείσειας ἄν τιν' οἵτινες τετραζύγων Ὀχων ἀνάσσουσ' ὥστε νῶν δοῦναι δίφρους. VICTOR. κώπης ἄναξ Æschyl. Pers. 378. Conf. Eustath. ad Il. B. p. 345, 8.

2, 10. Κώπας—Μυσίαν.] Hæc verba unum versum conficere, et scribendum esse κἀποβὰς, facilius est divinare, quam abrupti loci structuram vel sensum constituere. Id admodum miror, quod ἀνάσσειν κώπας s. κώπης ob metaphoræ insolentiam notatur, quum jam Æschylus Pers. 378. remigem dixisset κώπης ἄνακτα, vulgoque usitatum esset χειρώναξ. Sed sæpe nimis rigidus est philosophus in his rebus. WOLF.

2, 10. Καὶ· ἀποβὰς εἰς Μυσίαν.] Schol. Gr. plenius hoc fragmentum profert, ἀποβὰς εἰς Μυσίαν ἐτραυματίσθη πολεμίῳ βραχίονι. Sed ne his quidem pronuntiati sententia satis aperi-

tur. Lectores, quibus totus locus esset notus, alia, quæ sequerentur aut antecederent, supplebant, cf. L. I. 6, 22. Ceterum ἀποβὰς εἰς Μυσίαν tenore versus scribendum videtur. VATER.

2, 11. Ἁμαρτία] Codd. quidam Victorii, et margo Ven. ἁμαρτάνειν. In sequentibus ὅτι ἄμφω φωναὶ nemo interpretum hæsit. Fateor tamen, me hæc verba non capere, et puto aliquid excidisse. Igitur signum lacunæ feci. BUHLE.

2, 11. Διονύσιος ὁ χαλκοῦς.] Dionysii hujus mentionem fecit Plutarch. in Nicia p. 526. B. poëmaque ipsius ad sua tempora mansisse narrat. Athenæus X. p. 443. D. οὐ κακῶς οὖν ὁ χαλκοῦς ἐπικαλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς ἐλεγείοις κυλίκων ἐρέτας ἔφη κ. τ. λ. et XV. p. 669. D. ἀλλ' ἵνα κἀγὼ, φησὶ, μνημονεύσω τοῦ χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου· χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρῆσθαι. VICTOR.

2, 11. Ὅτι ἄμφω φωναί.] Buhlius V. Cl. vix recte suspicatus est quædam excidisse post hæc verba. Locus sanus est. Subaudias: ὅτι ἄμφω εἰσὶ φωναί. Notatur comparationis caussa inesse in eo, quod et cantus et stridor *voce* continetur. VATER.

2, 11. φαύλη δὲ ἡ μ.] Peccavit Dionysius, quod suavissimam omnium vocem, asperrima et quæ nihil significaret, exprimere voluit: κραυγὴ enim clangorque est vox e genere earum, quas ἀσήμους, quod nihil significarent, Græci appellabant. VICTOR.

2, 12. ἔτι οὐ πόῤῥωθεν.] Phalereus idem præcepit, μήτε μὴν πόῤῥωθεν μετεννηνεγμένας· ἀλλ' αὐτόθεν, καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου, et quæ sequuntur. Nam exemplis quoque id illustrat. Sed etiam Cicero de Orat. III. 41. *Deinde videndum est, ne longe simile sit ductum.* Syrtem *patrimonii;* scopulum *libentius dixerim.* Charybdim *bonorum;* voraginem *potius: facilius enim ad ea quæ visa, quam ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.* VICTOR.

2, 12. τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένως κ. τ. λ.] Ita ut quæ nomine carent, illo donentur; quo prolato, statim intelligatur affinitas. Hanc autem originem habuisse translationes Cicero quoque multis locis testatur, cum res scilicet suum nomen ac proprium vocabulum non haberet; id enim significare manifesto voluit De Orat. III. 38. *Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit, inopia coacta et angustiis.* VICTOR.

2, 12. αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι.] Athenæus solus, quod sciam, integrum illud ponit: duobus autem versibus constabat: Lib. X. p. 452. C. πολλοὶ δὲ γρίφων καὶ τοιοῦτοί τινες εἰσὶν, οἷον, Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα, Οὕτω συγκόλλως ὥστε σύναιμα ποιεῖν. Τοῦτο δὲ σημαίνει τῆς σικύας προσβολήν. Priorem versum posuit Aristoteles Poët. 22. Demetrius Phal. §. 102. Plutarchus Symp. Sept. Sap. p. 154. B. VICTOR.

2, 12. τὸ πάθος.] Πάθος quod nominavit, intellexit genus hoc curationis, non motum animi, in quo, cum opera requiratur ejus qui molitur chirurgique, ab eo qui accipit ægrotoque hoc vocavit. VICTOR.

2, 12. Turpe vitium est συκίας, pro quo scribendum σικύας. WOLF. Mansit hoc vitium in contextu nostro, nobis quidem invitis; quod statim corrigat benignus lector.

2, 12. ἐκ τῶν εὖ ἠνιγμένων.] Cicero De Orat. III. 42. effici ænigmata ex coacervatis pluribus translationibus affirmat: cum enim plures continuatas ἀλληγορίαν efficere dixisset, de illa ipsa oratione loquens, inquit, *Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est, etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur ænigmata.* VICTOR.

2, 12. Λαβεῖν ἐπιεικεῖς· μεταφορᾷ γὰρ αἰνίττονται] Ald. Bas. et Ricc. λαβεῖν ἐπιεικῶς. Eædem edd. nec non Ven. Cam. Spir. Major. αἱ μεταφοραὶ γάρ. Sustulit articulum Victorius, qui in nullo MSto occurrit. Ceterum recepi equidem præclaram summi hujus viri emendationem μεταφορᾷ pro vulgato μεταφοραὶ, quod sensum præbet ineptum. Adscribere liceat ipsa Victorii verba (Comment. p. 565): *Vereor, ne* μεταφορᾷ, *dandi casu, numero unitatis, scribi debeat; prisca enim exemplaria non extremæ vocali literam ι subscriptam habent, ut inferiori ætate fieri cœptum est.* BUHLE.

2, 12. μεταφοραὶ γὰρ αἰνίττονται.] *Quævis enim metaphora habet vim ænigmatis, s. in metaphoris inest vis ænigmatum.* Si sic accipis; idque per verbi usum licet; mutatione opus non erit. WOLF.

2, 12. ὥστε δῆλον] Cum translatio igitur ænigmatis naturam habeat, non est dubitandum, quin illa elegans bonaque futura sit. Quæ autem εὖ μετενηνέχθαι hic dicit Aristoteles, *ratione translata*, et *translationem sumptam ratione* Cicero appellat De Or. III. 40. VICTOR.

2, 13. Καὶ ἀπὸ καλῶν.] Pendent hæc, quamvis valde remota sint, a superioribus δεῖ μεταφέρειν. Idem significavit, contrarium prohibens damnansque Cicero De Or. III. 41. *Fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos, qui audiunt, trahet similitudo. Nolo morte dici Africani* castratam *rempublicam: nolo* stercus *curiæ dici Glauciam; quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio.* VICTOR.

2, 13. Λικύμνιος.] Sophista et scriptor artis dicendi, sodalis auditorque Gorgiæ Leontini, teste Dionysio Halic. in v. Lysiæ (p. 458. Reisk.) Σημαινόμενον, *quod verbo significatur*, interpretatus est Cicero in erudita illa epistola ad Pætum IX, 22. de hac ipsa re, de qua disputatur hic, scripta. VICTOR.

2, 13. ἔτι δὲ τρίτον.] Est tertium quippiam extra illa, cujus auxilio captiosam sophistarum argumentationem dissolvimus, qua concludebant nullam esse turpitudinem in verbis. Quod

princeps affirmare ausus est Bryso, postea arripuerunt Stoici, studioseque defenderunt. Vide Epistolam Ciceronis modo allegatam. VICTOR.

2, 13. οὐδένα αἰσχρολογεῖν.] Vide Quintilian. VIII. 3, 39. De Brysone conf. Schweighæuser. ad Athenæi XI. 108. p. 328. seqq.

2, 13. Ἔτι δὲ οὐχ ὁμοίως] Abest δὲ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Majorag. BUHLE.

2, 13. τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν.] Valet ἐντεῦθεν, ut suspicor, hic *a rebus honestis*; confirmato enim judicio Lycimnii, confutataque fallacia Brysonis, redit ad id, quod supra brevi tradiderat; antequam enim in hæc digrederetur, præceperat duci etiam oportere translationes a rebus pulchris, quod nunc repetit, quomodo pulchra illa intelligi debeant, docens. VICTOR.

2, 13. ἢ τῇ φωνῇ κ. τ. λ.] *Voce* inquit, nam quædam ingrata, et molesta verba sono esse declaravit: sunt autem alia non pauca speciosa ac suavia: aut *vi* inquit, i. e. notione et intellectu: videtur enim idem hic Aristot. significare δυνάμει quod Theophrasto διανοίᾳ in ejusdem rei definitione apud Demetrium Phal. 175: aut *oculis aspectuque*, i. e. si videantur: nam honestæ ac turpes voces judicantur, si singulos sensus aut juvant, aut lædunt, res, quæ ab illis significantur. Ab omnibus autem sensibus similia duci, vocesque transferri docuit eleganter Cicero de Orat. III. 40. *Nam et odor urbanitatis, et mollitudo humanitatis, et murmur maris, et dulcedo orationis, sunt ducta a ceteris sensibus: illa vero oculorum multo acriora, quæ ponunt pœne in conspectu animi quæ cernere et videre non possimus.* VICTOR.

2, 14. ὁ μητροφόντης.] Locus ex Euripidis Oreste 1587. Ὁ μητροφόντης, ἐπὶ φόνῳ πράσσων φόνον inquit Menelaus, Orestem criminans; cui, se defendens, respondet Orestes, Ὁ πατρὸς ἀμύνταρ, ὃν σὺ προύδωκας θανεῖν. VICTOR.

2, 14. Καὶ ὁ Σιμωνίδης.] Anaxilaus Messenius Rheginorum tyrannus hic est, qui mulabus vicit in ludis Olympicis, et in quem Simonides carmen composuit. Ab Heraclide Pontico nominatur in Politiis. Cf. Bentleii Opusc. p. 237. VATER. Dissert. Phalarid. p. 156=111.

2, 15. ὑποκορίζεσθαι.] Vide Toupium ad Suidam II. p. 315. Ruhnkenium ad Timæi Lex. p. 266.

2, 15. Ὥσπερ καὶ Ἀριστοφάνης] Aliæ edd. cum articulo ὁ Ἀριστ. Fabula Aristophanis *Babylonii* inscripta hodie deperdita est. BUHLE.

2, 15. Ἀντὶ μὲν χρυσίου] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἀντὶ μ. χρυσοῦ. BUHLE.

2, 15. Ἀντὶ μὲν χρυσίου] Victorius ex libris scriptis restituit, et quia χρυσιδάριον a χρυσίῳ derivetur, non a χρυσῷ. VATER.

2, 15. Ἐν ἀμφοῖν] Abest ab Ald. Bas. et Ricc. BUHLE.

CAP. III.

3, 1. τὰ δὲ ψυχρὰ] Qui hunc locum spectat, Demetrius Phal. §. 116. lacuna laborat. Vide Schneiderum.

3, 1. ψυχρὰ] Quod sine ulla gratia est, ac venustate, neque audientes aliquo modo excitat, sed languorem quendam potius animis inducit, ac tædium, atque molestiam, id Græci ψυχρὸν, Latini *frigidum* appellare consueverunt. Cicero pro A. Cæcina c. 21. *Cave in ista tam frigida, tamque jejuna calumnia delitescas.* De Claris Orat. c. 48. T. Juvencium scribit, *nimis lentum in dicendo, ac pene frigidum* fuisse: et ibid. 67. *Acumen M. Pisonis sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum.* Epist. ad Quintum fr. III. 3. *accusatoribus*, inquit, *frigidissimis utitur.* Orat. ad Brutum c. 26. ait, *ridicula domo allata plerumque esse frigida.* et M. Antonius De Orat. II. 63. monet, ut *quæ frigidiora sunt vitemus.*—Hoc vitio cumulata est Appulei Madaurensis locutio, quid enim frigidius eo membro, *enervam, et exossam saltationem explicat?* Ita *sagam divinipotentem* dixit, et *domuitionem*, et plurima alia. MAJORAGIUS.

3, 1. Ἐν τέτταρσι γίγνεται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. γίνονται. Minus Attice. BUHLE.

3, 1. διπλοῖς ὀνόμασιν.] Verba διπλᾶ Cicero *juncta* sæpe appellavit. Non autem cuncta verba juncta frigus gignunt, sed ea quæ nimis tumide juncta sunt. Junctis namque verbis consuetudo etiam utitur, maxime Græcorum: quorum lingua ad complicanda verba aptior. Docet hoc accurate Demet. Phalereus, ac quæ vitandæ sint nominum junctiones admonet. Neque tamen puto, quæ Lycophronis exempla hic ponit, continenter ab auctore collocata fuisse, sed ex omnibus ipsius scriptis, quæ dispersim posita forent, et vitiosiora essent, collecta ab Aristotele fuisse: dixisseque semel Lycophronem arbitror, πολυπρόσωπον οὐρανὸν, postea, alio in loco μεγαλοχορύφου γῆς, et eodem pacto ἀκτὴν στενοπόρον, seorsim a superioribus, quod manifesto intelligitur, cum copula interjecta sit. Πολυπρόσωπον autem οὐρανὸν, quod plurimam variamque faciem habeat, ob sidera ipsa, nisi fallor: nam Græcus etiam poëta καλὸν πρόσωπον ἡλίου in carmine suo appellavit: terram vero μεγαλοχόρυφον, quod magnos vertices, arduosque admodum colles sustineret: litus στενοπόρον, quod meatum callemque illac transeuntibus angustum præbeat. VICTOR. Vide Ernesti Lex. Tech. v. Διπλᾶ.

3, 1. Οἷον Λυκόφρων] Non cogitandum est de *Lycophrone Chalcidensi*, qui Ptolemæi Philadelphi ætate floruit, et cujus *Cassandra* adhuc exstat; sed de *Lycophrone Sophista*. Vide Victorium ad Demetr. Phaler. p. 109. BUHLE. Vide Fabricii Bibl. Gr. III. 16, 7.

3, 1. Καὶ Γοργίας.] Edd. Ald. Bas. Cam. καὶ ὡς Γοργίας. VATER.

3, 1. Ὠνόμαζε, πτωχόμουσος κόλαξ.] Majoragius minus accurate vertit, *Gorgias adulatorem vocavit ptochomusum.* Si enim hic esset sensus verborum; πτωχόμουσον κόλακα, diceretur. Gorgias significatur quondam conjunctim pronuntiasse, πτωχόμουσος κόλαξ. VATER.

3, 1. Ἐπιορκίσαντας καὶ κατευορκίσαντες.] Schol. Gr. et ed. Cam. ἐπιορκήσαντας καὶ κατευορκήσαντας. Equidem existimo legendum esse, ἐπιορκίσαντας καὶ κατευορκήσαντας. Reprehenduntur ii, qui junctis nominibus utantur, atque huc etiam ii referendi sunt, qui propositionem adjiciant ad vocabulum, quod ea non indiget. At qui ἐπιορκήσαντας conjunctim dicat, is peccati argui non potest, quia non ὀρκεῖν, sed ἐπιορκεῖν demum *pejerandi* significatum habet. Majoragii ex opinione ἐπιορκίζειν *pejerare* significat, et solummodo indicatur, Græcos hac et sequenti voce raro usos esse. Vix recte. Hic non de vocabulis infrequentibus, sed de compositis sermo est, et ἐπιορκίζειν *pejerare* nec significat, nec potest significare: ὀρκίζειν enim est, *adigere ad jusjurandum.* Eandem ob caussam vocabulum alterum κατευορκίσαντας ferri nequit, quia, quid sit κατ - ευ - *adigere ad jusjurandum*, nemo intelligat. Contra loco aptissimum est κατευορκήσαντας, *sancte jurantes.* Gorgias ideo notatur, quod κατευορκεῖν dixit pro εὐορκεῖν, et quod alias pro frequenti ὁρκίζειν usurpavit ἐπιορκίζειν, quasi *adobstringere jurejurando.* Ceterum in scriptoribus ecclesiasticis utrumque, et ἐπιορκίζειν et κατευορκεῖν, invenias. VATER.

3, 1. Καὶ ὡς Ἀλκιδάμας] Vide supra not. ad I, 13; II, 23. BUHLE.

3, 1. Τὸ τῆς θαλάττης ἔδαφος] Emendavit sic Victorius auctoritate Codicis antiquissimi, et veteris interpretis Latini. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. τὸ τῆς Θεττάλου. Idem tuentur plures etiam Victorii Codd. MSti. Georgius Trapezuntius: *et purpurocolor* Thessali *pavimentum.* BUHLE.

3, 1. Διὰ τὴν δίπλωσιν] Ven. et Cam. διὰ τὴν δίπλασιν. BUHLE.

3, 2. Πέλωρον ἄνδρα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τὸν πελώριον ἄνδρα. BUHLE.

3, 2. Σίννις ἀνὴρ] Videtur lussisse hoc epitheto, quisquis fuerit ejus auctor. Scironis, famosi illius prædonis, socii fuerunt *Sinnis* et *Procrustes;* hinc a Lemniis nomen σίννις impositum ei, qui aliis gravia damna inferret. Dubia tamen est lectio. Margo ed. Venetæ offert σῖνος. Sylburgius censet σῖνις cum uno ν legendum esse, quoniam derivetur vox a σίνεσθαι· in quo ei non adstipulor. BUHLE.

3, 2. Σκίρων, σίννις ἀνήρ.] Buhlius cum commemoret, propter famosum latronem, Sinnin, a Lemniis nomen σίννις imposi-

tum esse ei, qui aliis gravia damna inferret: sane errat. Nulla est auctoritas rei ne probabilis quidem. Sinnis, Peloponnesi et Atticæ pestis, quid Lemniorum ad usum dicendi? Editor ille errorem hausit ex Commentario Majoragii, nulla culpa hujus interpretis, qui ex Eustathio (ad Il. I. 594.) refert, Lemnios primum Σιντίας, *noxios*, esse appellatos, quod piratæ essent, vel ut inventores armorum, et vult inde nomen σίννις etiam de aliis frequentatum esse, id quod et probatione caret, neque satis quadrat. Contra Ez. Spanhemius (ad Callimachi hymn. in Apoll. v. 92.) notat, cum duo fuerint latrones, Sciron et Sinnis, Scironem quasi *alterum Sinnin* dictum esse. Hæc metaphora esset. At Aristoteles dicit de γλώτταις, de *priscis et insuetis vocabulis*. Prisca ejusmodi vox est σῖνος et σίννις pro βλάβη. Quod quo minus affirmetur, non obstat usus quorundam scriptorum, in quibus vocabulum σίνεσθαι invenitur. Etiamsi enim Aristoteles in notandis γλώτταις justo asperior reperiatur: eandem tamen severitatem sæpe adhibuit, ut c. V, 7, ubi omnino increpatur loquendi genus, quo prædicatum cum duobus subjectis junctum non ita exprimas, ut utrique conveniat, sed ad posterius solummodo accommodes. Propter hanc asperitatem a Dorvillio (ad Charit. IV. 4. p. 400.) notatur. Aristoteles, cum tantum prosam orationem et poëticam distinguat, inter diversa prosæ genera hic quidem non discernat, et, neglecta dicentium audientiumque auctoritate, quid fieri debeat, exponat, ita judicare potuit; quanquam quid de multis scriptoribus nostræ ætatis judicasset, vix pronuntiaverim. Σῖνος et σίννις igitur sunt voces priscæ. Teste Galeno σίνειν pro βλάπτειν est Ionicum, h. e. ab antiquis Ionum poëtis crebro usurpatum, id quod et ex Homero perspicitur. Hæc origo vocis nostræ exemplis sequentibus bene convenit. Qua tamen ita explicata, vereor, ne cum Stephano, Sylburgio, aliisque σῖνις scribendum sit. VATER. Vide Monk. ad Euripid. Hipp. 981. Blomfield. ad Callim. H. Ap. 91.

3, 2. Ἄθυρμα τῇ ποιήσει] Ἄθυρμα est *lusus*, quod aliis Græcis in soluta oratione dicitur παίγνιον. Fuse hunc locum illustravit Paulus Leopardus (Emendat. II, 6), qui legi jubet: ἀθύρματα ποιήσει, *ludos faciet*. Verum, cum appareat, φράσιν esse decerptam e contextu, nihil hic mutandum est. BUHLE.

3, 2. Ἄθυρμα τῇ ποιήσει.] Plenius affertur hoc dictum §. 4. οὐδὲν τοιοῦτον ἄθυρμα τῇ ποιήσει προσφέρων. Sensus verborum Alcidamantis vix attingi poterit, quia desunt enuntiata, quibuscum conjuncta erant. Hoc tamen perspicuum est, ἄθυρμα et vocabulum priscum et translatum esse: illuc enim hic, huc altero in loco respicitur. Utrumque locum immutat Paullus Leopardus (Emendatt. II. 6.) hic ἀθύρματα ποιήσει, *ludos fa-*

ciet, §. 4. οὐτιδανὸν καὶ ἀθύρματα ποιήσει προσφέρων legi jubens. Qua mutatione nihil opus puto. Nam ejusmodi locum qui corrigit, fere nescit, annon sensum alienum inferat in verba, quæ, prout posita sunt, per se sensu absoluto non indigent. Caussa conjecturæ Leopardo sine dubio hæc fuit, quod a Thoma Magistro sub hac voce notatum est, ἄθυρμα melius et Ἀττικώτερον esse, quam παίγνιον, cujus loquendi usus testis Plato laudatur. Obsoletum igitur hoc vocabulum vocari non posse. Sed Interpretes ad locum Thomæ (in edit. Bernard. p. 17.), inprimis Sallierius, bene animadverterunt, Thomam usu loquendi, apud Philonem, Ælianum, Longum, aliosque scriptores seriores, qui Atticissarent, frequente, deceptum esse; in Platone ἄθυρμα nonnisi semel aut bis inveniri, sed crebro in Homero et poëtis, qui eum imitentur. Quare vocabulum Aristotelis quidem ætate inter γλώττας numerari potuisse, usu vero posthac tritum ab omnibus cœpisse usurpari. Cumque ἄθυρμα plures significationes habeat; forsan ab aliquo veterum Atticistarum, unde Thomas, quæ notat, hauriret, traditum fuisse, ἄθυρμα cum παιγνίῳ apte non commutari. Ἄθυρμα enim, ut sæpe in Homero, *oblectamentum* significat, et hoc translato sensu a Schol. Gr. posteriori in loco accipitur. VATER.

3, 2. Καὶ ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθηγμένον] Ex emendatione Victorii, Codicem antiquissimum secuti. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. καὶ ἀκράτωρ τῆς διανοίας, καὶ ὀργῇ τεθηγμένον, quæ lectio minime contemnenda est. Abest autem καὶ ab omnibus MStis, et a vetere versione Latina. Georgius Trapezuntius nostræ lectioni favet; vertit enim: *et ardenti mentis ira exacerbatum.* BUHLE.

3, 3. ἐπιθέτοις.] Epitheta Aristoteles appellat non tantum adjectiva, sed et substantiva, substantivis addita, ut agnominationes, periphrases, per appositionem adjecta, ut et ea nomina, quæ in casu gignendi ad aliorum nominum naturam explanandam apponuntur. Liquet id ex præced. cap. §. 14. ubi *matricida*, et *patris ultor* Orestis, et tertii hujus c. §. 3. ubi *panegyris* Isthmiorum ludorum, et *reginæ civitatum* legum, *rami sylvæ*, epitheta dicuntur. SCHRADER.

3, 3. μακροῖς.] Erravit Majoragius, qui μακρὰ reddidit *longe petita:* neque enim apte de adjunctis nominibus dicitur ipsa longe peti, ut de translatis; neque ita accipi nomen hoc potest; dixisset enim πόρρωθεν, si id significare voluisset. Quin autem longa nimis et prolixa idonea non sint prosæ orationi, dubium non est: nimis enim tumidam inflatamque ipsam reddunt: comici autem poetæ, priscæ illius comœdiæ, risus movendi caussa, hujuscemodi nomina aucupantur aut fingunt: et tragici, qui ita granditati et magniloquentiæ se putant consulere, ut Æschylus. VICTOR.

3, 3. Ὅτι ποίησίς ἐστιν] Ven. Cam. Spir. ὅτι ποιήσεώς ἐστιν. BUHLE.

3, 3. Ὅτι ποίησίς ἐστι.] Ex ed. Veneta est altera lectio, ὅτι ποιήσεως. Illud Victorius ex libris scriptis melioribus, ex prisco Intpr. et ed. Ald. restituit. VATER.

3, 3. Ἐπεὶ δεῖ γε χρῆσθαι αὐτῇ.] Diversitas lectionis est in libris scriptis; antiquissimus αὐτῷ, alii et edd. vett. αὐτῇ habent. Eo majore jure Victorius ex prisco Intpr. recepit αὐτοῖς. Vera hæc est emendatio. Ποίησιν ex Buhlii sententia ad voc. αὐτῇ repetere vix quadrat. Pro λέξει ποιητικῇ tunc acciperetur, quam liceret interdum introducere in orationem prosam. At per Aristotelem hoc licere valde dubito: ceteris ejus præceptis prorsus adversatur. Cum decretum antecedens, ψυχρόν ἐστι, ἐπιθέτοις ἢ μαχροῖς, ἢ ἀκαίροις ἢ πυκνοῖς χρῆσθαι, quod late patet, restringatur: alio modo restringi vix poterit, nisi hoc: *Utare tamen epithetis* iis, quæ orationi prosæ conveniant, et ne his quidem justo frequentius. Atque hoc lectione αὐτοῖς, scil. ἐπιθέτοις, expressum est, eaque hoc aptior est, quod toto in loco de solis epithetis agitur, non universe de dictione poëtica. VATER.

3, 3. Χρῆσθαι αὐτῇ] Hæsit Victorius in αὐτῇ, et legendum esse censuit cum vetere interprete Latino αὐτοῖς. Enimvero αὐτῇ spectat ad antecedens ποίησις, et sensus satis est perspicuus. Cod. Victorii: χρῆσθαι αὐτῷ· non bene. BUHLE.

3, 3. στοχάζεσθαι δεῖ τοῦ μετρίου.] Hoc non fecit Thucydides, cum alibi, tum in Oratione funebri, notante Dionys. Halicarn. namque ut grandiorem redderet orationem, tritumque ac plebeium sermonem declinaret, ad poëticam phrasin se contulit, et nomina inflata captavit, ut ornatus ille nimis insolens novusque esset: ἤλλαξε inquit τὴν ἑρμήνειαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον. VICTOR.

3, 3. ἐπεὶ μεῖζον] Cicero Or. c. 22. *In omnibusque rebus videndum est, quatenus, etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quam parum.* VICTOR.

3, 3. Ἐπεὶ μεῖζον ποιεῖ.] Ad hæc intelligendum est, τὸ ἀμέτρως χρῆσθαι τοῖς ἐπιθέτοις, quod ex antecedentibus elicias, quodque τῷ εἰκῇ λέγειν respondeat. Sequitur ἡ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει τὸ εὖ, ἡ δὲ τὸ κακῶς, ubi ad articulum ἡ subaudire oportet vocem λέξις ex τῷ λέγειν desumptam: *illud—hoc dicendi genus.* VATER.

3, 3. Τοῦ εἰκῇ λέγειν] Ald. Ven. Bas. et Cam. τὸ εἰκῇ λέγειν. Correxit Victorius ex MStis. BUHLE.

3, 3. Ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι] Itidem ex emendatione Victorii; nam sic legunt Codd. et vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. pluraliter: ἡδύσμασι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασι. Georgius Trapezuntius: *quasi* bellariis, *sed quasi* cibariis *utitur epithetis.* BUHLE.

3, 3. Οὐ γὰρ ἡδύσματι χρῆται.] In edd. Isingr. et Bipont. οὐ γὰρ ὡς ἡδύσματι sine ulla librorum scriptorum impressorumve auctoritate. Priscus Intpr. Morellio videtur ὡς habuisse: sed cum ὡς necessario supplendum sit, cave hac de caussa versionem testem producas. Ed. Isingr. etiam c. I, 5. ὡς inseruit; constanter quidem, at justo audacius, cum, qui in pluribus locis invenitur, usus loquendi esse videatur. VATER.

3, 3. ὑγρὸν ἱδρῶτα.] Hunc locum, ut ab Aristot. hic traditus est, iisdem verbis posuit Phalereus §. 116. VICTOR.

3, 3. τοὺς πόλεων βασιλεῖς νομίμους] Sic MS. vetustiss. et vet. tralatio. Non leges appellavit, verum addidit plura verba, dicens *civitatum leges legales:* intellexit autem leges, quæ in liberis civitatibus regnarent. Quod si quis alteram lect. sequi malit, lapsus hoc pacto erit Alcidamas, quid enim attinuit addere, τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς? Plato tamen ita locutus est Symp. p. 191. C. ἃ δ' ἂν τις ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, φασὶν οἱ πόλεως βασιλεῖς νόμοι δίκαια εἶναι. Existimetur autem, quod in Alcidamante vitiosum fuit, ac ferri non potuit, in Platone nihil culpæ habere, cum id affingat Agathoni, qui poëta erat, et tunc ipsum amoris dotes, virtutesque celebrabat: ut ne dum peccaverit Plato, summam laudem mereatur, qui et quid personam deceret, quæ loquebatur, et rem ipsam, de qua sermo tunc erat, cogitavit. VICTOR. Vide Schneiderum ad Fragm. Pindari Inc. 2.

3, 3. Τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους] Revocavi pristinam lectionem Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Georgius Trapezuntius non expressit βασιλεῖς· legit tamen νόμους· nam vertit: *nec leges, sed civitatum leges.* Eandem lectionem tuentur plures Victorii Codices. Victorius tamen Cod. antiquissimi et veteris interpretis Latini auctoritate emendavit τῶν πόλεων βασιλεῖς νομίμους, quod non probo. Secuti eum sunt editiones recentiores. BUHLE.

3, 3. Τῶν πόλεων βασιλεῖς νομίμους] Ita codex antiquiss. et priscus Intpr. Alii libri scripti, edd. vett. et manifesto Schol. Gr. βασιλεῖς νόμους, quod novissimus editor prætulit. Injuria forsan; certe, quod βασιλεῖς νομίμους et insolitum est et ineptius, non obstat. Ejusdemmodi est elocutio, quæ sequitur, δρομαίᾳ ὁρμῇ pro δρόμῳ. VATER.

3, 3. Καὶ οὐ δρόμῳ] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. (quæ in marg. nostrum habet,) Bas. 1. 2. Frob. καὶ οὐ δρομαίᾳ. Male. BUHLE.

3, 3. In frigide dictis Alcidamantis explices nobis velim illud παραλαβών. Alienum id est, quocunque trahas; neque tamen, quo modo invectum sit, video. Paullo ante vero non erat sollicitanda lectio, τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους, quod ego quoque in margine meo pro vulg. νομίμους reponendum nota-

ram. Falsum acumen Sophistæ ductum est ex nobili sententia Pindari, quam sæpe multi repetierunt. WOLF.

3, 3. Καὶ οἰκονόμος τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς] Ald. Bas. et Cam. καὶ οἰκονομία τῆς τῶν ἀκουσάντων ἡδονῆς, Ven. Ricc. Spir. Major. καὶ οἰκονόμος τῆς τῶν ἀκουσάντων ἡδονῆς. BUHLE.

3, 3. Καὶ ἀντίμιμον τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν] Sic recte legit Victorius. Idem tuentur Scholiastes Græcus et margo ed. Venetæ. Ἀντίμιμος est, *qui faciem alicujus rei præ se fert.* Ald. Ven. Bas. I. 2. Frob. Cam. ut et Victorii Codd. MSti: καὶ τίμιον, sine sensu. Georgius Trapezuntius: *et* honorabilem *animi cupiditatem.* Vetus interpres Latinus: *et honorabile eam, quæ animæ, concupiscentiam.* Igitur non legit ἀντίμιμον, quod Victorius temere asseruit. BUHLE.

3, 3. Καὶ ἀντίμιμον τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν.] Ἀντίμιμον e margine ed. Venetæ receptum est a Victorio. Libri scripti et edd. vett. καὶ τίμιον habent sine sensu idoneo; Schol. Gr. ἀντίσιμον. Cujus tamen in Commentario, ni fallor, vestigium inest lectionis ἀντίμιμον. Verba Scholiastæ hæc sunt: Ἀντίσιμον, ἤτοι, ἴσα τοῖς μιμητικοῖς δυναμένην· ὁ δὲ μιτροπολίτης οὕτως ἡρμήνευσε. Ἀντίσιμον, καθόσον ἡ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμία ἐναντία ἐστι καὶ ἀντιπράττουσα τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῷ θελήματι τοῦ σώματος. Τοῦτο δὲ τὸ ἀντίσιμον καὶ διπλοῦν ἐστι καὶ ἐπίθετον. Atque illa sine dubio caussa fuit, cur Victorius dicat, in Schol. Gr. esse ἀντίμιμον. Vestigium tamen obscurius est. In margine ed. Venetæ hæc vox fortasse ex conjectura posita est. Itaque quanquam Victorii lectio ceteris præstat, nihilominus omnino certum non est, veram hanc esse Aristotelis scripturam. Alia quædam epitheta cum voce ἀντὶ conjuncta ad sententiam æque apposita sunt. Præterea alia patet conjiciendi via. Forsan plane ita, ut in exemplo proximo, οὐ κλάδοις, ἀλλὰ τοῖς τῆς ὕλης κλάδοις, Alcidamas ideo reprehenditur, quod ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς, non ἐπιθυμίαν scripsit: ut si legatur, ἀντὶ θυμοῦ, τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν. Etiam sic, quod cerni dicitur, utrumque adest, et epitheton, τῆς ψυχῆς, et τὸ διπλοῦν, ἐπιθυμίαν. VATER. Schol. MS. Laud. ubique ἀντίμιμον præbet, et μητροπολίτης. Per hoc nomen designari puto Gregorium Corinthi Metropolitam, cujus scripta recenset Leo Allatius de Georgiis p. 416.

3, 3. ἀντίμιμον.] Reposui e marg. ed. Ven. pro vulg. τίμιον. Manavit autem, nisi fallor, e Græco interprete, qui manifesto ita legit: neque enim in ullo scripto libro id inveni: vestigiumque ipsius in vet. tralatione exstat, et sane, quæ in exemplo requiruntur, in ipso sunt: epithetum namque est, et junctum duplexque nomen. Id vero, quod sustuli, altera harum conditione caret; simplex enim est. Ut igitur tuto hinc deleri potuit, ita nihil certi habeo, quo firmiter hoc constituam. Quare totam rem, ut se habet, eruditis viris cognitam esse

volui. Est autem ἀντίμιμον, quod faciem alicujus rei præ se fert, atque illam exprimit. Aristoph. Thesm. 17. Ὧι μὲν βλέπειν χρὴ πρῶτα μηχανήσατο Ὄφθαλμον ἀντίμιμον ἡλίου τροχῷ. Alcidamas igitur, cum animi cupiditatem ἀντίμιμον appellavit, frigide locutus est, adposuit enim nomen, quod, et quia affectatum otiosumque, et quia junctum, nullo pacto dictioni oratoriæ conveniebat; ascivit enim ita ille sibi poeticum stilum, ac poema illud paullatim fiebat. VICTOR.

3, 3. Καὶ οὕτως ἔξεδρον] Restituit ἔξεδρον e Scholiaste Græco Victorius. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. καὶ οὕτως ἐξεῦρον. Minus bene. BUHLE.

3, 3. ἔξεδρον.] Antea mendose ἐξεῦρον. Correxi ex Græco interprete. Ἔξεδρον autem hic, nisi fallor, valet immensam exsuperantiam, quæ a sede et tamquam finibus recti exeat; quemadmodum videtur cepisse hoc nomen Athenæus V. p. 187. E. ubi maledicit Platoni in Charmide: ποιεῖ γὰρ αὐτὸν (Socratem scil.) ἀσυμφώνως ποτὲ μὲν σκοτοδινιῶντα, καὶ μεθυσκόμενον τῷ τοῦ παιδὸς ἔρωτι, καὶ γινόμενον ἔξεδρον, καὶ καθάπερ νεβρὸν ὑποπεπτωκότα λέοντος ἁλκῇ. Ita enim arbitror legi debere, cum in excusis perperam sit νεκρόν. Videtur vero id verbum ab avibus translatum: illæ enim ἔξεδροι, cum in locis adversis inauspicatisque sidebant, vocabantur. Cum autem hæc omnia e mediis quibusdam orationibus sumpserit, ut vitiosæ tantum locutionis exemplum sint, non est quod miremur, aut plenam sententiam in nonnullis non esse: aut desiderari, ut in hac, verbum, unde casus nominum regantur. VICTOR.

3, 3. Ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι] Abest γὰρ Cam. BUHLE.

3, 3. ἐπεμβάλῃ.] Similiter locutus est Plato Cratyl. p. 414. D. de inculcatis alicui nomini syllabis: ὥστε ἐπεμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα, τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνεῖναι ὅτι ποτὲ βούλεται τὸ ὄνομα. illæ enim impediunt, ne, unde ductum id nomen sit, videri possit. Idem affirmavit M. Varro de L. L. *Multa enim verba, litteris commutatis, sunt interpolata.* VICTOR.

3, 3. Τῷ ἐπισκοτεῖν] Vetus interpres Latinus vertit: *ex superintendere.* Legit: τῷ ἐπισκοπεῖν. Non bene. BUHLE.

3, 3. Διὸ χρησιμωτάτη] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. διὸ χρησιμώτατον. BUHLE.

3, 3. χρησιμωτάτη—διθυραμβοποιοῖς] Idem tradidit Demetrius ubi et ipse de frigore orationis disserit. Dionysius Hal. cum in v. Lysiæ c. 3. inquit, Gorgiam Leontinum prope dithyrambicis quædam fudisse, intellexit, ut puto, verba juncta: huic enim vitio illum affinem fuisse testimonio Aristotelis didicimus. VICTOR.

3, 3. Διθυραμβοποιοῖς· οὗτοι γὰρ ψοφώδεις.] Majoragius ad οὗτοι subaudit, poëtæ dithyrambici, qui *grandiloqui* sint. Vix recte. Ex vocabulo antecedenti eliciendum est voc. διθύραμ-

βοι: hi enim aptius dicuntur ψοφώδεις esse, et plane ita intelligendum est sequens enuntiatum, τοῖς ἐποποιοῖς, σεμνὸν γὰρ καὶ αὐθαδες (scil. τὸ ἔπος). VATER.

3, 3. Οὗτοι γὰρ ψοφώδεις] Vertit vetus interpres Latinus: *probrosi*, quasi legerit ψογώδεις. Minus bene. BUHLE.

3, 3. αὐθαδες.] Eleganter inquit esse superbum uti peregrinis vocibus, quasi fastidientis tritum usitatumque morem loquendi nec consuetudini servientis: is enim, si vitam spectes, αὐθάδης est, qui sibi putat licere, quod aliis non licet, ac ceteros præ se contemnit. VICTOR.

3, 3. Μεταφορὰ δὲ] Cod. antiquissimus Victorii: ἡ μεταφορὰ, omissa δέ. BUHLE.

3, 4. σεμνὸν—τραγικόν.] Duo hæc verba libenter copulare solitus est Aristoteles, ut Lib. II. de rebus superis c. 1. τραγικώτερον γὰρ οὕτω καὶ σεμνότερον ὑπέλαβον ἴσως εἶναι τὸ λεγόμενον. Idem autem, ut opinor, secutus Cicero, et ipse in Bruto inquit, c. 55. *Fuit enim Sulpicius, vel maxime omnium, quos quidem ego audierim, grandis, et, ut ita dicam, tragicus orator.* Quicquid autem inflatum, ac tumidum erat, tragicum, quia hoc genere dicendi tragici poetæ utuntur, vocabatur. VICTOR.

3, 4. Χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα.] Plures libri scripti, καὶ ἄναιμα, quod sane aptius est. Statim, ni fallor, præferendum esset, nisi existimari possit, alias χλωρὰ τὰ πράγματα ab Alcidamante pronuntiata esse, alias ἔναιμα. Ita enim vulgatum ferri poterit. Sin conjuncta hæc fuerint uno in loco; vel audaciam videtur superasse, qui, cum fieri possit, ut homines simul palleant, et cruenti sint; ad τὰ πράγματα hoc transferret. VATER.

3, 4. χλωρὰ καὶ ἔναιμα.] Sic edd. et MS. antiquissimus. Plures tamen MSS. ἄναιμα quasi *exsanguia* et *decolorata*. Quod si iisdem rebus duo hæc translata nomina apposuit, atque naturam earum significare voluit, verisimilius est ἄναιμα legi debere: neque enim videntur posse ullo modo eædem res eodem tempore pallidæ sanguinolentæque esse. Diversas tamen ille res diversis epithetis intelligere potuit, aut χλωρὸν non *pallidum* sed *viride* ac *vegetum* hic valet: χλωρὰ vero quæ pallent, et quæ colorem amiserunt appellari etiam planum est. Cicero Tusc. II. 8. Sophoclis (Trach. 1055) ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμα μου πέπωκεν ἤδη reddidit, *Jam* decolorem *sanguinem omnem exsorbuit*. Galenus quoque multis locis hanc vim habere hoc verbum testatus est, ut in Comm. I. Prognost. (T. V. p. 121, 122. ed. Bas.) Hippocratis verba interpretatus καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν, inquit, μετριωτέρα δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χλωρόν· εἰώθασι δὲ οὕτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοὶ ποτε μὲν τὸ ὠχρόν· ἐνίοτε δὲ ὡς οἱ πολλοὶ κράμβας τε καὶ θριδακίνας καλοῦσι χλωράς. Locum illum vertens Celsus II. 6. χλωρὸν reddit *perpallidum*. VICTOR.

volui. Est autem ἀντίμιμον, quod faciem alicujus rei præ se fert, atque illam exprimit. Aristoph. Thesm. 17. Ὦι μὲν βλέπειν χρὴ πρῶτα μηχανήσατο Ὄφθαλμον ἀντίμιμον ἡλίου τροχῷ. Alcidamas igitur, cum animi cupiditatem ἀντίμιμον appellavit, frigide locutus est, adposuit enim nomen, quod, et quia affectatum otiosumque, et quia junctum, nullo pacto dictioni oratoriæ conveniebat; ascivit enim ita ille sibi poeticum stilum, ac poema illud paullatim fiebat. VICTOR.

3, 3. Καὶ οὕτως ἔξεδρον] Restituit ἔξεδρον e Scholiaste Græco Victorius. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. καὶ οὕτως ἐξεῦρον. Minus bene. BUHLE.

3, 3. ἔξεδρον.] Antea mendose ἐξεῦρον. Correxi ex Græco interprete. Ἔξεδρον autem hic, nisi fallor, valet immensam exsuperantiam, quæ a sede et tamquam finibus recti exeat; quemadmodum videtur cepisse hoc nomen Athenæus V. p. 187. E. ubi maledicit Platoni in Charmide: ποιεῖ γὰρ αὐτὸν (Socratem scil.) ἀσυμφώνως ποτὲ μὲν σκοτοδινιῶντα, καὶ μεθυσκόμενον τῷ τοῦ παιδὸς ἔρωτι, καὶ γινόμενον ἔξεδρον, καὶ καθάπερ νεβρὸν ὑποπεπτωκότα λέοντος ἁλκῇ. Ita enim arbitror legi debere, cum in excusis perperam sit νεκρόν. Videtur vero id verbum ab avibus translatum: illæ enim ἔξεδροι, cum in locis adversis inauspicatisque sidebant, vocabantur. Cum autem hæc omnia e mediis quibusdam orationibus sumpserit, ut vitiosæ tantum locutionis exemplum sint, non est quod miremur, aut plenam sententiam in nonnullis non esse: aut desiderari, ut in hac, verbum, unde casus nominum regantur. VICTOR.

3, 3. Ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι] Abest γὰρ Cam. BUHLE.

3, 3. ἐπεμβάλῃ.] Similiter locutus est Plato Cratyl. p. 414. D. de inculcatis alicui nomini syllabis: ὥστε ἐπεμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα, τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνεῖναι ὅτι ποτὲ βούλεται τὸ ὄνομα. illæ enim impediunt, ne, unde ductum id nomen sit, videri possit. Idem affirmavit M. Varro de L. L. *Multa enim verba, litteris commutatis, sunt interpolata.* VICTOR.

3, 3. Τῷ ἐπισκοτεῖν] Vetus interpres Latinus vertit: *ex superintendere.* Legit: τῷ ἐπισκοπεῖν. Non bene. BUHLE.

3, 3. Διὸ χρησιμωτάτη] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. διὸ χρησιμώτατον. BUHLE.

3, 3. χρησιμωτάτη—διθυραμβοποιοῖς] Idem tradidit Demetrius ubi et ipse de frigore orationis disserit. Dionysius Hal. cum in v. Lysiæ c. 3. inquit, Gorgiam Leontinum prope dithyrambicis quædam fudisse, intellexit, ut puto, verba juncta: huic enim vitio illum affinem fuisse testimonio Aristotelis didicimus. VICTOR.

3, 3. Διθυραμβοποιοῖς· οὗτοι γὰρ ψοφώδεις.] Majoragius ad οὗτοι subaudit, poëtæ dithyrambici, qui *grandiloqui* sint. Vix recte. Ex vocabulo antecedenti eliciendum est voc. διθύραμ-

βοι: hi enim aptius dicuntur ψοφώδεις esse, et plane ita intelligendum est sequens enuntiatum, τοῖς ἐποποιοῖς, σεμνὸν γὰρ καὶ αὐθαδες (scil. τὸ ἔπος). VATER.

3, 3. Οὗτοι γὰρ ψοφώδεις] Vertit vetus interpres Latinus: *probrosi*, quasi legerit ψογώδεις. Minus bene. BUHLE.

3, 3. αὐθαδες.] Eleganter inquit esse superbum uti peregrinis vocibus, quasi fastidientis tritum usitatumque morem loquendi nec consuetudini servientis: is enim, si vitam spectes, αὐθάδης est, qui sibi putat licere, quod aliis non licet, ac ceteros præ se contemnit. VICTOR.

3, 3. Μεταφορὰ δὲ] Cod. antiquissimus Victorii: ἡ μεταφορὰ, omissa δέ. BUHLE.

3, 4. σεμνὸν—τραγικόν.] Duo hæc verba libenter copulare solitus est Aristoteles, ut Lib. II. de rebus superis c. 1. τραγικώτερον γὰρ οὕτω καὶ σεμνότερον ὑπέλαβον ἴσως εἶναι τὸ λεγόμενον. Idem autem, ut opinor, secutus Cicero, et ipse in Bruto inquit, c. 55. *Fuit enim Sulpicius, vel maxime omnium, quos quidem ego audierim, grandis, et, ut ita dicam, tragicus orator.* Quicquid autem inflatum, ac tumidum erat, tragicum, quia hoc genere dicendi tragici poetæ utuntur, vocabatur. VICTOR.

3, 4. Χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα.] Plures libri scripti, καὶ ἄναιμα, quod sane aptius est. Statim, ni fallor, præferendum esset, nisi existimari possit, alias χλωρὰ τὰ πράγματα ab Alcidamante pronuntiata esse, alias ἔναιμα. Ita enim vulgatum ferri poterit. Sin conjuncta hæc fuerint uno in loco; vel audaciam videtur superasse, qui, cum fieri possit, ut homines simul palleant, et cruenti sint; ad τὰ πράγματα hoc transferret. VATER.

3, 4. χλωρὰ καὶ ἔναιμα.] Sic edd. et MS. antiquissimus. Plures tamen MSS. ἄναιμα quasi *exsanguia* et *decolorata*. Quod si iisdem rebus duo hæc translata nomina apposuit, atque naturam earum significare voluit, verisimilius est ἄναιμα legi debere: neque enim videntur posse ullo modo eædem res eodem tempore pallidæ sanguinolentæque esse. Diversas tamen ille res diversis epithetis intelligere potuit, aut χλωρὸν non *pallidum* sed *viride* ac *vegetum* hic valet: χλωρὰ vero quæ pallent, et quæ colorem amiserunt appellari etiam planum est. Cicero Tusc. II. 8. Sophoclis (Trach. 1055) ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμα μου πέπωκεν ἤδη reddidit, *Jam* decolorem *sanguinem omnem exsorbuit*. Galenus quoque multis locis hanc vim habere hoc verbum testatus est, ut in Comm. I. Prognost. (T. V. p. 121, 122. ed. Bas.) Hippocratis verba interpretatus καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν, inquit, μετριωτέρα δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χλωρόν· εἰώθασι δὲ οὕτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοὶ ποτε μὲν τὸ ὠχρόν· ἐνίοτε δὲ ὡς οἱ πολλοὶ κράμβας τε καὶ θριδακίνας καλοῦσι χλωράς. Locum illum vertens Celsus II. 6. χλωρὸν reddit *perpallidum*. VICTOR.

3, 4. Σὺ δὲ] Ed. Cam. οὐ δὲ, haud dubie operarum vitio. BUHLE.

3, 4. Ποιητικῶς γὰρ ἄγαν] Ald. et Bas. ποιητικοῦ γὰρ ἄγαν. Ven. Cam. Spir. Major. ποιητικὸν γ. ἄγ. BUHLE.

3, 4. Ποιητικῶς γὰρ ἄγαν.] Edd. vett. ποιητικόν. Illud est ex libris scriptis pluribus et melioribus. VATER.

3, 4. Καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἄθυρμα τῇ ποιήσει] Paulus Leopardus (Emendatt. II, 6) suspicatur legendum esse: καὶ οὐτιδανὸν καὶ ἀθύρματα ποιήσει προσφέρων, id est, *et nihili hominem afferens*, ut reprehendat Aristoteles Alcidamantem in oratione Homericis vocibus utentem. BUHLE.

3, 4. Γοργίου.] Plutarchus Symp. p. 727. D. Γοργίας δὲ ὁ σοφιστὴς χελιδόνος ἀφείσης ἐπ' αὐτὸν ἀπόπατον, ἀναβλέψας πρὸς αὐτὴν, οὐ καλὰ ταῦτ' εἶπεν ὦ Φιλομήλα. VICTOR.

3, 4. ὦ Φιλομήλα.] Confirmatur hoc exemplo quod Cicero quoque memoriæ prodidit, Aristotelem translationis nomine appellasse etiam verba immutata, et partem ipsius esse voluisse: neque enim, si accurate attendimus, hæc metaphora est e genere quatuor illarum, quæ proprio nomine ita vocantur, sed videtur *hypallage*, i. e. *immutatio*: nam, relicto proprio nomine, aliud pro illo capitur, quod idem significat: ipsam autem μετωνυμίαν Grammatici vocant, eodem illo hoc quoque testante, quod nomina transferantur. Verba ipsius hæc sunt ex Oratore, cum diligenter antea vim harum rerum definivisset, et exemplis etiam illustrasset c. 27. *Aristoteles autem translationi hæc ipsa subjungit, et abusionem, quam* κατάχρησιν *vocant*. VICTOR.

CAP. IV.

4, 1. Ἡ εἰκὼν] Demetrius de Eloc. pro εἰκὼν utitur v. εἰκασία. BUHLE.

4, 1. εἰκὼν] Quintilianus VIII. 6, 8. *In totum autem metaphora brevior est similitudo, eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere; hæc, pro ipsa re dicitur*; comparatio *est enim, cum dico fecisse quid hominem*, ut leonem, *translatio est cum dico de homine* leo est.

4, 1. εἰκὼν] Vide Ernesti Lex. Techn. in v. et Lex. Lat. v. *Imago*. Quintilian. V. 11, 24.

4, 1. διαφέρει γὰρ μικρόν.] Differt tantum additione adverbii similitudinis. Quod Tacitus Hist. IV. 6, 1. per metaphoram dixit, *Etiam sapientibus cupido gloriæ novissima exuitur*, id Plato jam ante per imaginem extulerat; *cupidinem gloriæ*, inquit, *ceu ultimam tunicam anima solet deponere*. Nempe metaphora rem unam dicit esse alteram, propter aliquam similitudinem: quod cum duriusculum interdum sit, emollitur, si res una dicetur velut altera. SCHRADER.

4, 1. Ὅταν δὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Riccob. Major. ὅτι δέ. De hemistichio Homerico cf. Hartung. Decur. I, sub fin. BUHLE.

4, 1. Μετενέγκας λέοντα] Eædem edd. et Spir. μετενεγκών. Melius forsitan, utpote usitatius. BUHLE.

4, 2. οἰστέαι δὲ] Ut supra φέρειν ἐνθύμημα φέρειν παράδειγμα sæpe dixit, sic etiam nunc φέρειν εἰκόνας ait. Sic Topic. VIII. c. 2. εἰς δὲ σαφήνειαν, παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον. VICTOR.

4, 3. οἷον ἦν Ἀνδροτίων.] Patriam vitamque personarum, quæ imagine hac appellantur, cognitam non habeo. Hidriei cujusdam, Cariæ reguli, qui Mausoli frater fuit meminit Isocrates Or. Phil. p. 102. E. καὶ μὴν Ἰδρέα γε τὸν εὐπορώτατον τῶν νῦν περὶ τὴν ἤπειρον. Sic enim legi debet. Eundem memorat Diodorus Sic. XVI. 42. et Harpocrat. in v. VICTOR.

4, 3. Ἦν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα] Margo Ven. Cam. ἡ Ἀνδροτίονος εἰς Ἰδριέα. Conf. Victorii Comment. p. 583. De Androtione, Isocratis discipulo, egit Ruhnken. Hist. crit. Or. Gr. p. 152, Orat. Gr. Vol. VIII. ed. Reiske. Idrieus videtur fuisse idem cum Mausoli fratre, Cariæ regulo, cujus Isocrates in Orat. ad Philippum meminit. BUHLE.

4, 3. Θεοδάμας.] Theodamas similem esse dicebat Archidamum Euxeno, qui geometriam non calleret. Euxenus igitur, ut arbitror, deformis et improbus erat: hoc tamen in se boni habebat, quod erat bonus geometra. Si quis igitur geometriam ab Euxeno auferret, nulla in re Archidamus ab eo discreparet; nam ceteris rebus ac vitiis pares sunt. Vim eandem habere arbitror acutam vocem Polemonis, quam retulit Laërtius in vita ipsius; cum enim admiraretur ille Sophoclem poëtam, valdeque fabulis ejus delectaretur, nec ulla in re inferiorem ipsum faceret Homero, dixit Homerum esse Sophoclem epicum, Sophoclem autem Homerum tragicum. Et servata analogia, Euxenus erit Archidamus geometria auctus: cum enim nulla alia in re inter se discrepent, nisi quod Euxenus geometriam didicit, Archidamus non didicit, ut pares penitus facti sint, geometria spoliato Euxeno, ita pares erunt, si Archidamo affigetur geometria. VICTOR.

4, 3. Καὶ ὡς Θεοδάμας εἶπεν Ἀρχίδαμον Εὔξενῳ, γεωμετρεῖν οὐκ ἐπισταμένῳ] Non male conjicit Victorius l. l. Euxenum fuisse virum pessimum, sed bonum Geometram; Archidamum vero fuisse et ipsum improbum, sed Geometriæ imperitum. Aufer ergo, dixit Theodamas, ab Euxeno Geometriæ scientiam, tum simillimus erit Archidamus; aut illam adde Archidamo, tum huic par erit Euxenus. Latet tamen in sequentibus, vulgatam lectionem si retineas, aliqua difficultas vix expedienda. Legitur vulgo: ἔσται (aliæ edd. ἔστι) γὰρ καὶ ὁ Εὔξενος Ἀρχίδαμος γεωμετρικός. Sensum Victorius sic expressit: *erit enim et Euxenus Archidamus, auctus Geometria.* Ed. Ald. habet: ἔστι γὰρ καὶ ἡ Εὔξενος Ἀρχίδ. γεωμ. Puto igitur, olim lectum fuisse ᾗ Εὔξενος. Quod si amplectaris, exit sensus hic

aptior, ut mihi videtur: *Archidamus* assimilari *potest Euxeno, si* eatenus *Geometriæ scientia imbutus fuerit, quatenus eâ pollet Euxenus.* In textu nihil mutavi. BUHLE.

4, 3. Ἔσται γὰρ καὶ ὁ Εὔξενος Ἀρχίδαμος γεωμετρικός.] Buhlius conjicit: ἔσται γὰρ καὶ ᾗ Εὔξενος Ἀρχίδαμος γεωμετρικὸς, quod hunc ad modum explicat: *Archidamus assimilari potest Euxeno, si eatenus Geometriæ scientia imbutus fuerit, quatenus ea pollet Euxenus.* Sed verba conjecturæ neque hoc, neque quidquam aliud, quod loco conveniat, significant. Viri Cl. menti, ut opinor, hoc obversatum est: ἔσται γὰρ καὶ ὁ Εὔξενος Ἀρχίδαμος, γεωμετρικὸς, ᾗ Εὔξενος. At vulgatum nulla difficultate premitur. Sicuti Archidamus par est Euxeno, si hujus ex affectionibus scientiam Geometriæ dempseris: ita rursus Euxenus par est Archidamo γεωμετρικῷ, h. e. dummodo hujus ad affectiones adjeceris Geometriæ scientiam, quam ut alter alteri par sit, tantam esse oportere, quanta est Euxeni, per se quisque intelligit, nec fuit notatu opus. VATER.

4, 3. Ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Πλάτωνος] Aliæ edd. τῇ τοῦ Πλάτωνος. BUHLE.

4, 3. Ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Πλάτωνος.] Edd. Ald. Bas. Cam. et omnes libri scripti præter antiquissimum habent, πολιτείᾳ διὰ τοῦ Πλάτωνος. Ex codice antiquiss. et prisco Intpr. Victorius illud reposuit. VATER.

4, 3. Πλάτωνος.] De Rep. V. p. 469. D. ἀνελεύθερον δὲ οὐ δοκεῖ καὶ φιλοχρήματον νεκρὸν συλᾶν, καὶ γυναικείας καὶ σμικρᾶς διανοίας, πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος, ἀποπταμένου τοῦ ἐχθροῦ, λελοιπότος δὲ ᾧ ἐπολέμει, ἢ οἴει τὶ διάφορον δρᾶν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, αἳ τοῖς λίθοις, οἷς ἂν βληθῶσιν, χαλεπαίνουσι, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἁπτόμεναι. Pacuvius in *Armorum Judicio* apud Nonium hac imagine usus est: *Nam canis, quando est percussa lapide, non tam illum appetit, Qui se icit, quam illum eum lapidem, qui ipsa icta est, petit.* VICTOR.

4, 3. Καὶ ἡ εἰς τὸν δῆμον] Præclare hunc locum sanavit Victorius Codicis antiquissimi ope. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. habent: καὶ ὡς ὁ Δημοσθένης εἰς τὸν δῆμον. BUHLE.

4, 3. ἡ εἰς τὸν δῆμον.] Republ. VI. p. 488. A. Νόησον γὰρ τοιουτονὶ γενόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι, εἴτε μιᾶς ναύκληρον, μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς τῇ νηὶ ἅπαντας, ὑπόκωφον δὲ, καὶ ὁρᾶντα ὡσαύτως βραχύ τι κ. τ. λ.

4, 3. Ὑποκώφῳ δέ.] Ald. et Bas. ὑποκύφῳ δέ. Ricc. ὑποκούφῳ δέ. BUHLE.

4, 3. ἡ εἰς τὰ μέτρα.] Republ. X. p. 601. Οὔκουν, ἦν δ' ἐγὼ, ἔοικε τοῖς τῶν ὡραίων προσώποις, καλῶν δὲ μὴ, οἷα γίγνεται ἰδεῖν, ὅταν αὖτὰ τὸ ἄνθος προλίπῃ;

4, 3. Τοῖς ἄνευ κάλλους ὡραίοις.] Majoragius vim vocis ὡραίοις non satis expressit, cum vertat, *adolescentibus nulla pulchritudine præditis.* Ὡραῖοι enim sunt *florentes adolescentia*, qui

ob vultum juvenilem, cutem teneram et mores juventuti proprios placent: pulchri vero non sunt. Illa cum ætate pereunt. Post paullo veram lectionem ἀπανθήσαντες Victorius dedit ex libris scriptis. Edd. vett. inepte εὐπαθήσαντες. VATER.

4, 3. Ἀπανθήσαντες] Edd. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. εὐπαθήσαντες. Parum ad rem, ut jam monuit Sylburgius. BUHLE.

4, 3. Σαμίους.] Ita Samii oblata commoda, non nisi queruli, acceptabant. Debebant Samii Atheniensibus libertatem suam, et a jugo Persico atque Oligarchico liberationem, multis tamen Samiorum frendentibus, quibus popularis status gravis erat. SCHRADER. Vid. Thucydid. I, 115. Diodor. XII, 27. pag. 495. BUHLE.

4, 3. Δημοσθένης.] Non intelligit, ut opinor, Demosthenem, summum oratorem, sed alterum Demosthenem, qui eum ætate antecessit, et ipsum in rep. regenda cum laude versatum virum. VICTOR.

4, 3. Δημοκράτης] Eadem imagine usus est Aristoph. Equit. 712. ΚΛ. ἐπίσταμαι γὰρ αὐτον οἷς ψωμίζεται. ΑΛ. Καθ' ὥσπερ αἱ τιτθαί γε σιτίζεις κακῶς. Μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντίθης, Αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλασίον κατέστακας. Hic autem est Democrates ille cujus mentionem fecit Plutarchus Polit. Præc. p. 803. D. VICTOR.

4, 3. Ἀντισθένης Κηφισόδοτον τὸν λεπτὸν] Quibus summa corporis gracilitas foret, Græci λεπτοὺς vocabant. Plures autem Athenæo XII. p. 551. hoc habitu corporis fuisse traduntur. *Tenuem* autem *macrumque* cum appellavit L. Gellium, impurum hominem, Catullus, λεπτὸν, ut Græci loquuntur, intellexit. Cephisodoti oratoris meminit Demosthenes c. Leptin. p. 501. Ejusdem Orationem posuit Xenophon Hell. VI. 3, 2. et VII. 1, 12. Suæ vocis autem rationem reddens Antisthenes, et qua in re Cephisodotus thuri similis esset, ostendens, inquit: quia lætitia omnes bonos afficit cum absumitur, macieque conficitur: non potest enim, qui tenuior cotidie fit, ab interitu longius abesse. Mors autem ipsius, ut perditi civis, justum gaudium excitabat. Nam thus, cum teritur atque incenditur, valde redolere, ob idque magis delectare, constat. VICTOR.

4, 3. Τὸν λεπτὸν λιβανωτῷ εἴκασεν, ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει] Ven. Cam. Major, τὸν λεπτήν. Margo Ven. τὸν κλέπτην, quod haud displicet. Simile est proverbium inter nostrates: *Die Iuden nehmen sich nirgend besser aus, als am Galgen.* Pro ἀπολλύμενος Ald. et Bas. ἀπολόμενος. Minus bene. De *Cephisodoto* Oratore vid. Ruhnken. p. 141. l. l. Verum cum plures Cephisodoti in historia Attica memorentur, etiam alius ab Aristotele intelligi potuit; et utique alius esse debuit, si κλέπτην pro vulgato λεπτὸν legatur. BUHLE.

4, 3. Καὶ ὡς εἰκόνας] Ald. Bas. 1. 2. Frob. et margo Isingr. καὶ ὡς εἰκός. Male. BUHLE.

4, 4. αἰεὶ δὲ δεῖ.] Id enim si sit, eximia erit, et optima omnium. Ceteroqui translationes a proportione ductas non omnes esse reciprocas Demetrius docet c. de Metaphora p. 76. et in aliquibus id tentanti facile liquebit. Leptines *Spartam alterum Græciæ oculum* esse scite dixit, nec tamen hæc commutare et alterum animalis oculum *Spartam animalis* dicere licebit. SCHRADER.

4, 4. ἐκ τοῦ ἀνάλογον ἀνταποδιδόναι.] Quid ἀνάλογον in translationibus sit, copiose docuit Poet. c. 21. Verbum ἀνταποδιδόναι sic expressit Quintilianus VIII. 3, 77. *Quod facit* redditio *contraria, quæ* ἀνταπόδοσις dicitur. Phalereus de Elocut. ubi de metaphoris disputat, οὐ πᾶσαι μέντοι ἀνταποδίδονται, ὥσπερ αἱ προειρημέναι. An, semper id ita se habere dicens Aristoteles, respexit rei ipsius naturam, quæ semper, ut id fieri pateretur, non quam polite beneque efficeretur, cogitavit? necessario enim requiri videtur, ut quod in altera illarum fit, in altera quoque fieri possit, quamvis non tam eleganter apteque geratur: nec Phalareus omnino negavit in quibusdam id locum habere, sed non tam commode tractari efficiqne posse affirmavit. Cum autem Homerus apes βοτρυδὸν, quasi uvæ in morem, volare dixisset; hac ratione translato nomine vetus quidam poeta, ut Eustathius narrat, imitatus illum, immutavit formam, et cum vim ingentem copiamque ipsarum significare vellet, examen uvarum vocavit. VICTOR.

4, 4. ἀνταποδιδόναι.] Vide Ernesti Lex. Techn. in v. Ἀνταποδίδοσθαι.

4, 4. Ἀνταποδιδόναι, καὶ ἐπὶ θάτερα, καὶ τῶν ὁμογενῶν.] Ultima verba Victorius ita interpretatur: *idemque debet contingere in illis, quæ sub eodem genere sunt.* Majoragius vertit: *oportet metaphora in rebus ejusdem generis fieri.* Neutrum tamen verba significant. Nam ad hoc notandum alia addenda erant: illud Victorii expressum esset, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὁμογενῶν. Quare conjecerim, καὶ ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν scholion esse, vel ad verba, ἐκ τοῦ ἀνάλογον, vel ad ἐπὶ θάτερα adscriptum. Eo omisso sententia loci salva manet: retento contra interrumpitur. Nam tunc exemplum, quod sequitur, oportet esse ἐκ τῶν ὁμογενῶν h. e. metaphora ἐξ εἴδους εἰς εἶδος; sed est ἐκ τοῦ ἀνάλογον, et ut tale citatur etiam in Poët. c. 21. Schol. Gr. verba suspecta manifesto ante oculos habuit. VATER.

4, 4. Καὶ ἐπὶ θάτερα] Ald. Bas. et Ricc. καὶ ἐπὶ θατέρου. BUHLE.

4, 4. Τὴν ἄσπιδα ἁρμόττει λέγεσθαι φιάλην Ἄρεως.] Athenæus Deipn. X, 9. dicit Nestoris poculum, quod ille secum portaret in bello, non male φιάλην Ἄρεως vocari, κατὰ τὸν Ἀντιφάνους

Καινέα, ἐν ᾧ λέγεται οὕτως· εἰ τῇ δῆλος φιάλην τὸ ὅπλον Ἄρεως κατὰ Τιμόθεον ξυστόν τε βέλος. Unde suspicari licet, Aristoteli pronuntiatum Timothei, dithyrambici, cum hæc scriberet, in animo fuisse: quanquam Athenæi locus corruptus videatur (cf. Koppiers Observata philologica in loca quædam Antiphanis etc. p. 41.) Postea plures hac metaphora uti ausi sunt, quos vide in Comm. Casaub. ad Athen. p. 728. VATER. Conf. Tyrwhitt. ad Poët. §. 35.

4, 4. Φιάλην Ἄρεως] Audacissimam hanc metaphoram a Theognide, poëta dithyrambico, usurpatam esse, conjicit Schneider ad Demetr. περὶ ἑρμ. p. 140. BUHLE.

CAP. V.

5, 1. Ἑλληνίζειν.] Id est, Græco sermone recte uti, ac pure emendateque loqui. Omnem autem hanc partem Cicero reliquit, ut quæ facilem cognitionem haberet, ut ipse affirmat, et a sua certa scientia accurate tractaretur: nam ad extremum etiam illius disputationis (quædam enim quæ evitari deberent brevi tradidit) inquit: *Prætereamus igitur præcepta Latine loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, et subtilior cognitio, ac ratio litterarum alit, ac consuetudo sermonis cotidiani, ac domestici libri confirmant, et lectio veterum oratorum ac poëtarum.* VICTOR.

5, 1. Ἑλληνίζειν.] Diogenes Laërtius in Zenone VII. 59. Ἀρεταὶ δὲ λόγου εἰσὶ πέντε, Ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, κατασκευή. Ἑλληνισμὸς μὲν οὖν ἐστι φράσις ἀδιάπτωτος, ἐν τῇ τεχνικῇ καὶ μὴ εἰκαίᾳ συνηθείᾳ. Σαφήνεια δέ ἐστι λέξις γνωρίμως παριστῶσα τὸ νοούμενον. Συντομία δέ ἐστι λέξις αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα περιέχουσα πρὸς δήλωσιν τοῦ πράγματος. Πρέπον δέ ἐστι λέξις οἰκεία τῷ πράγματι. Κατασκευὴ δέ ἐστι λέξις ἐκπεφυγυῖα τὸν ἰδιωτισμόν. Ὁ δὲ βαρβαρισμός, ἐκ τῶν κακιῶν λέξις ἐστὶ παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδαιμονούντων Ἑλλήνων. Σολοικισμὸς δὲ ἐστι λόγος ἀκαταλλήλως συντετακγμένος. Vide Suidam in v. Σολοικισμός. Schol. Platonis p. 70. Τὸ Ἑλληνίζειν τριττόν· ἢ τὸ τὴν Ἑλληνικὴν συνήθειαν διασώζειν τῶν ὀνομάτων ἐπὶ πάντων· οἱ πολλοί· ἢ τὸ ἀκριβοῦν τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν, καὶ τὴν ὀρθότητα τὴν ἐν τῇ προφορᾷ· οἱ γραμματικοί· ἢ τὴν κυριότητα τῶν ὀνομάτων τὴν κατὰ φύσιν προσήκουσαν τοῖς πράγμασιν ἀπονέμειν· οἱ φιλόσοφοι. Cum seqq. confer Demetrium §. 53. et seqq.

5, 2. Ἂν ἀποδιδῷ—ἀπαιτοῦσιν.] Majoragius vertit, *ut quis eas, sicuti natura postulat, vel ante vel post in ordine collocet, ut inter se respondeant:* quo tamen loci constructio vix expressa est. Hæc ita se habet. Ἔστι τὸ ἑλληνίζειν ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις (οὕτως), ὡς (σύνδεσμοι) πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων, (τοῖον,) οἷον ἔνιοι ἀπαιτοῦσιν, *quemadmodum unaquæque postulat.* Nam modo una sufficit con-

junctionis nota, modo duæ inter se respondent. Idcirco ἔνιοι positum est. VATER.

5, 2. Μακρὰν ἀπαρτᾶν] Ald. Bas. et Ricc. nec non plures Victorii Codd. μακρὰν ἀπαντᾶν. Nostrum autem tuentur Cod. Victorii antiquissimus, et vetus interpres Latinus. Georgius Trapezuntius: *et neque longo intervallo redire.* Confer Quinctilian. Institt. Orat. VIII, 2; I, 4; VIII, 6. BUHLE.

5, 2. Ἦλθε γὰρ Κλέων δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν] Ald. Bas. Cam. Ricc. ἦλθέ τε γὰρ Κλέων καὶ δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν. Ven. Spir. Major. prius καὶ omittunt. Paulo insolentius in hac lectione conjunctiones multiplicatæ sunt. BUHLE.

5, 3. ἰδίοις—περιέχουσι.] Quintil. VIII. 2, 1. *Primus enim intellectus est sua cujusque rei appellatio.* Idem autem, ut arbitror, quod hic Aristot. significat: περιέχοντα enim nomina (nisi fallor) philosophus appellat, cum circumscribitur res pluribus verbis, nec uno exprimitur. Exempla satis accommodata hujus vitii indicandi erunt, quæ eodem capite Quintilianus ponit, accusans eum, qui in actione *Hibericas herbas* dixerat, cum *spartum* significare vellet, necnon alium clarum tum oratorem, qui *duratos muria pisces* pluribus verbis obscure protulerat, quod uno aperte dicere poterat, *salsamenta.* VICTOR.

5, 3. περιέχουσιν.] Minus recte, (si quid video) et prorsus contra sermonis usum interpretes vertunt *circumlocutionibus, circumscriptionibus:* cum ὀνόματα περιέχοντα dixerit Philosophus *nomina generalia*, generalem quamdam rei notionem exprimentia: quibus opponit τὰ ἴδια, *propria nomina*, i. e. magis definita atque determinata, quibus ex usu sermonis ea res de qua agitur ab omnibus aliis distingui solet. Sic et sæpe alibi apud Philosophum (veluti Topic. IV. 1.) distinguuntur et opponuntur inter se τὸ γένος et τὸ ἴδιον. Itaque, mox ait, vitioso illo dicendi genere consulto uti solere vates: quoniam non tam facile erroris convinci se posse intelligunt si διὰ γενῶν λέγουσι, i. e. *si verbis utuntur generalioribus.* SCHWEIGHÆUSER ad Athen. VII. p. 309. A.

5, 3. τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι.] Damnat eorum vanitatem, qui cum rem aliquam suo et proprio nomine poterant aperte dicere, malunt eandem per ambages circumloqui. *Ut si quis medicus*, verba sunt Ciceronis de Divin. II. 64. *ægroto imperet, ut sumat* Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam, *potius quam hominum more*, cochleam. *Nam Pacuvianus Amphion*, Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera, Capite brevi, cervice anguina, adspectu truci, Eviscerata, inanima, cum animali sono, *cum dixisset obscurius, tum Attici respondent; Non intelligimus nisi aperte dixeris. At ille uno verbo*, testudo. *Non potueras hoc igitur a principio, citharista,*

dicere? L. Appuleius lib. III. Metamorphoseon ita orditur: *Commodum punicantibus phaleris aurora roseum quatiens lacertum, cœlum inequitabat.* Quod multo brevius et clarius dicere potuisset ille adfectatæ elegantiæ scriptor. Tum vero demum periphrasis, sed inaffectata, est opportuna, cum quidquam vel splendidius proferri, vel dictu deforme tegi res poscit. Vide quæ Aristot. libri hujus c. 2. et Quintilianus VIII. 6. de periphrasi docuerunt. SCHRADER.

5, 4. Μὴ ἀμφιβόλοις] Cam. et Major. μὴ ἀμφιβόλως. Quinctil. VII, 9. BUHLE.

5, 4. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς] Locus clarus est. *Tales, qui nihil habent, quod dicant, videri tamen cupiunt aliquid dicere,* poëtice *sua effutiunt, quemadmodum Empedocles fecit.* Sollicitavit lectionem vulgatam Victorius, sensum verborum non capiens, et pro ἐν ποιήσει legere maluit ἐν προαιρέσει. Aliam lectionem ex vetere versione Latina, quæ habet, *in fictione dicunt hæc,* exsculpsit Morelius; arbitratus enim est, interpretem legisse ἐν προσποιήσει, sicut idem paulo ante προσποιῶνται in textu vertit *fingunt.* Verum argutatus est Morelius; et hac immutatione facta quoad sensum nihil lucreris. BUHLE.

5, 4. Ὅταν γὰρ λέγωσιν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. non habent γάρ. BUHLE.

5, 4. Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς] Herodot. I, 91. Cf. ibid. cap. 53. BUHLE.

5, 4. Διὰ τῶν γενῶν] Sic bene emendavit Victorius e Codd. et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Cam. διὰ τῶν λοξῶν. Nostrum offerunt quoque margo Ven. et Georgius Trapezuntius. BUHLE.

5, 4. Ἢ πόσα ἔχει] Eædem edd. ut et Ricc. et Major. ἢ τὸ πόσα ἔχει. BUHLE.

5, 4. οἱ χρησμολόγοι.] Cicero de Divinat. II. 54. *Callide enim qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset prædictum videretur, hominum et temporum definitione sublata.* Æschines c. Ctesiph. p. 490. hoc ipsum sectari gloriosos homines vanosque, cum aliquid falsi pronuntiant, affirmat: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἀλάζονες, ὅταν τι ψεύδωνται, ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον. VICTOR.

5, 5. Notandum est ex hac §, Protagoram primum nominum genera divisisse in masculina, feminina, et *instrumenta,* (quæ *neutra* dicuntur Latinis,) quod vasa et utensilia plerumque neutrius generis sunt. In Poët. cap. 21. *neutra* appellantur τὰ μεταξύ. BUHLE ex SCHRADER.

5, 5. δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι.] Cuncta quoque hæc breviter tetigit Cicero de Orat. III. 11. quamvis, ut minuta, et omnibus cognita, relinquere se velle ostendisset. Sic enim locutus est: *Atque ut Latine loquamur, non solum videndum est ut et*

verba afferamus ea quæ nemo jure reprehendat; et ea sic, et casibus, et temporibus, et genere, et numero, conservemus, ut ne quid perturbatum ac discrepans, aut præposterum sit, &c. Sed etiam in Partit. c. 6. *Consecutio autem, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus, perturbetur oratio.* VICTOR.

5, 6. Τὸ γεγραμμένον] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τὸ εἰρημένον. BUHLE.

5, 6. Τὸ γεγραμμένον.] Victorius dedit ex libris scriptis omnibus, itidemque Schol. Gr. habet. Edd. vett. τὸ εἰρημένον. VATER.

5, 6. Ἡρακλείτου.] Locum Heraclitis adducit Clemens Alexandrinus Strom. V. p. 716. Ἄντικρυς δὲ ὁ μὲν Ἡράκλειτος, Τοῦ λόγου τοῦδ' ἐόντος ἀεὶ ξυνετοὶ γίνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον. Necnon Sextus Empiricus VII. 132. Ἐναρχόμενος οὖν τῶν περὶ φύσεως ὁ προειρημένος ἀνὴρ, καὶ τρόπον τινα δεικνὺς τὸ περιέχον, φησί· Λόγου τοῦδε ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι γίγνονται ἄνθρωποι, καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον· γινομένων γὰρ κατὰ τὸν λόγον τόνδε ἄπειροι ἐοίκασι, πειρώμενοι ἐπέων, καὶ ἔργων τοιούτων ὁκοίων ἐγὼ διηγεῦμαι κατὰ φύσιν διαιρέων ἕκαστον, καὶ φράζων ὅκως ἔχει· τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους λανθάνει ὁκόσα ἐγερθέντες ποιοῦσιν, ὅκωσ περ ὁκόσα εὕδοντες ἐπιλανθάνονται. VICTOR.

5, 6. Ἡρακλείτου.] Heraclitus Ephesius Darii Hystaspidis ævo vixit, et ut Cicero De Fin. II. 5. memorat, de natura nimis obscure scripsit, et quidem consulto, ut ob id σκοτεινὸς fuerit appellatus. Ejusdem in dicendo obscuritatem tangit de Divin. II. 64. De Nat. D. I. c. 26. Theon Sophista Progymn. c. IV. p. 35. ed. Camerar. Ὁμοίως δὲ ἀσαφὴς γίνεται φράσις, καὶ ὅταν τι σημαῖνον μόριον ἄδηλον ᾖ μετά τινος συντέτακται· οἷον, Οἱ δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν. Ἀμφίβολον γὰρ, πότερον ἐπὶ τῷ Θερσίτῃ ἀχνύμενοι, ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος, ἢ ἐπὶ τῇ καθολκῇ τῶν νεῶν. Καὶ πάλιν, Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη Θρέψε Διὸς θυγατὴρ—πότερον τὸν δῆμον, ἢ τὸν Ἐρεχθέα φησὶν ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τραφῆναι, καὶ τεκεῖν τὴν γῆν. Παρὰ ταύτην δὲ τὴν ἀμφιβολίαν τὰ Ἡρακλείτου τοῦ φιλοσόφου βιβλία σκοτεινὰ γέγονε, κατακόρως αὐτῇ χρησαμένου, ἤτοι ἐξεπίτηδες, ἢ καὶ δι' ἀγνοιαν. SCHRADER.

5, 6. Τοῦ λόγου τοῦδ' ἐόντος] Ita dedit Victorius e pluribus Codd. MStis. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τοῦ λόγου τοῦ ὄντος. Sententiam Aristotelis de Heracliti obscuritate confirmant Demetr. de Interpr. p. 126; Cic. de Fin. II, 5; De Divinat. II, 64; De Nat. Deor. I, 26. BUHLE.

5, 6. πρὸς ὁ δ.] Videtur ad structuram verborum implendam intelligi debere χρὴ in verbis Aristotelis. VICTOR. Equidem excidisse censeo δεῖ ob initium vocis διαστίξαι.

5, 7. Ἔτι τάδε ποιεῖ σολοικίζειν, τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν μὴ ἐπιζευγ-

νύῃς ἀμφοῖν, ᾧ ἁρμόττει.] Rem intelligo, verba item; non structuræ modum et ordinem. Corrigendum olim notavi, nec nunc pœnitet, τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν ἐπιζεύγνυῃς, ἀμφοῖν ᾧ ἁρμόττει, si *in junctura, quod ζεῦγμα sive συνεζευγμένον vocant, non utrique vocabulo redditur, quod utrique convenit.* Verborum collocatio neminem offendat, quum ἀμφοῖν non magis ad postrema quam ad ἀποδ. spectet. Si vero τὸ μὴ ἐπιδιδόναι, quasi pro vocabulo artis positum, explicatum esset per sequentia, non ἐὰν ἐπιζευγνύῃς sequeretur, sed τὸ μὴ ἐπιζευγνύναι. WOLF.

5, 7. Ἔτι τάδε ποιεῖ] Eædem edd. ἔτι δὲ ποιεῖ. BUHLE.

5, 7. Τὸ μὴ ἀποδιδόναι] Vetus interpres Latinus videtur legisse τὸ μὲν ἀποδιδόναι. BUHLE.

5, 7. ἐὰν μὴ ἐπιζευγνύῃς.] Vide Vater. supr. 3, 2.

5, 7. Ἃ μὴ προθεὶς εἴπῃς] Variant edd. et quidem Ald. Bas. et Ricc. habent καὶ ἂν μὴ προσθῇς εἴπῃ. Ven. et Cam. καὶ ἂν μὴ προσθεὶς εἴπῃς. Spir. et Major. καὶ ἂν μὴ προθεὶς εἴπῃς. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. ἂν μὴ προθεὶς εἴπῃς, omisso καί. Equidem Lips. secutus sum. BUHLE.

5, 7, Ἃ μὴ προθεὶς εἴπῃς, μέλλων.] Ἃ mendum videtur edd. Lips. et Bipont. Edd. ceteræ, quas vidi, omnes ἂν exhibent, quod etiam aptius est. Καὶ quod ante ἂν in edd. vett. legitur, codicis antiquiss. ex auctoritate Victorius delevit: ex eodem libro προθεὶς posuit, cum in ed. Ald. προθῇς legeretur. Sensus hic est: *Si quis id, quod primo loco dicendum est, ibi non ponit, sed differt, dum multa alia vult interjicere, obscura fit oratio;* quasi scriptum esset, ἂν, μὴ προθεὶς, ὕστερον εἴπῃς. In sequenti exemplo, quod Majoragius liberius reddidit, post voc. εἶτα colo interpungendum est. Εἶτα enim perinde ac ἀλλὰ μὴ, sunt verba ab Aristotele interposita, ut ad illud subaudias, *deinde adjiciendum est.* VATER.

5, 7. μεταξὺ] Damnat Aristoteles μεταξυλογίαν, hoc est, cum vel circumstantia, vel aliquid tota materia alienum interseritur, et hac ratione vel membrum, vel periodus diffinditur. Theon. l. c. μὴ δὲ μεταξυλογίαις, καὶ ταύταις διὰ μακροῦ· τὰ γὰρ ἐγγὺς λαμβάνοντα τὴν ἀπόδοσιν, οὐ λυπεῖ τοὺς ἀκροατάς. Adde Quintil. VIII. 2. SCHRADER.

CAP. VI.

6, 1. Ὄγκον.] Victorius *inflationem* vertit, Riccobonus, *tumorem*, incommode uterque: his enim vocibus, ut corporis, ita orationis quoque vitium notatur. At describitur ab Aristotele hoc capite virtus quædam elocutionis, quam proinde Trapezuntius, Sturmius, Portus, Majoragius recte *amplitudinem*, Gallicus interpres *l'enfleure*, et *de grossir la diction*, Italicus, *dare ampiezza a l' oratione*, interpretantur. Desi-

gnatur isto interpretum verbo character magnificus, quem pariter ὄγκον appellarunt Dionysius Hal. et Hermogenes. Quanquam Socrates et Plato hoc nomine vitium characteris magnifici denotarunt. SCHRADER. Vertit quidem Victorius *inflationem tumoremque*, in commentario autem interpretatur, Dionysium Hal. in Lysia allegans, *orationem quæ haberet in se gravitatem, et amplitudinem non parvam*. Conf. Ernest. Lex. Tech. in v.

6, 1. Ὄγκος τῆς λέξεως non est *tumor et turgor orationis*, sed *amplitudo*, qua, ubicunque convenit, utendum est. VATER.

6, 3. τὸ ποιητικόν.] Hoc Thucydidi contigisse testatur Halicarnasseus: ille namque in concionibus suis cum grandiore oratione uti vellet, non potuit hanc culpam evitare: modumque in ornamentis his colligendis, et oratione amplificanda tenere, sed usus est, ut ipse loquitur, ποιητικῇ κατασκευῇ. VICTOR.

6, 4. Τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν] Restituit ἓν e Cod. MSto Victorius, nam abest illud ab Ald. Ven. Bas. Cam. et Ricc. BUHLE.

6, 4. λιμένας εἰς Ἀχαϊκούς.] Senarii finis est, auctorem ipsius nondum comperi. Eodem consilio videtur dixisse Sophocles Œd. Tyr. 987. καὶ μὴν μέγας (γ') ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι: unum enim tantum bustum fuerat. In eadem quoque fabula clarum admodum exemplum est hujus libertatis locus hic omnis, Ὦ γάμοι, γάμοι, ἐφύσαθ' ἡμᾶς κ. τ. λ. Quare Longinus c. 23. quoque ipso usus est, cum ostendere vellet, casuum, temporum, personarum, numerorum, generum permutationes variare orationem, atque amplificare. VICTOR.

6, 4. Δέλτου μὲν αἵδε πολύθυροι διαπτυχαί] Versus est Euripidis Iphigen. in Taur. 727. Ald. Ven. Bas. Ricc. Δελτούμεναι δέ. Emendatior jam exhibetur versus in marg. Ven. Pro πολύθυροι Hartungus (Decur. I, 2) et Victorius ex vulgatis Euripidis editionibus dederunt πολύθρηνοι, cujus tamen immutationis ipsum Victorium postea pœnituit, Comment. p. 598. Legitur autem πολύθρηνοι adhuc in omnibus edd. recentioribus. Quam curavit nuperrime *Beckius*, vir doctissimus, eam nondum vidi. Equidem πολύθυροι recepi, quod firmant Codd. Victor. omnes, Cod. Græcus Augustini Niphi, vetus interpres Latinus, Codd. Latini MSti Helmstadienses (Schrader. Comment. pag. 516), et edd. Victorianâ antiquiores. Georgius Trapezuntius versum plane omisit. Pro αἵδε Hartungus maluit αἱ, sine δὲ, exigente metro. Non expunxi δὲ, cum Aristoteles memoriter citaverit. BUHLE.

6, 4. Πολύθρηνοι διαπτυχαί.] Necessario scribitur πολύθυροι, quod Schol. Gr. et testes veteres omnes habent, quia in Euripidis Iphig. in Taur. v. 727, ubi hic jambus et prava lectio invenitur, quæ significatur, epistola lætitiæ plena est, non

mœroris. Θύραι sunt plicationes epistolæ; cf. Hesych. θύραν τὴν πτύχα ἔχουσαι. Vide Victorii Var. Lect. 1. 31. c. 18. VATER.

6, 5. Καὶ μὴ ἐπιζευγνύναι.] Edd. Ald. Bas. Cam. καὶ τὸ μὴ ἐπιζ. VATER.

6, 5. μὴ ἐπιζευγνύναι.] Non copulare vincireque uno articulo duos casus, sed utrique suum articulum assignare. VICTOR.

6, 6. μετὰ συνδέσμου.] Virgil. Georg. II. 192. *Pateris libamus et auro.* Æn. I. 115. *In brevia et syrtes.* Ib. 65. *molemque et montes insuper altos Imposuit.* et III. 223. *In partem prædamque.* Hæc singula ob copulam interjectam grandius prolata, tenuiora erunt, si dicas *pateris aureis, brevia Syrtium, molem montium, in partem prædæ.* Adi in Gifanii Ind. Lucretiano titulum *Participia brevitatem afferunt orationi.* SCHRADER.

6, 6. Μὴ ἀσύνδετα δέ· οἷον.] In utroque, quod sequitur, exemplo pro ὅτε ἐπορεύθην positum est participium πορευθείς; itaque ἄνευ συνδέσμου est oratio. Asyndeta vero esset, si legeretur: πορευθεὶς, διαλεχθεὶς, et ἐπορεύθην, διαλέχθην. VATER.

6, 7. Ὁ ἐκεῖνος ποιεῖ] Aliæ edd. οἷον ἐκεῖνος ποιεῖ. De *Antimacho Clario* s. *Colophonio*, (nam fuit Claro, a Colophoniis condito oppido, oriundus,) ejusque vita, ingenio, et carminibus erudite disseruit *Schellenbergius*, vir ornatissimus, qui etiam fragmenta sedulo collegit et illustravit. Vid. Antimachi Coloph. Reliq. Halæ Sax. 1786, 8; ubi de fragmento, ab Aristotele in textu citato, p. 52 pluribus agitur. Occurrit idem Antimachi versus in Teumessum, s. Telmessum, Bœotii agri collem, apud Strabon. IX, p. 409. (ed. Paris. 1620 fol.) Conf. Schraderi Comment. p. 517, et Valckenær. ad Euripid. Phœniss. v. 1107. BUHLE.

6, 7. Antimachus Claro urbe, quæ Colophoniorum colonia erat, fuit oriundus, unde *Clarius* Ciceroni in Bruto c. 51. et Ovidio, *Colophonius* autem Dionysio Hal. De comp. Verb. c. 75. Plutarcho in Lysandr. c. 33. et Antipatro Thessalonicensi in Epigr. quod Salmasius vulgavit in Comment. ad Spartianum p. 44. appellatur. Hadrianum Imp. Homerum e medio tollere, et Antimachum pro eo introducere voluisse narrat Dio Lib. LXIX. p. 794. Elogium ejusdem habes apud Quintil. X. 1. Elocutionem viri cum non omni ex parte probent veteres styli censores, Aristoteles tamen illi familiarem amplificandi rationem commendat, qua in colle Bœotiæ, Teumesso, amplificando fuit usus, dum commemoravit quæ collis iste non habebat. Initium tantummodo carminis hic affert Aristoteles, quod et Strabo fecit, Lib. IX. p. 409. B. ubi subjicit, γνώριμα δὲ τὰ ἑπη· satis nempe caussæ, cur versus reliquos omitterent. Ceterum Strabo hæc præmittit; ὧν ἐκό-

σμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος. Nempe sermonis de hoc colle ampliandi caussa ita fere scripserit: *Non est quidem ille aut excelsus admodum, aut valde latus, aut aqua irriguus, aut arboribus vestitus, attamen apricus, herbis et floribus uber, egregie munitus, oppido propinquus.* Adeo etiam virtutes, quæ absunt, recensitæ, extendere queunt elogium. Ejusdem fere commatis est illud legis naturæ elogium in Miloniana Ciceronis c. 4. *Est hæc, Judices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus—ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* Ut enim descriptioni hujus legis immoretur, intexit, quid non sit. Inprimis vero absentium vitiorum recensio auget laudationem, ut in illo Lucretii III. 26. *Apparet divom numen, sedesque quietæ; Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis Adspergunt, neque nix acri concreta pruina Cana cadens violat, semperque innubilus æther Integit, et large diffuso lumine ridet.* Indidem petitum est Italiæ præconium apud Virgil. Georg. II. 140. *Hæc loca non tauri*—et 151. *At rabidæ tigres absunt.* C. Cæsarem quoque ornabit, qui dicet, quod non fuerit crudelis, non avarus, non superbus, non inexorabilis. Catullus vero amicam Formiani vituperaturus, Ep. 41. memorat bona quibus illa carebat: *Salve nec minimo puella naso, Nec bello pede, nec nigris ocellis.* Et hujusmodi quidem amplificandi ratio nunquam non erit præsto: in laudatione enim rei aut personæ, si mala, quibus illa caret, commemorentur, in vituperatione, si bona, amplior redditur oratio. SCHRADER.

6, 7. ἄχορδον.] Vide infr. 12, 11.

6, 7. ἐπιφέρουσι.] Significantur, ut puto, hoc verbo, ἐπίθετα. Nam Demetrius quoque, cum de appositis nominibus loqueretur, ipso usus est: c. 85. Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν· ὡς ὁ Θέογνις παρατίθεται τὸ τοξοφόρμιγγα ἄχορδον, ἐπὶ τοῦ τόξῳ βάλλοντος. VICTOR.

6, 7. Εὐδοκιμεῖ γὰρ τοῦτο] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. εὐδοκιμεῖ δὲ τοῦτο. BUHLE.

6, 7. Λεγόμενον, ταῖς ἀνάλογον.] Edd. Ald. Bas. Argent. λεγόμενον τοῖς ἀνάλογον ταῖς ἀνάλογον. Mendum hoc, quod in plures libros scriptos irrepsit, ex melioribus a Victorio sublatum est. VATER.

6, 7. Τὴν σάλπιγγα] Non instrumentum (tubam) innuit Aristoteles, sed ejus sonum. BUHLE.

CAP. VII.

7, 1. πρέπον.] Cicero in Orat. c. 21. *Est eloquentiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum, sapientia: ut enim in vita,*

sic in oratione, nihil est difficilius quam, quid deceat, videre. πρέπον *appellant hoc Græci, nos dicamus sane decorum.* SCHRADER. Vide Ernest. Lex. Techn. in v.

7, 1. Παθητική τε] Vetus interpres Latinus vertit: *passionis illativa secundum aliquid.* Legit igitur παθητική τι. BUHLE.

7, 2. περὶ εὐόγκων αὐ.] Cicero loc. cit. *Quam indecorum est de stillicidiis, cum apud unum judicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus; de majestate vero P. R. submisse et subtiliter?* Ib. c. 29. *Is erit igitur eloquens, qui poterit parva submisse, modica temperate, magna graviter dicere.* SCHRADER.

7, 2. αὐτοκαβδάλως] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. αὐτοκιβδήλως. BUHLE.

7, 2. αὐτοκαβδάλως] Schol. Lycophronis v. 745. Αὐτοκάβδαλον· αὐτοσχέδιον, τὸ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε γεγονός. Εἴρηται δὲ ἡ λέξις ἐπὶ τῶν ἀλφίτων· αὐτοκάβδαλα γὰρ εἴρηται κυρίως, τὰ ὡς ἔτυχε φυραθέντα ἄλευρα. Hinc emendabis Etymologum p. 173. Αὐτοκαβδάλους ab Athenæo XIV. p. 621. F. vocatos, qui ludicra non præmeditata ex tempore funditarent, risus captandi gratia, notat Salmasius in Solin. p. 76.

7, 2. κόσμος.] V. Twiningium l. c. p. 448. De Cleophonte v. Tyrwhitt. ad Poët. §. 4.

7, 2. Οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν] *Cleophon* fuit patria Atheniensis, et poëta tragicus. Decem ejus fabulæ laudantur a Suida v. Κλεοφῶν. Conf. Aristot. Poët. cap. XXII. BUHLE.

7, 2. Καὶ εἰ εἶπεισεν ἂν, πότνια συκῆ] Particulam εἰ e Cod. antiquissimo, et vetere versione Latina restituit Victorius. Pro πότνια συκῆ Ald. et Bas. habent πότνια σύ. Male. BUHLE.

7, 2. Πότνια συκῆ.] Edd. vett. πότνια σύ. Illud in Cod. Victorii, in prisco Intpr. et Schol. Gr. est. VATER.

7, 3. Παθητικὴ δὲ κ. τ. λ.] Docet Aristoteles aliud genus orationis convenire aliis motibus animorum: peccaturumque eum magnopere, qui hoc non servarit: et e. g. dicendi genus, proprium irati, et quod illo modo affecto quadrat, tribuerit ei, qui leni animo et tranquillo est: etsi non solum certa quædam nomina esse ostendit singulorum motuum, sed etiam variandum modum, rationemque illa edendi, quod intelligitur ex verbis, quæ sequuntur: quod enim inquit, δυσχεραινόντως καὶ εὐλαβουμένως videtur potius valere ad sensum animi indicandum, quam ad certa quædam verba usurpanda. Quod tradit Cicero De Orat. III. extr. facit ad ὑποκριτικήν: præcipit enim, ut vocem variet orator, mutata materia, variatisque motibus animorum; totamque rem persequitur accurate, atque erudite, cujus præceptionis initium est, *Aliud enim vocis genus iracundia sibi sumat,* &c. VICTOR.

7, 3. Ὀργιζομένου λέξις] Eædem edd. nec non Ven. Cam. Ricc. Spir. Major. ὀργιζ. ἡ. λ. cum articulo. BUHLE.

7, 3. Δυσχεραινόντως καὶ εὐλαβουμένως] Cod. antiquissimus Victorii: δυσχεραίνοντος καὶ εὐλαβουμένου. BUHLE.

7, 3. ἀγαμένως.] Hesychius θαυμαστῶς exponit. Plato Phædon. p. 389. E. ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς καὶ ἀγαμένως τῶν νεανίσκων τὸν λόγον ἀπεδέξατο, *orationem mirifice probavit*. Atque ita capiendum esse, docet similis locus in Timæo p. 527. A. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου. Synes. Ep. c. p. 239. ταύτην ἀνέγνων ἡδέως ἅμα καὶ ἀγαμένως; ubi *cum admiratione* vertendum esse, quæ sequuntur, ostendunt: ὠφείλετο γὰρ τὸ μὲν, (ἡδέως) τῇ διαθέσει τῆς ψυχῆς· τὸ δὲ, (ἀγαμένως) τῷ κάλλει τῆς γλώττης: quibus inest color e Platonis Ep. XII. ductus. Non tam facile, qua potestate in Aristotele Rhetor. III. 7. p. 336. sumendum sit, decernas; ἐὰν δὲ ἐπαινετὰ, ἀγαμένως· ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ, ταπεινῶς. Alii aliter vertunt: Victorius, *cum lætitia*, non probante H. Stephano in Thes. Habet interdum ἄγασθαι, æque ac cognatum ἀγάλλεσθαι, *lætandi* et *exultandi* significationem, ut ap. Philonem T. II. p. 547. Ὡς γὰρ ἐπ' οὐδενὶ τῶν πώποτε γενομένων αὐτοκρατόρων, ἅπαντες ἠγάσθησαν: ubi Mangeius, sibi constans, ἠγαλλιάσθησαν, quod ne Græcum quidem est, reponit. Omnibus tamen perpensis, ἀγαμένως in Aristotele accipere malim *admirabiliter*, *magnifice*. RUHNKENIUS ad Timæi Lex. p. 9.

7, 4. Καὶ ἡ οἰκεία λέξις.] Vulgo vertitur, *rebus accommodata elocutio*, ut iterum universe de τῇ λέξει τῇ ἀνάλογον dicatur. Parum accurate, ut opinor. Hæc enim orationis accommodatio (οἰκείωμα) ad solum πάθος pertinere videtur, hunc ad modum, *Elocutio, qua aptus animi motus significatur*. Nam huc spectant, quæ statim sequuntur, *caussam talem videri, qualem πάθει indicas*, et tum §. 3. tum §. 5. de πάθει sermo est. Itidemque cum §. 7. de τῇ ἠθικῇ λέξει agatur; quid singulari huic generi οἰκεῖον sit, exponitur. VATER. Conf. Ernesti Lex. Tech. in Οἰκεία.

7, 4. παραλογίζεται.] Nempe oratoris irati, aptis ad iram exprimendam vocibus utentis, auditor ita colligit: qui contumelia est affectus, indignatur: hic indignatur, ergo contumelia est affectus: quæ collectio aperte fallax est, nam universalem affirmantem convertit simpliciter, et syllogismum affirmantem conficit in secunda figura. Et tamen ita plerique ratiocinantur. SCHRADER. De Poet. c. 24. Ἔστι δὲ τοῦτο παραλογισμός· οἴονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι, ὅταν τουδὶ ὄντος ἢ γινομένου, τόδε γίνηται, εἰ τὸ ὕστερόν ἐστιν, καὶ τὸ πρότερον εἶναι ἢ γίνεσθαι· τοῦτο δέ ἐστι ψεῦδος. Vide Twiningium p. 488.

7, 4. Τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν] Sensum turbat οὕτως, quare conjicio, illud interpolatum esse. Poterit tamen, ne quid dissimulem, ordo verborum ita quoque institui: ὥστ' οἴονται, τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν, ὡς ὁ λέγων (αὐτὰ ἔχειν φησὶ), εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει. BUHLE.

7, 4. Εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει, ὡς ὁ λέγων, τὰ πράγματα, οὕτως ἔχειν.] Ita enim interpungendum est, cujus sententiæ adjutorem habeo Twiningium (l. l. p. 488.) Vulgo nonnisi post ἔχει interpungunt, et, quæ sequuntur, jungentes vertunt: *Etiamsi non se habeat ita, sic se habere res, ut orator dicit.* Tunc ἔχει subjecto caret, ac si hic loci sensus esset, Buhlius jure suo esset suspicatus, vitium ei insidere. Οὕτως posterius uncinis inclusit. Recte tamen habet. Οὕτως istud negationi μὴ οὕτως, et vocula ὡς utrique οὕτως respondet. Cum jungam, εἰ μὴ οὕτως ἔχει τὰ πράγματα, ὡς ὁ λέγων, ne subaudias, *ut dicens ait*, ellipsis durior est. Suppleo ὡς ὁ λέγων ἔχει, *uti ille se habet* scil. *motu animi exprimendo.* Putant auditores, res ira dignas esse, si orator iratus apparet. VATER.

7, 5. Συνομοιοπαθεῖ] Cod. antiq. Victorii: συνομοπαθεῖ. Melius. BUHLE.

7, 5. μηθὲν λέγῃ.] Μηθὲν λέγειν significat *nihil afferre firmum ac validum ad aliquid probandum*, non *omnino silere*, ut supr. 5, 4. Ethic. Nicom. VII. 13. οἱ δὲ τὸν προχιζόμενον—εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι—οὐδὲν λέγουσι. Simplicius in Categor. affirmat consuetudinem fuisse, ut, cum arbitrabantur quempiam aliquid de ea re dicere quam non intelligeret, dicerent, οὐδὲν λέγεις, quamvis ille de illa ipsa re verba faceret ac disputaret. Cicero quoque hunc modum dicendi usurpavit Tusc. II. *Omittamus igitur hunc, nihil prorsus dicentem.* De Fato c. 20. *Ita cum attulisset nullam causam, quæ istam declinationem efficeret, tamen aliquid sibi dicere videtur, cum id dicat, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.* Terent. Eunuch. *Abi sis: nihil dicis, Parmeno.* VICTOR.

7, 6. καὶ ἠθικὴ] Elocutio rei et affectui consentanea, non tantum probandi et commovendi vim habet, sed et mores dicentis valet demonstrare. Sermo enim et animi et morum character est. Itaque qualem se quisque haberi vult, talem se esse ostendere potest elocutionis beneficio. SCHRADER.

7, 6. Καὶ ἠθικὴ δὲ αὕτη ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις. Quod hic significatur ἦθος λέξεως, non sunt illi *orationis* mores, quibus persuadeatur auditoribus, dicentem honesti studio teneri, sed elocutio, sensui, intelligentiæ, et linguæ auditorum conveniens. Facile, ni fallor, intelligetur, in hac elocutionis tractatione dici non posse de demonstratione ex argumentis sumpta. Itaque τὰ σημεῖα non sunt argumenta illa, de quibus L. I. c. 2. agebatur; sed signa quædam, quibus ostendat orator sentire se cum audientibus. Usus loquendi hac inconstantia, articulo τῶν σημείων, et implicita constructione, ὅτι ἀκολουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα, offendor. Præterea, quænam sint hæc *signa*, non assequor. Τὰ ὀνόματα τῇ λέξει οἰκεῖα, quæ postea afferuntur, non sunt. At id, quod §. 4. exponitur, rerum

probandarum naturam animi quodam motu significare, quasi δεῖξις ἐκ σημείων est. Forsan verba, ἡ ἐκ τῶν—ἀκολουθεῖ, sunt scholion ad illam paragraphum quondam in margine notatum. VATER.

7, 6. Valde vereor, ut hic multis probes audaciam tuam in excernendis septem vocabulis, quamvis admodum sit ingeniosa. Mihi aliquando tantum ὅτι in ὅτε mutandum videbatur; ad ἠθικὴ supplebam λέξις; σημεῖα denique accipiebam de notis, quas vocamus, characterum. Altero libro præcepit de *morata oratione*, duabus partibus; quatenus ea primum bonos mores ipsius oratoris exprimere debet, tum accommodata esse ad mores auditoris. Nunc de *morata elocutione* loquitur, quæ aptanda est generi et habitui eorum, de quibus agitur. Attamen repugnanti facile concedo, aliquid duri remanere in verbis ἐκ τῶν σημείων, quod tollere nequeo. WOLF.

7, 6. Καὶ γυνὴ, ἢ ἀνὴρ] Revocavi ἢ pro vulgato καὶ ex Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. quoniam sequitur: καὶ Λάκων, ἢ Θετταλός. BUHLE.

7, 7. Ἕξεις—ποιοί τινες.] Habitum hoc in loco non in tam ampla significatione capi vult, ut in Dialecticis capitur, h. e. pro omni vitæ consuetudine stabili et firma, quæ non facile mutari possit; quoniam non omnis ejusmodi consuetudo mores evariat, ut qui sordidas artes tractant, cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius, ceterique opifices mercenarii. Nihil enim prohibet eos iisdem esse moribus, quamvis diversos animi habitus contraxerint propter artium varietatem. Ita qui sunt ingenuis artibus exculti, ut Grammatici, Rhetores, Dialectici, Mathematici, Philosophi, possunt iisdem esse moribus, licet hæ scientiæ sint distinctæ. Quid ergo? volo, inquit Aristoteles, h. l. eos habitus intelligi, quibus vita hominum informatur, et ab aliis distinguitur, qui variare mores solent, quales sunt eruditio, ignorantia, mercatura, agricultura, militia, ceteraque hujusmodi. Nam sine ulla dubitatione vir eruditus alio modo loquetur, quam imperitus et indoctus: eadem ratione aliter mercator, quam agricola, aliter miles, quam pastor. Hoc est, quod elegans ille poëta cecinit, *Navita de ventis, de tauris narrat arator, Enumerat miles vulnera, pastor oves.* Debet igitur orator non tantum genera hominum, sed etiam habitus respicere, ut ad eos verba sua accommodet, sic enim facile mores oratione exprimet. Hoc est quod Horatius docet in Arte Poëtica, *Respicere exemplar vitæ morumque jubebo Doctum imitatorem, et veras hinc ducere voces.* MAJORAG.

7, 7. Ποιήσει τὸ ἦθος significat: *efficient, ut orator moribus similis videatur audientium.* VATER.

7, 7. Οὔθ' ὡσαύτως, ἄγροικος ἂν] Cod. antiq. Victorii: οὔθ'

ὡσαύτως ἂν, ἄγροικος ἄν. Mavult repetitum ἂν Victorius, ut Atticis solemne. BUHLE.

7, 7. οἱ λογογράφοι.] Arbitror eum in primis Isocratem intellexisse, qui otiose domi orationes scribebat, et cujus libri referti sunt hoc modo dicendi: v. c. Paneg. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι συνθήκαι εἰσίν. Evag. p. 199. B. Κόνωνα δὲ—τίς οὐκ οἶδεν ὅτι δυστυχησάσης τῆς πόλεως, ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος, ὡς Εὐαγόραν ἦλθε. Demosthenes quoque De Coron. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν Ἑλλήνων, τίς δὲ βαρβάρων. et infr. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν πάντων. Cicero, pro Milone: *An est quisquam, qui hoc ignoret:* et *Sed quis non intelligit omnes tibi partes*, &c. Ut intelligere autem facile licet, idem non uno tantum modo, sed duobus agebant, quos ambos hic videtur significare voluisse. Quare duobus ex verbis, quæ in excusis antea dijuncta erant, ἃ πάντες enim illic legebatur, unum conflavi: sententiasque inter se cohærentes interpunctione separavi, quemadmodum in MS. quodam legi animadverti. Sic Isocrates Philipp. p. 90. D. Οὐ τὴν φιλίαν ἅπαντες ἴσασιν ἡμᾶς τε καὶ Λακεδαιμονίους μᾶλλον ἀγαπήσαντας ἢ τῶν συγκατασκευασάντων ἑκατέροις ἡμῶν τὴν ἀρχήν. Idem Panathen. p. 235. B. καίτοι πάντες ἴσασι τῶν μὲν ῥητόρων πολλοὺς, οὐχ ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ λήψεσθαι προσδοκῶσι, δημηγορεῖν τολμῶντας. VICTOR.

7, 7. Τίς δ' οὐκ οἶδεν· ἅπαντες ἴσασιν] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Cam. Spir. τίς δ' οὐκ οἶδεν, ἃ πάντες ἴσασιν; Eadem expresserunt vetus interpres Latinus, et Hermolaus Barbarus. BUHLE.

7, 9. Ἐπὶ πάσῃ ὑπερβολῇ] Sic restituit Victorius e Codd. MSS. Ald. ἐπὶ πᾶσιν ὑπερβολή· male. Ven. Cam. Major. ἐπὶ πάσης ὑπερβολῆς. BUHLE.

7, 9. Ἄκος—τὸ θρυλλούμενον.] Pervulgatum illud inest in verbis sequentibus, et in Quinctiliano legitur L. VIII. 3, 36: Προεκπλήττειν τῇ ὑπερβολῇ, ut: *si licet dicere; permittite mihi, sic uti!* Ubi I. M. Gesnerus notat, etiam in Aristotele προεκπλήττειν præferendum esse. Jam Casaubonus in margine exempli sui scripserat, *melius sane* προεκπλήττειν, et Stephanus in Thes. L. Gr. locum nostrum ita laudat. In omnibus tamen, quæ vidi, exemplaribus et in Schol. Gr. vulgatum legitur, et defendi possit eo, quod ipsum proverbium non affertur. Προεκπλήττειν significat: *adjicere aliquid, quo se orator ipse corripiat.* Haud bene Buhlius *auditorem* innuisse, *qui se voce sua corrigat.* VATER. Apud Aristotelem leg. censeo, Ἄκος δ', π. ὦ. τὸ θρυλλούμενον δεῖν αὐτὸν αὑτῷ προεκπλήττειν. SPALDING. ad Quintil. l. c. Vide et Ernesti Lex. Techn. v. προεκπλήττειν.

7, 10. οὕτω γὰρ κλέπτεται.] Si in nonnullis orationis partibus ars negligitur, facilius assentitur auditor: sin omnia

palam artem ostendunt, suspecta fit dicentis oratio auditoribus, ut vinum mixtum convivis, supra c. 2. SCHRADER.

7, 10. Ἐὰν δὲ τόδε μὲν, τόδε δὲ μὴ λανθάνῃ ποιῶν, τὸ αὐτό. Orationem ita constitutam vertere oportet: *Sin hoc quidem, illud vero non faciens, tegat artificium: idem efficiet.* At τὸ αὐτὸ, simpliciter hoc significatu positum, insolentius est. Forsan λανθάνει legendum est, ita ut post μὴ interpungas, et λανθάνει ποιῶν τὸ αὐτὸ, *idem agens*, nectas. Vulgo vertunt, quasi ita jam impressum esset. VATER.

7, 10. μαλακὰ σκληρῶς.] Ita dissimulanda est ars, ne tamen unquam contra artem quidquam delinquatur: nomina dura interdum non dure proferre, occultatio, eadem vero vel semel molliter profari, violatio est artificii. SCHRADER.

7, 11. ὅταν ἔχῃ ἤδη τ. ἀ.] Cicero Orat. c. 62. *Id autem tum valet, cum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est ac tenetur: non enim id agit, ut insidietur et observet, sed jam favet, processumque vult: dicendique vim admirans, non anquirit, quod reprehendat.* VICTOR. Verbo οὐρανόμηκες usus est Isocratis Or. de Permut. p. 76. ed. Orell. Τὸ δὲ κατορθωθὲν οὐρανόμηκες ποιήσουσιν.

7, 11. ὅταν ἔχῃ.] Id est, cum in affectum vehementiorem oratione sua eos jam impulit, et omnem ipsorum animum occupavit. Si quod enim asperum atque insolens verbum tum erumpat, admirantur id potius, et vehementer approbant auditores, quam ut rationem ejus tum quidem inquirant. SCHRADER.

7, 11. Ἰσοκράτης.] Locus totus ad extremum nobilissimæ orationis positus, hic est, p. 79. E. Φήμην δὲ καὶ μνήμην· καὶ δόξαν πόσην τινα χρὴ νομίζειν, ἢ ζῶντας ἔξειν, ἢ τελευτήσαντας καταλείψειν, τοὺς ἐν τούτοις τοῖς ἔργοις ἀριστεύσαντας. Alter locus est p. 60. D. καί τοι πῶς ἂν ἐκείνων ἄνδρες ἀμείνους ἢ μᾶλλον φιλέλληνες ὄντες ἐπιδειχθεῖεν, οἵ τινες ἔτλησαν ἐπιδεῖν. κ. τ. λ. Restituendum autem ἔτλησαν pro vulg. ἐτόλμησαν patet non solum ex h. l. Aristotelis, sed ex Or. π. τ. Ἀντιδόσεως p. 331. C. ubi multos locos ex suis orationibus adduxit. VICTOR.

7, 11. Φήμην δὲ καὶ μνήμην] Ita legitur ap. Isocratem Paneg. sub fin. Ald. Ven. Bas. Cam. Major. φήμη δὲ καὶ γνώμη. Sic etiam Cod. MSS. et vetus interpres Latinus. Male. Verum pro sequentibus οἵ τινες ἔτλησαν apud Isocratem in nonnullis edd. mendose legebatur οἵ τινες ἐτόλμησαν. Vid. Victorii Comment. p. 608. BUHLE.

7, 11. Φήμην δὲ καὶ μνήμην.] Vide Isocr. Panegyr. c. 50. Inde μνήμην emendatum est. Schol. Gr. æque ac edd. vett. et libri scripti, φήμη δὲ καὶ γνώμη habet. VATER.

7, 11. ἐνθουσιάζοντες.] Idem significavit Cicero Orat. c. 56. cum de versibus loquens, quos in oratione per imprudentiam

dicunt, inquit, *Sed non attendimus neque exaudimus nosmet ipsos:* nam verba quædam, quæ in contentionibus ipsis, ac motu illo animi sine reprehensione afferuntur, postea sedatis animis a malevolis exagitari posse declaravit in eodem libro Cicero, c. 8. *Facile est enim verbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare; idque, restinctis jam animorum incendiis, irridere.* Hujusoemodi autem verba plane intelligit, de quibus nunc agitur. VICTOR.

7, 11. ἐνθουσιάζοντες.] v. G. Vossium A. P. c. xii.

7, 11. Ὅπερ Γοργίας ἐποίει] Aliæ edd. ὥσπερ Γοργίας ἐποίει· BUHLE.

7, 11. Γοργίας.] Similiter de Gorgia locutus est Republ. III. 1, 9. Γοργίας μὲν οὖν ὁ Λεοντῖνος, τὰ μὲν ἴσως ἀπορῶν, τὰ δ' εἰρωνευόμενος, ἔφη, καθάπερ ὅλμους εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ὁλμοποιῶν πεποιημένους, οὕτω καὶ Λαρισσαίους τοὺς ὑπὸ τῶν δημιουργῶν πεποιημένους· εἶναι γάρ τινας καὶ Λαρισσαιοποιούς. VICTOR. Consule Schneiderum ad locum cit. ex Aristotelis Polit.

7, 11. ἐν τῷ Φαίδρῳ.] Platonis scilicet, ubi Socrates, p. 338. D. ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος, προϊόντος τοῦ λόγου, γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς· τὰ νῦν γὰρ οὔκ ἔτι πόῤῥω διθυράμβων φθέγγομαι. Et paullo post: οὐκ ἤσθου, ὦ μακάριε, ὅτι ἔπῃ ἤδη φθέγγομαι; ἀλλ' οὐκ ἔτι διθυράμβους, καὶ ταῦτα ψέγων· ἐὰν δὲ ἐπαινεῖν τὸν ἕτερον ἄρξωμαι, τί με οἴει ποιήσειν; VICTOR.

CAP. VIII.

8, 1. Τὸ σχῆμα τῆς λέξεως hic est forma et figura orationis, qua quantitas syllabarum sese excipientium consideratur. Si in syllabis collocandis ratio et proportio servatur (ἀριθμὸς τοῦ σχήματος τῆς λέξεως), ita ut syllabæ breves et longæ ordine quodam sequantur; hic est *rhythmus orationis.* Sic numerantur intervalla temporis, quibus ad singula pronuntianda opus est, auditorumque aures æquabili modo afficiuntur (Probl. XIX. 38.) Cum vero syllabarum disponendarum ordo vel accuratius definitus vel liberior sit: illo *rhythmus* oratorius, hoc *metrum* continetur. Aristotelis præcepta de rhythmo cum aliorum comparata sunt in *Libro singulari de Rhythmo Græcorum* (Oxon. 1789.) Cap. 4. et 5. Cf. etiam Harrisii Philolog. Inquir. P. I. c. 2. VATER.

8, 1. σχῆμα τῆς λέξεως appellat hic formam orationis speciemque continuationis ipsius: neque enim nunc disserit de figuris verborum, quas Græci dicendi magistri σχήματα λέξεως vocant, et Cicero *lumina orationis et tanquam gestus* vocare solet, cum locutio a vulgari et simplici more loquendi variatur. VICTOR.

8, 1. ἔμμετρον. Vide Ernest. Lex. Tech. in v.

8, 1. Καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησι] Ald. Bas. Ricc. καὶ αμα καὶ ἐξίστη. BUHLE.

8, 1. ἐξίστησι valet hic, avocat auditores a materia, de qua agitur, causaque ipsa, ad concinnitates orationis. VICTOR.

8, 1. ὥσπερ οὖν.] Ὥσπερ νῦν legendum putat Toupius.

8, 1. ὥσπερ οὖν.] Longinus c. 41. citante Victorio; ὥσπερ τὰ ᾠδάρια τοὺς ἀκροατὰς ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀφέλκει, καὶ ἐπ' αὐτὰ βιάζεται, οὕτως καὶ τὰ κατερρυθμισμένα τῶν λεγομένων οὐ τὸ τοῦ λόγου πάθος ἐνδίδωσι τοῖς ἀκούουσι, τὸ δὲ τοῦ ῥυθμοῦ· ὡς ἐνίοτε προειδότας τὰς ὀφειλομένας καταλήξεις αὐτοὺς ὑποκρούειν τοῖς λέγουσι, καὶ φθάνοντας, ὡς ἐν χορῷ τινι, προαποδιδόναι τὴν βάσιν.

8, 1. ἀπελευθερούμενος.] Hunc morem illustrat Casaubonus, ad Suetonii Jul. Cæs. c. 2.

8, 1. Κλέωνα] Sustulit Victorius articulum τὸν, quem priores edd. habent. Abest ille a MSS. BUHLE.

8, 1. ἀπέραντον.] Id est, Fine caret certo atque apto, et intervallis distincto. SCHRADER.

8, 2. περαίνεται γὰρ ἀ. π.] Omnes clausulæ in oratione, in cantu, in pulsu, in saltu, aptiores et conspectiores fiunt, si certo numero constent. Numerus autem ligatæ orationis metrum, solutæ rythmus appellatur, qui et in corporis motu locum habet. SCHRADER.

8, 2. ῥυθμός.] Rhythmum, numeri, i. e. ἀριθμοῦ partem esse significavit Aristot. Problem. XIX. 38. Ῥυθμῷ δὲ χαίρομεν, διὰ τὸ γνώριμον καὶ τεταγμένον ἀριθμὸν ἔχειν, καὶ κινεῖν ἡμᾶς τεταγμένως· οἰκειοτέρα γὰρ ἡ τεταγμένη κίνησις φύσει τῆς ἀτάκτου.

8, 3. διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν.] Hunc locum expressit manifesto Cicero in Oratore, cum, facto præclaro antea de Aristotele testimonio, adjunxit, *Is igitur versum in oratione vetat esse; numerum jubet.* Versum autem orationem habere dixit, quæ esset ἔμμετρος· habebat enim numerosa oratio plurimos et acerrimos adversarios, quos cum auctoritate doctissimorum et gravissimorum virorum etiam refellere vellet, confugit ad Aristotelem; quod etiam fecit Dionysius Halic. Περὶ Συνθ. c. 25. p. 197. cum enim ab eadem causa staret, hujus maxime loci auctoritate, qui dissentirent, confutare se posse existimavit. VICTOR.

8, 3. μὴ ἀκριβῶς.] ἀκριβῶς non male *exquisite* reddi opinor; nam quas ἀκριβεῖς τέχνας Græci, Cicero *artes exquisitas* vocavit: commode etiam aliquando, huic certe loco aptius, *astricte*: eandem enim sententiam referens Cicero de Orat. III. 48. inquit, *Non astricte, sed remissius numerosum esse oportet.* Hunc locum videtur intellexisse Demetrius, cum inquit, §. 41. δεῖ μέντοι λογίζεσθαι, ὅτι κἂν μὴ ἀκριβῶς δυναίμεθα τοῖς κώλοις περιτιθέναι τοὺς παίωνας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφοτέρους, παιωνικήν γε πάντως ποιησόμεθα τὴν σύνθεσιν. κ. τ. λ. VICTOR.

8, 4. Τῶν δὲ ῥυθμῶν, ὁ μὲν ἡρῷος, σεμνὸς καὶ οὐ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος.] Cod. Victorii et priscus Intpr. habent, τῶν δ' εὐρύθμων, non male. Καὶ οὐ λεκτικὸς a Victorio restitutum

est ex Demetr. Phaler. §. 42. qui locum nostrum sine dubio expressit verbis, ὁ μὲν ἡρῶος σεμνὸς καὶ οὐ λογικὸς, ἀλλ' ἠχώδης. Libri scripti et edd. vett. καὶ λεκτικὸς, quod nullo pacto ferri potest. Nam λεκτικὸν non est *elegans*, ut vult Majoragius, sed *id, quod vulgari loquendi consuetudini sermonique aptum est*. Hoc intelligitur ex Poët. c. 4. ubi iambi eam ob causam λεκτικοὶ vocantur, quod πλεῖστα ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις καὶ ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας. Contra ibidem ἡρῶος dicitur σεμνὸς esse. Ex adverso igitur opposita sunt τὸ σεμνὸν et τὸ λεκτικὸν, et vera est Victorii emendatio, qua hunc ad modum ponuntur. Audacius Vinc. Madius (in Annotatt. ad Poët.) corrigit, σεμνὸς, ἀλλὰ λεκτικῆς ἁρμονίας δεόμενος. Ex conjectura Sturmii ed. Argentina, itemque ed. Cantabr. habent, καὶ ληκτικὸν, quod ille vertit, *graviter cadens*. Id etiam Schol. Gr. expressit, et voce μεγαλόφωνος explicavit. Quanquam hoc ineptum non est, illud tamen magis convenire videtur, et accedit, quod ληκτικὸς vocabulum inauditum est. VATER.

8, 4. ἡρῷος.] Quintilian. IX. 4. 88. *Et herous, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior*. Demetrius §. 42. heroum spondeum vocasse videtur. Pro eodem autem pede ponuntur, quia, quamvis syllabis discrepent, temporibus tamen inter se congruunt. In III. De Oratore Cicero c. 47. anapæstum etiam heroi nomine contineri tradit: *Quare primum ad heroum nos dactyli, et anapæsti, et spondei pedem invitat*, &c. Aristotelem autem intelligit, quem tamen, quomodo nos invitare ad hos pedes dicat, quos hic aperte fugiendos præcipit, non video: ipse certe in Oratore, cum eundem hunc locum exprimeret, cum Aristotele sentit, et hunc pedem prosæ orationi parum aptum esse tradidit. Verba ipsius hæc sunt: c. 57. *Quod longe Aristoteli videtur secus, qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio:* sibi igitur ipsi adversatur. Dicerem locum eum depravatum esse, ne confiteri cogerer Ciceronem, cum libros illos scripsit, perverse præceptum hoc accepisse, et in re tanti momenti lapsum fuisse: sive memoriæ vitio, negligentiaque, quod a scriptore hoc dictum nunquam fuerat, litteris mandatum affirmasse: mendosum tamen illum non esse confirmat, quod in eodem libro post de heroo, ut de recepto, probatoque loquitur: inquit enim De Or. III. 49: *Neque vos pæon, aut herous ille conturbet, ipsi occurrent orationi: ipsi, inquam, se offerent, et respondebunt non vocati*. Infraque, *Eorumque verborum junctio nascatur a proceris numeris, ac liberis, maxime heroo, et pæone priore aut cretico*. VICTOR.

8, 4. Καὶ οὐ λεκτικὸς] Abest particula negandi ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. et Victor. Desideratam autem

a Victorio, in textum receperunt edd. Morell. et sqq. Λεκτικὸς est h. l. *communi loquendi modo aptus.* Cf. Quinctilian. Institt. IX. 4. BUHLE.

8, 4. καὶ λεκτικὸς] Nisi vitii aliquid hic subest, valet λεκτικὸς, h. l. *sonorus ac grandiloquus*, quod sane mirum videtur, cum omnis locutio λέξις a Græcis vocetur: unde ipse aliquando suspicatus sum legi debere οὐ λεκτικός· in edd. autem nullis aut MSS. negandi particulam inveni: quæ vero res me moverint, ut eam defecisse putarim, nunc indicabo. In A. P. c. 4. ipse inquit, μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστιν κ. τ. λ. Id autem hic etiam repetit, qua in re convenit illi cum Græcis omnibus ac Latinis scriptoribus: nam Ciceronis verba sunt, *Sunt enim qui iambicum putent, quod sit orationi simillimus.* Demetrius c. 43. ὁ δὲ ἴαμβος εὐτελὴς καὶ τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος. Iambus igitur humilis abjectusque consensu omnium pes est; contra herous, amplus: quomodo igitur, tantopere inter se diversi, λεκτικοὶ ambo recte appellentur, quæso homines cogitent. Præterea video Ciceronem, Græcæ linguæ peritissimum, reddidisse λεκτικὸν, *quod sit orationi simillimus.* Sed quod multo maximum apud me est, Demetrius, hunc eundem locum persequens, ac pæne iisdem, quibus Aristoteles verbis, non esse aptum familiari sermoni hunc pedem dicit §. 42. ὁ μὲν ἡρῶος σεμνὸς καὶ οὐ λογικὸς, ἀλλ' ἠχώδης. Cicero autem in Orat. c. 57. manifesto hæc verba vertit, cum inquit, *Quod longe Aristoteli videtur secus, qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio.* VICTOR. Vide Ernesti Lex. Tech. p. 196. Spalding. ad Quintil. IX. 4. 76. cum Tyrwhitto Madii emendationem probat, καὶ λεκτικῆς ἁρμονίας δεόμενος.

8, 4. καὶ ἁρμονίας δ.] Demetrius Phal. l. c. οὐδὲ ἔρρυθμος, ἀλλ' ἄρυθμος· ὥσπερ ὁ τοιόσδε· Ἥκειν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Ἡ γὰρ πυκνότης τῶν μακρῶν ὑπερπίπτει τοῦ λογικοῦ μέτρου.

8, 4. ὁ δ' ἴαμβος—πολλῶν. Cicero Orat. c. 56. *Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus: magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio.* Horatius quoque de A. P. 81. *aptum sermonibus* eum dixit. VICTOR.

8, 4. Πάντων τῶν μέτρων] Cod. antiq. Victorii, et vetus interpres Latinus: πάντες τῶν μέτρων. BUHLE.

8, 4. Δεῖ δὲ σεμνότητα] Hanc partem, ut puto, expressit Cicero in Orat. c. 57. *Plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos, qui audient, ad majorem admirationem possit traducere.* VICTOR.

8, 4. Δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι scil. in oratione. Edd. vett. δεῖ δὲ σεμνοτέραν. Σεμνότητα est ex cod. Victorii et prisco Intpr. VATER.

8, 4. Καὶ ἑκστῆσαι] Sunt, qui malint ἑκστῆναι, quod etiam

Ven. et Cam. tuentur. Vulgatum defendit Victorius pag. 618. In antecedentibus pro σεμνότητα Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. habent σεμνοτέραν. BUHLE.

8, 4. Ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος·] Harpocrat. ὁ κόρδαξ κωμικῆς ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος. Tetrametra constabant octo pedibus, et versus trochaici tetrametri inprimis accinebantur saltationi, quod ob longitudinem suam varietati motuum, et ob trochæum pedem celeritati essent aptiores. BUHLE.

8, 4. Ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος·] In Orat. c. 57. Cicero, *Trochæum autem, qui est eodem spatio, quo choreus*, cordacem *appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habet.* Quintilianus, Aristotelem et ipse intelligens, inquit, IX. 4. 88. *Choreum, ut nimis currentem, damnet; eique* cordacis *nomen imponat.* Cordax saltationis genus est mollioris, et nullam gravitatem retinentis, ut vett. etiam grammatici tradunt. Theophrastus de homine vecordi, inquit (Char. c. 6.) δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα. Demosthenes Olynth. II. p. 23, 13. κορδακισμοὺς οὐ δυνάμενος φέρειν. Cum igitur Aristoteles κορδακικώτερον trochæum vocavit, significavit, ut arbitror, eum nimis incitatum ac tenerum esse, ut *cordax* appellata *saltatio* erat: non enim eum plane cordacem esse dixit, ut Cicero, secutusque ipsum Quintilianus, accepisse videntur. VICTOR. Vide Casaubonum et Duportum ad Theophrasti l. c. Tyrwhitt. ad Poët. c. 18.

8, 4. Τροχερὸς ῥυθμὸς] Iidem testes τροχαῖος ῥυθμὸς habent. VATER.

8, 4. Ὧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. post ἐχρῶντο μὲν insertum habent ὡς ἐν ἀποῤῥήτῳ. Expunxit hæc Victorius, quia absunt a Cod. antiq. et vetere versione Latina. Repugnant quoque in textu sequentia. De *Thrasymacho* vide supra not. ad III, 1. BUHLE.

8, 4. οὐκ εἶχον δὲ λ. τ. ἦν.] Rationem ejus, naturamque non tenebant, nam auctor ipsius immiscendi orationi Thrasymachus, ne ipse quidem hoc intelligebat: nec qui monstratum ab ipso adhibuerunt, hoc excogitarunt. Erat igitur usus ipsius vetus, disciplina nova; se enim hoc aperuisse videtur significare philosophus. VICTOR.

8, 4. Ἔστι δὲ τρίτος.] Iambus et trochæus ut unum genus numerantur, quia utriusque quantitas eadem est, et longa et brevis syllaba: quantitas vero hic maxime spectatur. Itaque Pæon tertium rhythmi genus est. VATER.

8, 4. Ἔστι δὲ τρίτος.] Cicero c. 57. *Esse autem tertium et medium inter illos: sed ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis modus insit, aut sesquiplex, aut duplex, aut par.*

8, 4. Ἔστι δὲ τρίτος—ὁ ἡμιόλιος] Ut recte intelligant hunc locum lectores, pauca monebo. Duæ syllabæ breves (˘˘) continent duo tempora, et sunt æquales uni syllabæ longæ (¯),

quæ igitur, quamvis *una* tantum *syllaba* sit, *duo* tamen *tempora* continet. Jam vero in *heroico* pede (– ◡◡ –) par intervallum ad par est, viz. duo tempora (–) cum duobus (◡◡) conferuntur. In *trochaico* et *iambico* duo tempora (–) ad unum (◡) conferuntur. Tertius s. *pæan* secundum proportionem est proximus. Continet enim duo tempora (–) collata ad tria (◡◡◡). Ratio autem inter duo et tria est sesquialtera. Hinc Græcis ἡμιόλιος dicitur. Cic. Orat. cap. 56: *Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria; ut necesse sit,* partem *pedis aut* æqualem *esse* alteri parti, *aut* altero tanto, *aut* sesqui *esse* majorem. *Ita fit* æqualis *dactylus,* duplex *iambus,* sesquiplex *pæon.* BUHLE.

8, 4. Τρία γὰρ] Ita Codd. Victorii. Eædem edd. τρία δέ. Minus bene. BUHLE.

8, 5. Διά τε τὰ εἰρημένα.] Edd. Ald. Bas. Cam. διά γε. VATER.

8, 5. μετρικοί.] Cicero hoc ita videtur expressisse: *Iambus enim et dactylus in versum cadunt maxime: itaque, ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes: aliud enim quiddam est oratio, nec quicquam inimicius quam illa versibus.* Μετρικοὶ igitur reddit, *in versum cadunt maxime:* quod non penitus respondet ei, quod ait Aristoteles, qui ita locutus videtur, dixisseque eos versibus aptos, quia ex pæane versus omnino non conficitur, quæ res facit, ut facilius fallat, nec intelligatur ab iis, qui audiunt: qui enim frequentantur carminibus poëtarum, pedes nullo negotio animadvertuntur. VICTOR.

8, 5. ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστιν.] Cicero c. 57. *Pæan autem minime est aptus ad versum; quo libentius eum recepit oratio.*

8, 5. Νῦν—χρῶνται.] Sui temporis oratores insimulat. VICTOR.

8, 5. χρῶνται τῷ ἑνὶ παιᾶνι καὶ ἀρχόμενοι, *quamvis* ἀρχόμενοι. Reprehenduntur oratores, uno tantum pæonis genere, et eo quidem, qui fini quadrat, *etiam in principio* usi. At cum res contra se habeat: ni fallor, vitio textus laborat. Ex paragrapho sexta enim perspicitur, oratores illos, qui increpantur, usurpasse solum pæonem ad principium aptum (– ◡◡◡): alterum (◡◡◡ –), qui ad finem orationis idoneus esset, videntur ignorasse. Atque hanc ob caussam Aristoteles de hoc longius quam de illo disserit. Quare puto excidisse id, quod voci ἀρχόμενοι oppositum est, et forsan scribendum esse: χρ. τῷ ἑνὶ παιᾶνι τελευτῶντες καὶ ἀρχόμενοι. Ad proximum enuntiatum apposita est hæc lectio. VATER.

8, 6. παιᾶνος δύο εἴδη.] Cicero De Orat. III. 47. *Ab eodem illo maxime pæan probatur, qui est duplex, nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut hæc verba,* desinité,

incipite, comprimite: *aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa, sicut illa sunt,* domuerant, sonipedes: *atque illi philosopho ordiri placet a superiore pæane, posteriore finiri.* VICTOR.

8, 6. Τὸ μὲν ἓν] Ἓν omittunt edd. Ald. Bas. Cam. In Schol. Gr. legitur. VATER.

8, 6. Εἴτε Λυκίαν] Ex emendatione Victorii, Codicis antiquissimi fidem secuti. Alii Codd. MSS. ut et Ald. Bas. 1. 2. Frob. ἤτε Λυκίαν. Ven. et Cam. εἴτε Λυκίε. Margo Ven. εἶτα Λυκίε. Georgius Trapezuntius habet: *Delogena, Diana filia Jovis.* Igitur εἴτε Λυκίαν in Cod. suo non legit. Pro Δαλογενὲς Ald. Bas. 1. 2. Frob. legunt ἀλλογενές. BUHLE.

8, 6. Χρυσεοκόμα Ἑκατε] Ven. χρυσεοκόμα ἑκάστε. Margo Ven. et Cam. in textu χρυσ. ἑκάεργε. Nostrum dedit Victorius e MSS. BUHLE.

8, 6. Ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας] Ald. Bas. 1. 2. Frob. ἕτερα δ' ἐξ ἐν. Male. Cam. ἕτερον, subaudito ex antecedentibus εἶδος, quod magis arridet. BUHLE.

8, 6. Μετὰ δὲ γᾶν] Exemplum hoc e vetere aliquo poëta sumtum est, cujus carmina perierunt. BUHLE.

8, 6. ἀποκόπτεσθαι.] Arbitror Ciceronem recte fecisse, qui *terminari* ἀποκόπτεσθαι reddidit: cum enim orationis pars aliqua concluditur, tamquam abscinditur, abrumpiturque a consequentibus sententiis: et hæc caussa est, cur elegantissime philosophus ἀποκόπτεσθαι dixerit, *finiri* significare volens. VICTOR. Vide Ernesti Lex. Technol. in v.

8, 6. μὴ διὰ τὸν γραφέα, μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν] Significavit verbo γραφέα *librarium,* ut Cicero quoque putavit, qui nisi fallor, hunc locum adumbrare voluit, cum in Oratore inquit, c. 68. *Non solum, quod ait Aristoteles et Theophrastus, ne infinite feratur, ut flumen, oratio, quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere:* primorum enim verborum sententiam supra Aristoteles exposuit, ubi rhythmum in oratione necessarium esse ostendit, sitque ἀπέραντος: consequentium vero Cicero aperte hinc duxit. Sed etiam De Orat. III. 44. ubi ait, *Interspirationis enim, non defatigationis nostræ: neque librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt,* hunc locum respexisse atque effingere voluisse existimari potest. Παραγραφὴν Græci appellare consuerant notas ad marginem adscriptas: sic Isocrates ἐν ἀντιδόσει p. 322. A. Ἀρξάμενος ἀπὸ παραγραφῆς ἀνάγνωθι τὰ περὶ τῆς ἡγεμονίας αὐτῆς. Simplicius in III. de Auscult. κἂν ὡς ἀπὸ παραγραφῆς ἡ λέξις προστεθεῖσα συγκεχύσθαι ἐν τῇ βίβλῳ δοκῇ. Nam γραφέα valere *librarium* et *qui exscribit* ejusdem testimonio confirmatur Comment. in Categ. ἀλλὰ γραφέως ἁμάρτημα τοῦτο ὑπολαμβάνουσιν. VICTOR. Vide Ernesti Lex. Techn. in παραγραφή.

8, 6. Διὰ τὸν γραφέα] Restituit Victorius e Cod. antiq. et vetere versione Latina. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. διὰ τὸν γράφοντα. BUHLE.

8, 7. Ποιοῦσι ῥυθμοὶ] Ita legunt Cod. Victor. et vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. Major. ποιοῦσι ῥυθμόν. Non bene. BUHLE.

CAP. IX.

9, 1. συνδέσμῳ μίαν.] Per vinculum hoc et pronomina et conjunctiones copulativas et participia intelligo. SCHRADER.

9, 1. ἀναβολαί.] Est ἀναβολὴ, ut vett. grammatici tradunt, *cantiunculæ exordium:* illas autem longiore ductu confici solitas, ipsius indicio intelligere licet. Aristoph. Pac. 830. ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμεναι. Idem Homerus significavit, cum ait, Od. A. 155, ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. VICTOR. Vide Twiningium l. c. p. 180.

9, 1. ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστροφοις.] Non sine causa *priscorum* addidit: inferiores enim poëtæ ex eo tempore, quo imitari cœperunt, totosque se studio imitationis dediderunt, dithyrambos sine antistrophis his pangebant; illis autem antea, cum simplicius adhuc carmen esset, non carebant; quod ipse memoriæ prodidit in Problem. XIX. 15. VICTOR.

9, 2. εἰρομένην—κατεστραμμένην.] Aquila §. XVIII. *Est igitur omnis oratio aut soluta—Aut perpetua, quam Græci* εἰρομένην λέξιν *appellant, quæ ita connectitur, ut superiorem elocutionem semper proxima sequatur, atque ita seriem quandam significatus rerum explicet. Ea præcipue historiæ descriptioni convenit, quæ tractum et fusum genus eloquendi, non conversum, neque circumscriptum desiderat. Habet et sæpe in judiciali genere dicendi usum necessarium, si quando quasi decursu quodam uti volumus, ut illa se habent in Orat. Miloniana:* (c. 27.) Occidi, occidi non Spurium Mælium, qui annona levanda, jacturisque rei familiaris *et cetera. Alia autem, quæ ex ambitu constat, quem ambitum Græci* περίοδον *appellant. Est autem ea, quæ sententiam certa quadam circumscriptione definit atque determinat: qualis est hæc:* Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro et in judiciis impudentia valeret, non minus nunc A. Cæcina cederet Sex. Ebutii impudentiæ, quam tum cum in faciunda cessit audacia. *Sed hic ambitus constat ex membris, quæ* κῶλα *Græci vocant, et cæsis, quæ* κόμματα *appellant. Membrum quidem est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significans, hoc modo:* Etsi vereor, judices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. *Cæsum autem est pars orationis, nondum ex duobus aut ex*

pluribus verbis quicquam absolute significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit. *Nonnunquam tamen cæsam dicimus orationem, quoties non efficiuntur verba ex connexione membrorum, sed singula, quodvis significantia, proferuntur, ad istum modum:* Quis est iste Lollius? Armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, latrator fori, depopulator curiæ. *Et alibi apud eundem oratorem:* Comites illi delecti manus erant tuæ. Ut quisquis te familiaritate attigerat, ita maxime manus tua putabatur. *Constat autem ambitus ex duobus membris, ex tribus membris, ex quatuor interdum: etsi nonnulli ex uno membro ambitum putant posse compleri, quam μονόκωλον περίοδον appellant. Ego autem non video, quemadmodum periodos cognominetur, et non potius colon, si unum sit.* Vide Ernesti Lex. Tech. in Εἰρομένη. et Διαιρεῖν.

9, 2. Confer omnino Turnebi Adversar. I, 4. BUHLE.

9, 2. Ἡροδότου Θουρίου ἧδ' ἱστορίης ἀπόδεξις] Herodotus fuit Halicarnasso oriundus. Vocatur ab Aristotele *Thurius*, quoniam cum aliis colonis e patria Thurios migravit. Strabo XIV, p. 656. ed. Paris. 1620, fol. Vulgatæ Herodoti editiones sic habent: Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Margo Ven. ἧδ' ἱστορίας ἀπόδειξις. BUHLE.

9, 2. Ἡροδότου Θουρίου.] Vide Wesselingii animadversionem ad Herodoti locum.

9, 2. Λέγω δὲ εἰρομένην, ἣ οὐδὲν ἔχει τέλος καθ' αὑτήν. Ἡ εἰρομένη λέξις, *oratio fusa*, qua Herodotus et antiquissimi scriptores usi dicuntur, non minus, quam altera, *quæ periodis distincta est*, interpunctione in partes suas dividitur. Attamen *per se finem non habet, nisi confecta tota rei disputatione;* altera *finem per se habet.* De periodis cum loquatur Aristoteles, non de amplo et ornato oratorum dicendi genere videtur dixisse, sed de ipsa periodorum natura, quæ, ut opinor, in eo cernitur, quod duæ sententiæ ipsa constructione ita conjunguntur, ut ratio, qua inter se cohærent, accuratius definita sit, utque quæ ad hanc conjunctionem remotius pertinent, suo loco ut incisa inserantur. Conjungendi vocabulis, quæ in periodis usurpantur, certus terminus constituitur, usque ad quem loci sententiam progressuram esse, et qui audit, et qui legit, statim sentit; ac si apodosi ad protasin responsum est, rem aliquam confectam esse, omnes intelligunt. Hunc ad modum in periodis, quæ compositæ vocantur, res se habet: nec aliter est in simplicibus, in quibus una tantum propositio, quæ caussam rei antea nominatæ, aut rationem ei oppositam continet, expressa est; altera subauditur. Periodus igitur est oratio, qua ipsa quidpiam, cui respondendum sit, ponitur, idque altero, quod ad illud referendum est, adjecto perficitur (ἔχει τέλος καὶ ἀρχὴν καθ' αὑτήν). Eodem modo in strophis

carminum lyricorum est certus terminus, ad quem cum perventum sit, carminis pars finita esse sentiatur. Contra in oratione fusa continuo propositiones propositionibus uno fere modo junguntur; quæ inter singula intercedat necessitudo, non definitur. Sententiarum quidem aliæ artius, laxius aliæ cohærent, aliæ sibimet respondent: sed quum dictionis nota hæc raro significentur, auditor, nisi sententiarum potestatem ipse comparet, certe dicentis per artem non intelliget, his prolatis ad illa responsum; his, quæ artius connexa sunt, finitis, sententiam aliquam absolutam esse. Etsi etiam orationi fusæ intertexta sint quædam, quæ ad periodorum rationem propius accedant: scriptori tamen in enuntiatis definita quadam ratione jungendis non exercitato sæpe accidit, ut apodosis protasi non omnino respondeat, eamque non exhauriat. Itaque hæc oratio æquabili tenore fluit, neque terminus alius ea utenti constitutus est, quam ipsius materiæ ambitus. Ubi scriptor ipse expressis verbis declarat, se ab alia ad aliam rem progredi, aut ex ipso ejus ad argumentum plane diversum transitu id apparet; materia igitur finita (ἂν τὸ πρᾶγμα λεγόμενον τελειωθῇ), lector demum locum habet, ubi jure suo consistat. VATER.

9, 2. Τελειωθῇ] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. Major. τελειωθείη. BUHLE.

9, 2. Ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν] A Latinis καμπτῆρας appellari *flexus*, docet Turnebus Adversar. XII, 13; XXVIII, 42. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. Major. insertum habet ante hæc: καὶ οἱ δρομεῖς. Sustulit autem ea verba Victorius, quoniam absunt a MStis, et a versionibus Latinis veteris interpretis et G. Trapezuntii. BUHLE.

9, 2. Προορῶντες γὰρ τὸ πέρας] Marg. Ven. πόρρω ὄντες γὰρ τοῦ τέλους· quam lectionem a Scholiaste Græco putat confictam Victorius Commen. p. 625. In nullo enim Codice eam invenit. BUHLE.

9, 3. λέγω δὲ περίοδον.] Phalereus §. 1. cum et ipse naturam periodi quæreret, hujus definitionis mentionem fecit, mirificeque eam laudavit. Principium autem et finem habere periodum ipsam ex se inquit, quia propriis quibusdam, diversisque a reliqui sermonis finibus concludatur, ut perfectam sua vi sententiam conficiat. Nec me latet in libris suis de arte dicendi Trapezuntium aliter hunc locum interpretatum esse, qui existimavit dixisse Aristotelem principium ac finem, quod recentiores rhetores πρότασιν et ἀπόδοσιν: cujus tamen judicium non probo. VICTOR.

9, 3. Αὐτὴν καθ' αὑτὴν] Abest αὑτὴν Ven. Cam. Spir. et Majorag. BUHLE.

9, 3. μέγεθος εὐσύνοπτον.] Εὐσύνοπτος res dicitur quæ tota simul conspici potest. In A. P. c. 7. magnitudinem εὐσύνοπτον

appellavit, cujus cunctæ partes uno aspectu acciperentur. M. Varro, cum Theophrasti locum verteret e I. libro de Stirpibus, *in conspectu* reddit: Theophrasti verba hæc (Hist. Pl. I. 15); Ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως. Varronis vero, *Item Sybari quercus, quæ est in oppidi conspectu.* Εὐσύνοπτον tamen hic commode eo pacto reddi non potest. Comprehensionem igitur magnitudinem habere dicens oportere μεταφορικῶς, quæ uno aspectu oculorum videatur, docuit illam prolixam admodum esse non debere, ut partes ipsius animo totæ percipi simul possint. VICTOR.

9, 3. Προνοεῖν εἶναι, μήδε ἀνύειν, ἀηδές.] Cod. Victorii et priscus Intpr. μήδε ἀνοίγειν, quod Victorio aptius videtur. Sed ἀνοίγειν ad oratorem pertinet, *qui nihil patefaciat*, προνοεῖν ad auditorem, quod minus quadrat, quam si duo hæc unius ejusdemque subjecti sunt. Ἀνύειν vero, quod in Schol. Gr. et edd. vett. reperitur, æque ac προνοεῖν ad auditorem respicit, (μηδὲ εἶναί τι ἀνύειν, περαίνειν, *auditorem audiendo nihil perficere:*) itaque præferendum est. VATER.

9, 3. Μηδὲ ἀνύειν] Cod. antiq. Victor. et vetus interpres Latinus: μηδὲ ἀνοίγειν. Melius forsitan. BUHLE.

9, 3. Τῶν μέτρων] Ibidem: τὰ μέτρα. BUHLE.

9, 3. χύδην.] Hic quæ in prosa, pedestrique oratione scripta sunt, appellare videtur: Isocrates χύδην *inconsiderate, nulloque delectu habito* vocavit Panathen. p. 238. A. Ὁμοῖος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ λέγουσιν. VICTOR. Adde Astium ad Platon. Legg. VII. 15. p. 374.

9, 4. Δεῖ δὲ τὴν περίοδον] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. δεῖ δὲ τῇ περιόδῳ. BUHLE.

9, 4. Ὥσπερ τὰ Σοφοκλέους ἰαμβεῖα] Petita sunt hæc ἰαμβεῖα, quæ Sophoclis vocantur, ex Euripidis Meleagro, ut jam monuit Græcus Scholiastes, et confirmatur testimonio Luciani Opp. T. III, pag. 436. ed. Reitz. Laudavit eundem versum Demetr. Phaler. §. 58. ed. Schneider. Cf. Valckenær. ad Euripid. Hippolyt. p. 137. Aut Aristotelem memoria fefellit, (cum Sophoclis Philoctetes eodem fere modo incipiat: Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς Λήμνου κ. τ. λ.) aut in textu nostro pro Σοφοκλέους reponendum est Εὐριπίδου. Ceterum in versu ipso recte legitur Πελοπείας, non Πελοπίας, ut nonnullæ edd. et textus Luciani adhuc habent. *Exempli* vices hic solus versus non explet; at fortasse eas explerunt, qui sequerentur, quosque ut tum vulgo notos Aristoteles silentio præteriit. BUHLE.

9, 4. Σοφοκλέους ἰαμβεῖα· Καλυδὼν μὲν ἥδε, γαῖα Πελοπείας χθονός.] Exempli vis in uno hoc senario inest, eaque in eo cernitur, quod versus abruptus est. Hoc enim est τὸ διακόπτεσθαι, media periodo desistere, iis, quæ sequuntur, omissis. Ut si quis pronuntiato hoc Euripidis versu loqui desineret, pecca-

ret; nec caperet quisquam verborum sensum, sed Peloponnesiam vocari Calydonem jure arbitraretur. Ab Euripide vitii nihil commissum est, id quod statim apparet ex versu sequenti, quem Lucianus in Symposio (Opp. ed. Reitz. T. III. p. 436.) servavit: ἐν ἀντιπόρθμοις πεδὶ' ἔχουσ' εὐδαίμονα. Perperam editores, γαῖα Πελοπείας χθονὸς, junxerunt: at Πελοπείας χθονὸς ἐν ἀντιπόρθμοις, et γαῖα ἔχουσα πεδία εὐδαίμονα, nectenda sunt. Itaque melius post γαῖα commate interpungetur. Ex eodem illo, qui sequitur, versu intelligitur, etiamsi Euripidis Meleager adhuc exstaret, alios tamen iambos nostro cogitatione adjiciendos non esse, certe non sequentes, nisi quis totam exempli potestatem eversum eat; quod contra Bublium noto. Neque plurali voce ἰαμβεῖα ejus sententia firmatur. Cum ἰαμβεῖα pluraliter nominentur, subaudiendum est, ὥσπερ οἷον διακόπτονται τὰ Εὐριπίδου ἰαμβεῖα. Cum iambus sit Euripideus, ne putes inter vocc. Σοφοκλέους et ἰαμβεῖα quædam excidisse, quibus præter alia hoc notaretur. Quamvis omnia exemplaria et Schol. quoque Gr. qui versum Euripideum esse non ignorat, Σοφοκλέους, habeant: Εὐριπίδου tamen vel reponendum est, si vitio librariorum illud debetur, vel intelligendum, si Aristotelem memoria fefellerit, quod minus probabile est. Si in margine membranæ cujuspiam aliud exemplum ex Sophocle notatum erat; id in textum irrepere potuit: præsertim si forte tineæ, scriptis Aristoteleis inimicæ, veram lectionem absumpserant. VATER.

9, 4. **Σοφοκλέους.**] Euripidis versiculum hunc esse tradit Græcus interpres e fabula Meleagro, quod etiam confirmatur testimonio Luciani, qui in Symposio vel Lapithis, ut Euripidis, et hunc, et qui ipsum consequitur, citat, καὶ Εὐριπίδης· Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπείας χθονὸς Ἐν ἀντιπόρθμοις πέδι' ἔχουσ' εὐδαίμονα. Iidem autem, suppresso auctoris nomine, a Demetrio quoque adducuntur: multos ex eadem fabula, qui deinceps sequebantur, posuit Græcus interpres: quos unde hauserit nescio, nisi forte tragœdiam illam, quæ nunc periit, vidit: sunt autem hi: Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῇδε γῆς Αἰτωλίας Πορθάονος παῖς· ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ Λήδας ὄμαιμον Θεστίου τε παρθένον. VICTOR.

9, 4. **Διαιρεῖσθαι.**] Vide Elench. Soph. I. 3. p. 425.

9, 5. **ἀφελής.**] Quam noster ἀφελῆ Phalereus ἁπλῆν appellat: verbo igitur inter se discrepant, re idem sentiunt: eadem enim notio est utriusque verbi. Ἀφελὴς περίοδος est simplex ambitus, et qui in partes dissectus non sit, ut qui ex membris constat. VICTOR.

9, 5. **Ὥσπερ ἡ εἰρημένη περίοδος.**] Edd. Ald. Bas. Cam. ὥσπερ καὶ ἡ εἰρημένη. Sensus hic est: *Et facile comprehendi spiritu potest*, ut totum aliquid; non ut dissecta quædam pars; ut si quis iambum Euripideum e contextu orationis evulserit.

Sturmius conjicit, ἡ εἰρομένη περίοδος, *ut illud pendulum orationis genus* (§. 1.), quod habeat respirationem in membris singulis (ἐν τῇ διαιρέσει.) Sed hoc non convenit: illa enim non est periodus. VATER.

9, 5. Ἡ εἰρημένη περίοδος] Abest εἰρημένη a Cod. antiquissimo et vetere versione Latina. Vid. Schneider. ad Demetr. pag. 129. BUHLE.

9, 5. Κῶλον δ' ἔστι τὸ ἕτερον μόριον ταύτης.] Minus accurate Majoragius vertit: *Membrum vero est altera periodi pars.* Ταύτης significat, *hujus periodi*, scil. compositæ, quæ ἐν κώλοις et διηρημένη est. Illa interpretatione forsan effectum est, ut in verbis sequentibus, ἁφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον, interpretandis a plerisque Commentatoribus Ciceronis decreta in Aristotelem inferrentur, quod etiam Viro egregio, Schneidero, Demetrii Phaler. editori (p. 129. ad §. 34.) accidisse suspicor. Ex hac vero, inquit, ratione concludi potest, ἁφελῆ περίοδον Aristoteli esse eam, quæ duabus distinctis partibus constat, quarum altera, si refertur ad alteram cum ea conjunctam, colon dicitur.—Ciceroni quidem ea sola periodus est, quæ pluribus membris continetur; atque ad hæc præcepta etiam in τῇ ἁφελεῖ, (in simplici periodo,) plus quam unum membrum expressum esset. At ab Aristotele propositio, quamvis una, dummodo per se principium et finem habeat, periodus vocatur, et quidem μονόκωλος. Colon vero periodi compositæ per se principium et finem non habet. Itaque cave putes, quod compositæ periodi partes sunt membra, simplex uno membro continetur, hanc simplicem compositæ cujuspiam partem esse. Ceterum Aristotelis et Ciceronis decreta facile, ut opinor, componi poterunt. Nam etiam in simplici Aristotelis periodo duas sententias existimo conjunctas esse, quarum altera pronuntiata particula, ut adversativa, suppletur; altera uno colo expressa est. Ad §. 2. hanc rationem jam exposui. VATER.

9, 5. Κῶλον δ' ἐστὶ] Demetrius Phal. 34. Τὸ δὲ κῶλον Ἀριστοτέλης οὕτως ὁρίζεται· "κῶλόν ἐστι τὸ ἕτερον μέρος περιόδου·" εἶτα ἐπιφέρει, "γίνεται δὲ καὶ ἁπλῆ περίοδος·" οὕτως ὁρισάμενος "τὸ ἕτερον "μέρος," δίκωλον ἐβούλετο εἶναι τὴν περίοδον δηλονότι. Ὁ δὲ Ἀρχέδημος συλλαβὼν τὸν ὅρον τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὅρῳ σαφέστερον καὶ τελεώτερον οὕτως ὁρίσατο· Κῶλόν ἐστιν ἤτοι ἁπλῆ περίοδος, ἢ συνθέτου περιόδου μέρος. Ubi vide Schneiderum.

9, 5. Κῶλον δ' ἐστὶ] E Demetrii libro quispiam non sine caussa suspicaretur hic aliquid defecisse; affirmat enim ille definito membro Aristotelem hæc verba adjunxisse, γίνεται δὲ καὶ ἁπλῆ περίοδος, quæ hic nusquam nunc leguntur: quamvis autem nihil certi de hoc a me tradi possit, contenderim tamen ea verba hic numquam posita fuisse: ac potius sententiam Aristotelis quam verba, quibus in ea explicanda usus

ille fuerat, Demetrium protulisse: morem enim ille habebat verba antiquorum scriptorum, sententia conservata, variare: et, ut commodum ipsi erat, sæpe adducere. VICTOR.

9, 6. Δεῖ δὲ—μακράς.] Hoc etiam in Orat. Cicero præcepit c. 66. *Constat enim ille ambitus, et plena comprehensio, e quatuor fere partibus, quæ membra dicimus, ut et aures impleat, et neve brevior sit, quam satis sit, neque longior, (quamquam utrumque nonnumquam, vel potius sæpe accidit: ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum) ne brevitas defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse.* Quod in extremo vero mutilum diminutumque est, μείουρον significat: versus quoque nonnullos, qui in fine tempore deficerent atque claudicarent, Græci μειούρους vocabant. VICTOR. Demetrius Phal. 16. Τῶν δὲ περιόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐκ δυοῖν κώλοιν συντίθενται, αἱ μέγισται δὲ ἐκ τεττάρων· τὸ δ' ὑπὲρ τέσσαρα οὐκ ἔτ' ἂν ἐντὸς εἴη περιοδικῆς συμμετρίας.

9, 6. μειούρους.] Vide Twiningium p. 537.

9, 6. Ἀνάγκη γὰρ, ὅταν ἔτι ὁρμῶν ἐπὶ τὸ πόῤῥω, καὶ τὸ μέτρον, οὗ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρον, ἀντισπασθῇ παυσαμένου] Locus erat corruptus, sed puto equidem, me eum levissima mutatione sanasse. Ald. et Bas: οὐτ' ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρον ἀντισπασθῆναι παυσαμένου, sine sensu. Ven. Cam. et Major. οὔτ' ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρου ἀντισπασθῇ παυσαμένου. Margo Ven. ὁρμᾷ ἐπὶ τὸ πόῤῥω, καὶ μέτριον, οὔτ' ἔχει κ. τ. λ. Ad hanc lectionem accedit versio Georgii Trapezuntii: *Nam necesse est, cum ad longius et mediocritatem prospiciat* (προορῶν), *nec sibi terminum præfixerit, cum subito intervallo retrahatur.* Ricc. Spir. Victor. et ceteræ cum lectione a me exhibita conspirant, præterquam quod vulgatum ὅρου in ὅρον mutavi. Jam vero totius loci sensum hunc esse arbitror: *Nam necesse est, cum auditor, (cogitatione) ulterius procedens, et usque ad eum terminum, quem in animo habet, retrahatur ab oratore periodo nimis brevi utente, eum offendi propter repulsionem.* Gratus accipiam, si quis meliora obtulerit. BUHLE.

9, 6. Οἱ ἐξωτέρω] Ald. et Bas. οἱ ἐξώτεροι. BUHLE.

9, 6. Τοὺς συμπεριπατοῦντας] Ibidem: τοὺς περιπατοῦντας. BUHLE.

9, 6. Αἱ περίοδοι] Ibidem: αἱ περίοδοι καί. BUHLE.

9, 6. Λόγος γίγνεται καὶ ἀναβολῇ ὅμοιον] Cod. antiq. Victorii, et vetus interpres Latinus: ἄλογος γίγνεται. Pro ἀναβολῇ Ald. et Bas. habent ἀναβολῆς. Minus bene. Georgius Trapezuntius verba inde ab ὁμοίως δὲ usque ad ὅμοιον plane omisit. BUHLE.

9, 6. Οἵ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει] Hesiod. Opp. et D. vs. 263. In antecedentibus pro ἀναβολὰς Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. et Spir. legunt ἀναβολήν. BUHLE.

9, 6. Προπετῆ οὖν ἄγει] Nonnullæ edd. ἄγοι. Non bene. Pro

προπετῆ Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. et Major. προπετῶς. BUHLE.

9, 7. Τῆς δὲ ἐν κώλοις] Ald. Ven. Bas. et Cam. τῆς δὲ ἐν κώλῳ. Nostrum dedit Victorius. BUHLE.

9, 7. Διῃρημένη.] V. Ernesti Lex. Tech. in διαιρεῖν.

9, 7. Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων] Incipit his verbis Isocratis Panegyricus. Edd. Aristotelis modo laudatæ habent: ἐθαύμασα πολλάκις τῶν τὰς πανηγύρεις ἀγόντων. BUHLE.

9, 7. Ἀντικειμένη.] Theophrastus apud Dionysium Hal. in v. Lysiæ p. 484. c. 14. Ἀντίθεσις δ' ἔστι τριττῶς, ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία, ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ, ἢ τοῖς ἐναντίοις ἐναντία προσκατηγορηθείη· τοσαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον, παιδιῶδες, καθαπερεὶ ποίημα· διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ· φαίνεται γὰρ ἀπρεπὲς, σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι τοῖς ὀνόμασι παίζειν, καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν· ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατήν· οἷον ὡς ὁ Λυσίας ἐν τῇ τοῦ Νικίου ἀπολογίᾳ βουλόμενος ἔλεον ποιεῖν· "Κλαίω τὸν ἀμάχητον καὶ ἀναυμάχητον ὄλεθρον. Ἱκέται μὲν "αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς ἀποφαίνοντες. "Ἀνακαλοῦντες συγγένειαν, εὐμένειαν" (εὐγένειαν Markland.) VICTOR.

9, 7. Οἷον, Ἀμφοτέρους] Abest οἷον ab Ald. Bas. et Ricc. Exciderunt verba hæc et sequentia usque ad τοῖς μὲν γὰρ e textu Victoriano. BUHLE.

9, 7. Ἀμφοτέρους.] Isocrates Paneg. p. 47. D. ἀμφοτέρους δὲ, καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας, καὶ τοὺς ὑπομείναντας ἔσωσαν· τοῖς μὲν γὰρ ἱκανὴν τὴν οἴκοι χώραν κατέλιπον, τοῖς δὲ πλείω τῆς ὑπαρχούσης ἐπόρισαν.

9, 7. Τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῆς οἴκοι] Ald. Bas. et Ricc. τῶν μὲν γὰρ πλείω τοῖς οἴκοι. Ven. τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῶν οἴκοι. Veram lectionem e Codd. restituit Victorius. BUHLE.

9, 7. Ἐναντία· ὑπομονὴ, ἀκολούθησις· ἱκανὸν, πλεῖον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐναντία δὲ ὑπομονῇ ἡ ἀκολουθία, ἱκανῷ πλεῖον. BUHLE.

9, 7. Ἐναντία· ὑπομονὴ.] Ita libri scripti. Edd. vett. ἐναντία ἡ ὑπομονή. VATER.

9, 7. Ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις, καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι βουλομένοις] Sententia est imperfecta; neque enim, unde hæc verba regantur, appositum est. Locus apud Isocratem ita legitur: ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις, καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμοῦσιν, ἀμφοτέροις ἁρμόττειν. Civitas Atheniensium consilio suo ita rempublicam constituit, ut et his et illis conveniret. Quæ sequuntur verba, quibus hæc membra e regione sibi respondere indicatur, Aristotelis sunt. VICTOR.

9, 7. Ἀπόλαυσις κτήσει ἀντίκειται.] Ingeniose Riccobonus conjecit, χήτει, *indigentiæ*, ἀντίκειται legendum esse, quod sane melius respondet τοῖς δεομένοις. Sed vereor, ne vocabulum hoc, in Homero frequens, frustra in scriptis Aristotelis

quæras. Etiam κτῆσις, *acquirere*, convenit, dummodo ad τοῖς δεομένοις, *indigentibus*, suppleas, *et acquirere cupientibus*. VATER.

9, 7. Ἐν ταύταις] Ven. Cam. Spir. Major. ἐν πόλεσι ταύταις. Sustulit recte Victorius πόλεσι· nam abest illud a Codd. MSS. et subintelligendum potius est πράξεσι, ut ex Isocratis contextu apparet. Verba Isocratis sunt: ὁρῶσα δὲ περὶ μὲν τὰς ἄλλας πράξεις οὕτω ταραχώδεις οὔσας τὰς τύχας, ὥστε πολλάκις ἐν αὐταῖς καὶ τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν, καὶ τοὺς ἀνοήτους κατορθοῦν.— BUHLE.

9, 7. Νόμῳ τῆς πόλεως στέρεσθαι] Apud Isocratem: νόμῳ τῆς πολιτείας ἀποστερεῖσθαι. BUHLE.

9, 7. Ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρβάροις οἰκέταις χρῆσθαι] Apud Isocratem additur ἀξιοῦν, culpa forsitan librarii alicujus in nostro textu omissum. Aliæ edd. καὶ ἰδίᾳ, uti et Ald. et Bas. 1. 2. Frob. ἰκέταις χρῆσθαι legit. In exemplo præcedenti pro κακῶς ἀπώλοντο Cam. et Major. καλῶς ἀπώλοντο. Minus bene. BUHLE.

9, 7. Ἢ ζῶντας ἔξειν] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Isingr. et Spir. ἢ ζῶντας αὔξειν. Sic etiam vetus interpres Latinus, qui vertit: *exaltare*. Ven. Cam. Major. ἢ ἄξειν ζῶντας. Emendavit Victorius. BUHLE.

9, 7. Πειθόλαον—Λυκόφρονα.] Pitholaus et Lycophron Thebes, uxoris Alexandri Pheræi, fratres fuere: qui ab illa ipsa ad cædem tyranni impulsi, eum interfecerunt: ac primis quidem temporibus moderate se gerentes, amplissimos honores a civibus consecuti sunt: postea mutato consilio, quam aliis eripuerant injustam potestatem, sibi asciscentes, dominatum civitatis occuparunt. Contra eos bellum diu gessit Philippus Macedo; ipsi tamen post Onomarchi, Phocensium imperatoris, adversam pugnam interitumque, spoliati sociis, urbem ei tradiderunt: fideque ab ipso accepta, coacta manu mercenariorum ad Phayllum confugerunt. Hæc Diodorus in XVI. libro narrat.—Fuerintne autem hi, qui nunc appellantur ab Aristotele, affirmare non ausim. Præterea, cum ignotus sit qui illis ita maledixerit, nec non quo in oppido hæc in ipsos dicta fuerint, omnia obscuriora fiunt. Citatur etiam ab Harpocratione in Lexico testimonium Lycurgi, acerbissimi illius accusatoris, ex orat. c. Lycophronem: si quippiam id forte ad h. l. facit.—Videtur autem contumeliosa hæc vox, bimembri ambitu comprehensa, in eos jacta, qui pecunia, quam comparassent in suis civibus hostibus emancipandis, eadem postea uterentur in illis ab iisdem emendis, atque in servitutem sibi adjudicandis. VICTOR.

9, 7. Ἐν τῷ δικαστηρίῳ] Edd. Ald. Venet. Bas. Cam. Ricc. Spir. Majorag. ἐν δικαστηρίῳ, omisso articulo. BUHLE.

9, 7. Οὗτοι δ' ὑμᾶς οἴκοι μὲν ὄντες ἐπώλουν· ἐλθόντες δ' ὡς ἡμᾶς ἐώνηνται] Cod. Victorii et Isingr. utrobique habent ὑμᾶς, quod

equidem non omnino improbaverim. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. priori membro legunt ἡμᾶς, posteriori ὑμᾶς. Ed. Major. et margo Ven. utrobique ἡμᾶς. G. Trapezuntius vertit: *Isti nos domi quidem servientes vendebant, postea autem quam venerunt ad nos, emti sunt.* Sit judicium penes lectores. Secutus sum textum Victorianum. Pro ὄντες Codd. quidam scripti tuentur ἐῶντες. Vetus quoque interpres Latinus vertit: *sinentes.* BUHLE.

9, 7. Τὸ εἰρημένον] Margo Isingr. τὸ εἰρόμενον. Male. BUHLE.

9, 7. Ἐλθοντες δ' ὡς ἡμᾶς.] Schol. Gr. cum hac codicis Victorii lectione consentit. Edd. vett. ὑμᾶς. VATER.

9, 8. ἔλεγχος.] Elenchum ratiocinationem μετὰ ἀντιφάσεως vocari ab hoc auctore, quia conclusionem habet oppositam priori conclusioni, manifestum est. VICTOR.

9, 9. παρίσωσις vocatur, cum verba verbis quasi dimensa et paria responderint, ut Cicero appellare consuevit: quam autem παρίσωσιν hic Aristoteles appellat, Demetrius, ut posteriores dicendi magistri, ἰσόκωλον vocat. VICTOR. Vide Heindorfium ad Platonis Phædrum p. 319. Ernesti Lex. Tech. in v.

9, 9. Ἐὰν ἴσα τὰ κῶλα] Ven. Cam. et Major. ἐὰν ᾖ ἴσα τὰ κῶλα. BUHLE.

9, 9. Ἑκάτερον τῶν κώλων] Edd. eædem, et Ald. Bas. Ricc. Spir. ἑκάτερα τῶν κώλων. BUHLE.

9, 9. παρομοίωσις.] Demetrius, qui de his luminibus orationis accurate disseruit c. 25. tamquam genus παρομοίωσιν esse vult: ἰσόκωλα autem partem formamque ipsius appellat. VICTOR. v. Ernesti Lex. Tech. in v.

9, 9. ἢ ἐν ἀρχῇ ἢ ἐπὶ τελευτῆς.] Hermogenes παρισώσεις has appellavit, inquit enim p. 295. Γίνονται δὲ αἱ παρισώσεις καὶ κατ' ἀρχὰς καὶ κατὰ τέλος κ. τ. λ. VICTOR.

9, 9. Ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν] Ibidem: ἐπὶ τελευτῇ. Sic etiam infra statim, ubi eadem verba repetuntur. BUHLE.

9, 9. Ἡ ἐπὶ τελευτῆς.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἐπὶ τελευτῇ, itidemque paullo post ἐπὶ τελευτῇ δέ. VATER.

9, 9. καὶ ἀρχὴ μὲν] Principium semper nomina similia dicens habere, initium membri intelligit, non primam partem verbi, quod primum in membro positum fuerit, ut Hermogenes fecit, cujus hæc sunt verba: καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν, οἷον, προσήκει προθύμως, καὶ ὁ Πλάτων, Παυσανίου δὲ παυσαμένου: quod si verborum in primis syllabis similitudinem spectavit, eo potius nomine uti debuit, quo similia illa inter se esse declarantur, quam quo paria æqualiaque: similitudo namque qualitatis, æqualitas vero quantitatis est. Quamvis autem æquale simileque quandoque confundantur, ubi scrupulum id injicere potest ac turbare animos lectorum, officium est accurati scriptoris apposite loqui. Cum tamen Plato, cujus ille utitur

exemplo, addiderit, διδάσκουσι γὰρ με ἴσα λέγειν οἱ σοφοί: significare ille fortasse æqualitatem syllabarum, non similitudinem nominum voluit: pares enim numero in utroque sunt: ut etiam in verbis Demosthenis προσήκει προθύμως sive Xenophontis illa putes Hellen. II. sive potius consuetudinem rhetorum sui temporis Plato sequutus est, qui ita loquebantur: recentiores certe, ubi id fiebat, quamvis impares syllabæ verborum eorum forent, παρίσωσιν vocabant, ut alterum oratoris ejusdem locum ex orat. pro Ctesiph. Φιλίππῳ φίλον, et de F. L. Φίλιππον φιλεῖν τὴν πόλιν. Nomina vero similia appellat Aristoteles, quæ tota sui formatione parum inter se discrepantia fuerint, non similiter tantum desinunt aut incipiunt. VICTOR.

9, 9. Ἀγρὸν γὰρ] Abest γὰρ ab edd. iisdem. In sequentibus pro ἀργὸν in nonnullis edd. vitiose impressum est ἀγρόν. BUHLE.

9, 9. Δωρητοί τ' ἐπέλοντο] Homer. Il. I, 522. BUHLE.

9, 9. Ὠιήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι] Locus haud dubie est corruptus; sanus enim sensus ei non inest. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. οὐκ ᾠήθησαν αὐτόν. Sustulit negationem Victorius, cum Codd. MSti et vetus interpres Latinus eam non agnoscant. Georgius Trapezuntius vertit: *Putarunt eum bene fecisse, et eum ipsum causam fuisse.* Legit igitur alia in Codice suo. Si conjecturæ sit locus, putaverim equidem, reponendum esse: ᾠήθησαν αὐτὸν εὖ πεποιηκέναι, ἀλλ' αὐτὸν αἴτιον γεγονέναι. Αὐτὸν tuentur in posteriori quoque membro edd. Victoriana antiquiores. Textum intactum reliqui. BUHLE.

9, 9. ἄξιος—χαλκοῦ.] In eum dicta vox est, qui cum nullius pretii homo esset, maximos tamen honores aut consecutus erat, aut decerni sibi postulabat. Lusit autem qui in eum dixit, in verbo χαλκοῦς: ex ære enim statuæ fiebant, et vilissima pecunia, ut quæ ex eadem materia esset χαλκὸς appellabatur: asse enim dignum illum non esse, et abjectissimo nummo significare voluit. VICTOR.

9, 9. Σταθῆναι χαλκοῦς] Eædem edd. σταθῆναι χαλκοῦ. Male. Nostrum reposuit e Cod. antiquissimo, et vetere versione Latina Victorius. Georgius Trapezuntius inde ab eo loco, quem ex ejus versione supra adduxi, ita pergit: *In nominis autem, quod similiter cadens appellatur, hoc modo: Erat in cogitatione maxima, et in spe minima. In verbo autem integro, quam conversionem appellamus, hoc pacto: At tu et vivo dicebas male, et nunc in mortuum scribis male. Concurrunt autem in idem nonnunquam contentio, compar et similiter desinens—.* Patet ex hac versione, totum hunc Aristotelis locum a librariis turbatum esse. Nonnulla alio ordine se excipiunt. Plura, quæ in textu nostro habemus, Trapezuntius omisit. BUHLE.

9, 9. σὺ δ' αὐτὸν] Plenius citat Demetrius, XXVI. σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν θανόντα γράφεις κακῶς. Probante Victorio.

9, 9. Καὶ νῦν ἀποθανόντα γράφεις κακῶς] Recepi in textum ἀποθανόντα, quod sensus exigit. Occurrit idem exemplum bis apud Demetrium, et quidem verbo ἀποθανόντα non omisso, quod apud Aristotelem librarius quidem festinans excidere sibi passus est. BUHLE.

9, 9. Καὶ νῦν γράφεις κακῶς.] Demetrius Phal. (de eloc. §. 26. et 211.) hoc dictum laudat, et illic post νῦν addit θανόντα, hic ἀποθανόντα. At hæc, ni fallor, idonea caussa non est, cur verba Aristotelea mutes. Nam Demetrium in exscribendis veterum scriptorum locis liberius versari constat. Accedit, quod cum hoc diceretur, sine incommodo auditorum θανόντα abesse poterat, dummodo νῦν cum vi quadam pronuntiaretur. In ed. Bipontina nihilominus ἀποθανόντα receptum est.—Καὶ ἀντίθεσιν. Edd. Ald. Bas. Cam. καὶ ἀντίθεσις. VATER.

9, 9. Ἀπὸ συλλαβῆς δὲ] Abest ἀπὸ Ald. et Bas. BUHLE.

9, 9. Ἔστι δὲ ἅμα πάντα ἔ. τ.] Invenitur aliquando sententia, quæ una omnibus his luminibus illustrata sit: e. g. Gorgias apud Plutarchum p. 484. E. Cimonem monet κτᾶσθαι μὲν ὡς χρῷτο, χρῆσθαι δὲ ὡς τιμῷτο, nam et contraria contrariis opponuntur, et membra sunt æqualia, et in initiis ac finibus similitudines existunt. Similiter Cicero pro Milone *Nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitum putavit.* Enthymema igitur est περίοδοςque τετράκωλος, atque idem ἰσοσύλλαβον. VICTOR.

9, 9. Ὁμοιοτέλευτον] Cod. antiquissimus Victorii: ὁμοτέλευτον. Melius forsitan. BUHLE.

9, 9. Ἐν τοῖς Θεοδεκτείος] Vid. supra T. I. p. 2. seq. BUHLE.

9, 9. Ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις.] Accurate cogitandum, an Θεοδέκτεια appellet libros, quos ipse de artificio dicendi a se scriptos ad Theodecten miserit, sive quos Theodectes Phaselites, ipsius sodalis, scripserit: nam vetus hæc quæstio est, et priscis etiam temporibus agitata, ut Quintilianus quoque ostendit II. 15, 10. *A quo non dissentit Theodectes, sive ipsius id opus est, quod de rhetorice, nomine ejus, inscribitur; sive, ut creditum est, Aristotelis.* Nam τέχνην ῥητορικὴν Theodectis nomine circumferi solitam, plures auctores tradunt, ut Stephanus, ubi de ipsius patria loquitur; ut Antiphanes Comicus apud Athenæum IV. p. 134. B. Ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην. Quæ appellantur etiam ἠθικὰ Νικομάχεια, non defuerunt qui crederent a Nicomacho Aristotelis filio scripta, non ad eum a patre missæ, in qua opinione Cicero quoque fuit: neque tamen hoc ipsi soli in mentem venit, sed de Græcis auctoribus, ut

alia omnia ejus generis, transtulit: inde enim id ortum existimare omnino debemus, cum Laertius et ipse videatur ita sensisse in Eudoxi vita, qui narrat a Nicomacho litteris mandatum esse, Eudoxum voluptatem summum bonum dixisse: hoc vero manifesto legitur in X. eorum librorum. Verisimile autem est id ipsum a suæ gentis hominibus accepisse: cum enim ita quidam inscriptos libros viderent, ut ἠθικὰ Νικομάχεια, ἠθικὰ Εὐδήμεια, ῥητορικὰ Θεοδέκτεια, fallebantur, credentes ab illis ipsis scriptos, quorum nomen præferebant, cum ad eos missi ab auctoribus ipsorum forent; ita enim hic loquitur Aristoteles, ut existimem omnino, quos intelligit, ab ipso scriptos libros fuisse, verisimile est enim ipsum scripta sua citare. Laertius quoque in monimentis Aristotelis notandis, hujus artis mentionem facere videtur: inquit enim, §. 24. τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς ᾱ: si ita legi debet: nam in pluribus MSS. diversam ab hac lectionem inveni: συναγωγῆς enim cuncta habent. VICTOR.

9, 10. Τόκα μὲν ἐν τήνοις Schol. Gr. et ed. Majorag. ἐκ τήνων; ceteræ edd. vett. ἐν τήνων. Versum hunc Epicharmi, ut metro consulatur, Muretus (Var. Lect. XIV. 5.) ita scribendum censet: Τόκα μὲν παρ' κείνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρ' κείνοις ἐγών. VATER. Vulg. recte se habet.

9, 10. ψευδεῖς ἀντιθέσεις.] Demetrius c. 24. Ἔστι δὲ κῶλα, ἃ μὴ ἀντικείμενα ἐμφαίνει τινα ἀντίθεσιν, διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι, καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον, ὅτι "Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών." Τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ εἴρηται, καὶ οὐδὲν ἐναντίον· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑρμηνείας μεμιμημένος ἀντίθεσίν τινα πλανῶντι ἔοικεν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἴσως γελᾶτα ποιῶν οὕτως ἀντέθηκεν, καὶ ἅμα σκώπτων τοὺς ῥήτορας.

9, 10. ἐν τήνοις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. legunt ἐν τήνων, quæ scriptura si vitio caret, subaudiendum est γῇ, οἰκίᾳ, vel simile, ut bene monuit Sylburgius. BUHLE.

CAP. X.

10, 1. Conf. Schneider. ad Demetr. de Elocut. p. 153. BUHLE.

10, 1. Διαριθμησώμεθα· ἀρχὴ δ' ἔστω] Sic emendavit Victorius ex Codice antiquissimo. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. διαριθμήσωμεν· ἀρχὴ δ' ἔσται. BUHLE.

10, 2. Τὸ γὰρ μανθάνειν] Inepte hoc loco mihi videtur appositum esse γάρ, quare uncinos adhibui. Georgius Trapezuntius illud non expressit. BUHLE.

10, 2. Ἡδὺ φύσει πᾶσίν ἐστι] Ald. Bas. et Spir. ἡδὺ πάσῃ φύσει ἐστί. Minus bene. BUHLE.

10, 2. Ἐποίησε μάθησιν] Cam. ἐποίησε λάθησιν. Perperam. BUHLE.

10, 2. Ἀπηνθηκότα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ἀπηνθηκότες. Minus bene. Nostrum offert quoque margo ed. Ven. Homer. Odyss. Ξ, 214, Ulysses ad Eumæum subulcum:

Ἀλλ' ἔμπης καλέμην γέ σ' ὀΐομαι εἰσορόωντα
Γινώσκειν—.

Haud dubie ad hunc versum Aristoteles allusit. BUHLE.

10, 3. Διόπερ, ἂν εὖ, ἀστεῖον φαίνεται] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. διόπερ ἂν ἀστεῖον φαίνηται. Melius. Ricc. nobiscum facit, præterquam quod φαίνηται agnoscit. BUHLE.

10, 3. Διόπερ ἂν εὖ.] Εὖ, quod edd. vett. omittunt, Victorius ex libris scriptis restituit. Ad sententiam omnino necessarium est. VATER.

10, 3. Διαφέρουσα προσθέσει] Revocavi lectionem a Victorio e melioribus MStis jam in textum receptam. Georgius Trapezuntius vertit: *translatio* additione *differens;* nec aliter legunt Ald. Bas. et Spir. Contra Ven. Cam. Ricc. Major. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Lond. Lips. habent προθέσει. Minus bene. Cf. supra III, 4. BUHLE.

10, 3. μακροτέρως.] Non solum addita imaginis particula, sed et similitudinis ipsius sæpe necessaria explanatione. SCHRADER.

10, 3. Θᾶκοῦν οὐδὲ ζητεῖ] Nonnullæ edd. οὖκουν οὐδὲ ζητεῖ. Non recte. BUHLE.

10, 3. οὖκουν οὐδὲ ζ.] Animus sciendi cupidus mavult cognoscere quid res sit, quam cui similis illa sit. SCHRADER.

10, 4. Διὸ καὶ οὔτε.] V. Twiningium p. 190.

10, 4. Ὅσων ἢ ἅμα λεγομένων] Ald. Bas. et Ricc. ὅσων ἢ ἅμα νοουμένων. Minus bene. Georgius Trapezuntius: *vel simul cum* dicantur. BUHLE.

10, 4. Καὶ εἰ μή] Codd. quidam Victorii: καὶ οὐ μή. BUHLE.

10, 4. Οἷον μάθησις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. οἷον ἡ μάθησις. BUHLE.

10, 5. Urbanum orationis aut est in ipsa sententia rerum quæ dicuntur, aut in elocutione: et posterius quidem vel in compositione verborum consistit, vel in singulis vocibus. Primum horum Aristoteles τῷ μὲν σχήματι, alterum τοῖς ὀνόμασιν appellat, quorum hoc *tropi*, illo *figuræ* denotantur. *Tropus* enim fere in singulis vocibus, *figura* in compositione spectatur. SCHRADER.

10, 5. καὶ τὴν τοῖς ἄλλοις.] Ex Isocratis Or. ad Philippum p. 96. D. ubi sic legitur in antiquo MS. Bibliothecæ Mediceæ, καὶ τὴν εἰρήνην τὴν τοῖς ἄλλοις κοινὴν, πόλεμον τοῖς αὐτῶν ἰδίοις νομιζόντων, cum in excusis legatur, καὶ τῆς εἰρήνης, οὔσης τοῖς ἄλλοις κοινῆς, τὸν πόλεμον αὐτῶν ἰδίαν εἶναι νομιζόντων. Ἴδια autem valere hic *rem familiarem* ac *patrimonium* denique, planum est. Idem alibi: ὡς διὰ τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, οὐ δύνανται τοῖς αὑτῶν ἰδίοις προσέχειν τὸν νοῦν. VICTOR.

10, 5. Ἀντίκειται πόλεμος] Ven. Cam. et Major. post πόλεμος additum habent γάρ. Bene. BUHLE.

10, 6. οὐδὲν γὰρ ποιεῖ πάσχειν.] *Animum auditoris non commovet:* id enim existimo valere πάσχειν: affici, inquam, animo hoc aut illo pacto, perfundique voluptate, aut alia quapiam re. Demosthenes de F. L. p. 402, 8. Τοσοῦτον κρότον καὶ ἔπαινον καὶ θόρυβον παρὰ πάντων γενέσθαι, ὥστε τὸν Φίλιππον παθεῖν τι καὶ δοῦναι. VICTOR.

10, 6. ἔτι.] Non de metaphoris solum, sed de quibusvis vocibus rem oculis clare subjicientibus Aristotelem hic loqui contra Victorium recte docet Majoragius, qui tamen a tanto viro, et cum de his libris, tum de ipso in hos libros commentante Majoragio tam optime merito, modestius dissentire debuisset. Sententia hujus loci est, quod cum de re futura dicere quisquam cupit, ita eam proponere debeat, ut veluti præsens jam cerni, nec futura, sed jam fieri videatur. SCHRADER.

10, 6. Εἰ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ] In edd. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. his subjunctum est commation: ὡς ἤδη ἐνεργοῦσα. Delevit hoc Victorius; nam abest illud a Codice antiquissimo, et a vetere versione Latina. Pro ἐνεργοῦσα Isingr. habet ἐνεργοῦ, (forsitan operarum peccato,) et margo Ven. ἐνεργεία. BUHLE.

10, 6. ὁρᾶν—μέλλοντα.] Cognovit etiam hoc Cicero, præcepitque cum in II. de Orat. c. 59. dissereret de genere illo facetiarum, quod re tractari dicit: inquit enim, *Est autem hæc hujus generis virtus, ut ita facta demonstres, ut mores ejus, de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes exprimantur, ut iis, qui audiunt, tum geri illa fierique videantur,* quæ fiant, non quæ postea fieri debeant. VICTOR.

10, 6. Δεῖ ἄρα τούτων στοχάζεσθαι τριῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. ἔτι δεῖ τριῶν στοχάζεσθαι τούτων. Nostrum tuentur Victorii Codd. MSti, et margo Ven. BUHLE.

10, 6. Ἐνεργείας.] Nonnullæ edd. habent ἐναργείας, ut Ven. et Cam. Verum ἐνεργείας bene se habet. Ἐνέργεια hoc loco *actio*, quæ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ. Ἐνάργεια est *perspicuitas*, de qua hic non sermo est. BUHLE.

10, 6. Ἐνεργείας.] Quintilianus VIII. 3, 89. Ἐνέργεια *ab agendo ducta, et cujus propria sit virtus, non esse, quæ dicuntur otiosa.* Eandemque post significavit, dicens, 6, 11. *Cum rebus sensu carentibus, actum quendam et animos damus, qualis est,* "*Et pontem indignatus Araxes.*" Intelligit autem philosophus ἐνέργειαν, id quod supra vocarat πρὸ ὀμμάτων: qui enim inducit res inanimas agentes aliquid, is ante oculos eorum, qui audiunt, res ponit. VICTOR.

10, 7. Τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων.] Cf. dicta ad c. II, 7.— Hunc locum usque ad verba πειρᾶσθαι δοῦναι Dionysius Hali-

carn. (l. c. p. 122.) exscripsit. Diversitas lectionis ejus hæc est. Pro ὥσπερ Περικλῆς habet ὡς Περικλῆς; pro ἐξέλῃ, ἐξέλοι, idque accommodatius ad Grammaticam et ad verbum ἐξαιρεθείη, quod L. I. 7, 34. usurpatur. Pro Λακεδαιμόνων Dionys. Λακεδαιμονίων, quod jam Victorius lectioni vulgari prætulit. Εὐθύνας δοῦναι περὶ, Dionys. δοῦναι τοῦ περί; Τὸν δῆμον ἔχοντα, Dion. ἀγαγόντα; Πειρᾶσθαι δοῦναι, Dion. πειρᾶσθαι διδόναι οὕτως. VATER.

10, 7. ὥσπερ Περικλῆς.] Simile dictum Geloni tribuit Herodotus VII. 162. Καὶ ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι, ὅτι ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραίρηται. VICTOR.

10, 7. Ὥσπερ Περικλῆς ἔφη] Conf. Rhet. I, 7. 34. BUHLE.

10, 7. Λεπτίνης περὶ Λακεδαιμονίων.] Eadem qua Leptines metaphora usus est Cicero pro Leg. Manil. c. 5. *Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, extinctum esse voluerunt.* Et N. D. III. 38. *Hi duos illos oculos oræ maritimæ effoderunt.* Leptines igitur officium esse dicebat bonorum civium, non sinere Spartam penitus extingui, declarans, si aliter ab ipsis fieret, sine magno Græciæ damno id non futurum. Similiter Cimon Atheniensibus suasit p. 489. C. μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν, μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιΐδεῖν γεγενημένην. Plutarchus Polit. Præc. p. 803. A. Δέχεται δὲ ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας, καὶ ἱστορίας, καὶ μύθους, καὶ μεταφορὰς, αἷς μάλιστα κινοῦσιν οἱ χρώμενοι μετρίως καὶ κατὰ καιρόν· ὡς ὁ εἰπών· Μὴ ποιήσητε ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα. Καὶ Δημάδης, τὰ ναυάγια λέγων πολιτεύεσθαι τῆς πόλεως. Καὶ ὁ Ἀρχίλοχος· Μήδ' ὁ Ταντάλου λίθος Τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω. Καὶ Περικλῆς τὴν λήμην τοῦ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεύων. Καὶ Φωκίων ἐπὶ τῆς Λεωσθένους νίκης, καλὸν τὸ στάδιον εἶναι· δεδιέναι δὲ τοῦ πολέμου τὸν δολιχόν. VICTOR. Vide Wolfii Proleg. ad Demosthenis Or. c. Leptinem p. 45.

10, 7. Περὶ Λακεδαιμονίων] Ita reposui. Vulgo: περὶ Λακεδαιμόνων. Lectio hæc ex vitio typographico orta est, in ed. Aldina obvio. BUHLE.

10, 7. Καὶ Λεπτίνης—οὐκ ἐᾶν περιΐδεῖν] Vide ad h. l. Victorium p. 647. Probat hic, vel ἐᾷν, vel περιΐδεῖν, e textu ejiciendum esse, cum ambo verba unum idemque significent, et Plutarchus, hoc dictum etiam afferens, solo ἐᾷν usus sit. Dubitari autem potest, utrum expungas. Equidem τὸ περιΐδεῖν uncis seclusi. BUHLE.

10, 7. Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον.] Metaphora non dissimili Apharban in Excerptis de Legat. Hist. Byz. ed. Paris. p. 26. Φανερόν ἐστι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ὥσπερανεὶ δύο λαμπτῆρές εἰσιν ἥτε Ῥωμαϊκὴ καὶ Περσικὴ βασιλεία· καὶ χρὴ καθάπερ ὀφθαλμοὺς τὴν ἑτέραν τῇ τῆς ἑτέρας κοσμεῖσθαι λαμπρότητι, καὶ μὴ πρὸς ἀναίρεσιν ἑαυτῶν ἀμφιβαδὸν μεχρὶ παντὸς χαλεπαίνειν.

10, 7. Καὶ Κηφισόδοτος] De *Cephisodoto* v. Ruhnken. I. l. p. 141. BUHLE.

10, 7. Μιλτιάδου ψήφισμα.] In historiam hanc nondum incidi. Demosthenes sane c. Æschin. de F. L. p. 438. Τίς ὁ τὸ Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους ψήφισμα ἀναγινώσκων; nihil tamen quod h. l. adjuvet. Translationem vero hic esse puto, quia inquit, *Scitum exire*, cum intelligere vellet, ni fallor, quæ decreto illo continerentur. Ἐξιέναι autem dicebatur populus, cum instructus armis ad bellum proficiscebatur. VICTOR.

10, 7. Τὸ Μιλτιάδου ψήφισμα] Schol. Gr. interpretatur, τὸ μὴ βουλεύσασθαι· μιλτιάδης μὴ βουλευσάμενος ἐξῆλθεν κατὰ τοῦ ξέρξου. Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν μὴ βουλεύσασθαι εἶπεν τὸ τοῦ μιλτιάδου ψήφισμα. Eidem Athenienses ad expeditionem contra Thebanos, Eubœam aggressos, excitari videntur. Alii in sola voce ἐξιέναι metaphoram quærunt; alii denique volunt ψήφισμα pro populo armato dici. VATER.

10, 7. Πρὸς Ἐπίδαυρον] Ex emendatione Victorii. Legunt ita Cod. antiquissimus, vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, et margo Ven.—Ald. Ven. Bas. Cam. et Spir. πρὸς Ἐπίδαμνον. Fuit Epidaurus oppidum in intimo Saronico sinu. BUHLE.

10, 7. τὴν πάραλον.] Vide Robortelli Annot. I. 9.

10, 7. Ῥόπαλον τοῦ δήμου] Dedi hunc locum, sicut eum Victorius constituit. Consentit quoque cum nostra lectione margo Ven.—Ald. Ven. Bas. Cam. omiserunt ῥόπαλον, et pro τοῦ δήμου habent τοῦ Μήδου, sine sensu. Vetus interpres Latinus: *fustem Medi*. Hoc saltem ferri potest. Georgius Trapezuntius hoc exemplum ignorat. BUHLE.

10, 7. Τὴν πάραλον, ῥόπαλον τοῦ δήμου.] Vera hæc lectio a Victorio ex margine exempli Veneti recepta, Scholiastæ Gr. consensu confirmatur. Ceterum Schol. addit, γράφεται καὶ, τοῦ μίδου. Edd. vett. et libri quidam scripti τοῦ μήδου, codex antiquiss. τοῦ μήδμου. VATER.

10, 7. Σηστὸν δὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τὸν δὲ Σηστόν. BUHLE.

10, 7. τηλίαν τοῦ Πειρ.] Sestum in Hellesponto fuisse oppidum constat, unde magnam vim frumenti Athenienses domum convehebant: importato enim fere utebantur ob agri sterilitatem. Idem igitur Pitholaus Sestum appellavit *Piræi arcam frumentariam*:—idemque pæne significavit vox illa M. Catonis, qui Siciliam *cellam penariam reip.* nominavit. VICTOR. De re frumentaria Atheniensium vide F. A. Wolfium disserentem ad Demosthenis Or. Leptin. p. 250. sq.

10, 7. Τηλείαν τοῦ Πειραιέως] Aliæ edd. τηλίαν. In Cod. antiquissimo Victorii τὴν λείαν· perperam; erratum tamen librarii sequitur etiam vetus interpres Latinus, qui vertit: *prædam Pirecei*. BUHLE.

10, 7. Λήμην τοῦ Πειραιέως] Athenæus III. p. 99. D. Δημά-

δης ὁ ῥήτωρ ἔλεγε, τὴν μὲν Αἴγιναν εἶναι λήμνην τοῦ Πειραιῶς· τὴν δὲ Σάμον ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως· ἔαρ δὲ τοῦ δήμου, τοὺς ἐφήβους· τὸ δὲ τεῖχος, ἐσθῆτα τῆς πόλεως· τὸν δὲ σαλπιγκτὴν, κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα. Vide Wyttenbach. ad Plutarch. Apophth. p. 186. C.

10, 7. Μοιροκλῆς.] Mœroclem Salaminium inter claros Athenarum reip. administratores fuisse notat Harpocration p. 200. Eundem Demosthenes Or. c. Theocrinem p. 514. C. tanquam iniquum caussarum patronum reprehendit, et in Or. de F. Leg. p. 239. C. quod a singulis eorum, qui metalla redemerant, vicenas drachmas fraudulenter exegerit, ab Eubulo accusatum esse refert. Quo in posteriori loco, ut et apud Suidam, et in vetustissimis Rhet. Arist. interpretibus, vitiose Μυροκλῆς scribitur. Dictum illius, ab Aristot. hic memoratum adeo est obscurum, ut etiam optimi interpretes in illo hæsitent. Victorius ingenue, *Vis hujus exempli*, inquit, *non omnino mihi percepta est, nec plane, quæ tralatio in his verbis sit, e genere earum, quæ ex collatione rationis fiunt, video.* et A. B. Mirandulanus: *Non video quomodo in hoc exemplo sit metaphora secundum analogiam.* Veram Mœroclis verbi sententiam eruit et fuse explanavit rerum et verborum peritissimus vir Cl. Salmasius Lib. De Modo Usurarum c. 2. p. 41—46. Ubi in antecessum contendit, vitium huic loco factum esse ex antiqua scribendi consuetudine Græcorum, quæ iota tertiis casibus adscribebat; unde nihil dubitat, quin Arist. ita scriptum reliquerit, ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπιτρίτῳ τόκῳ πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπιδεκάτῳ. Τόκος ἐπίτριτος Athenis illo ævo appellabatur usura, quæ tertiam partem sortis, loco fœnoris, in annum debebat, ut ἐπίπεμπτος quæ quintam, ἔφεκτος quæ sextam, ἐπόγδοος quæ octavam, ἐπιδέκατος quæ decimam. Ἐπίτριτος vero τόκος erat usurarum maxima, eamque exigebat probus ille, scilicet, homo, Mœroclis æmulus: minima usurarum erat ἐπιδέκατος, qua se contentum esse jactabat Mœrocles. Τόκος ἐπίτριτος in sortem centum drachmarum, usuræ loco triginta tres drachmas, ἐπιδέκατος decem tantummodo drachmas quotannis exigebat. Probior autem est utique qui intra fœnoris omnium levissimi modum se continet, quam qui extorquet fœnus omnium gravissimum. Analogia itaque consistit in summa et infima usura, summæ et infimæ improbitati comparata. Salmasianæ huic correctioni, et interpretationi, sane eruditæ, hactenus adsentior, at quod negandi particulam mox infarcit, et legi jubet τίνα τῶν οὐκ ἐπιεικῶν ego quidem ἐπέχω. Facit enim id contra omnium codicum et vetustissimorum interpretum fidem: et potest per τίνα τῶν ἐπιεικῶν intelligi homo cetera probus, aut probus a multis habitus. SCHRADER. De Mœrocle vide Ruhnken. Hist. Crit. Or. Gr. p. 156.

10, 7. Καὶ Μοιροκλῆς, οὐδὲν ἔφη πονηρότερος εἶναι.] Schol. Gr.

edd. vett. et Bipont. πονηρότερον. Cum hæc reddantur, *nulla in re se esse improbiorem*, atque ita reddenda sint: casus quartus a Græco scriptore poni non potuit (cf. ad L. I. 13, 10.). Veram lectionem Victorius dedit ex codice antiquiss. Locus hic paullo obscurior est, correctus a Salmasio (de Modo usur. c. 2. p. 41.), sed a J. Fr. Gronovio (de Pecun. vett. l. III. c. 14.) demum illustratus. Schol. Gr. Victorius et Majoragius in amphibolia vocabuli τόκος, quod et *filium* et *usuram* significat, existimant jocum inesse. Haud recte. Hæc enim ἐκ τοῦ ἀνάλογον metaphora non est. Τόκοι sunt *usuræ*; sed cum ἐπὶ πόσων τόκων πονηρεύεσθαι dici vix possit; necesse est, cum Salmasio scribatur conjunctim, ἐπιτρίτων et ἐπιδεκάτων, ut jungi queat, ἐπιτρίτων τόκων πονηρεύεσθαι, *trientem capitis pro usura improbe accipere*. Salmasius censet præterea ἐπιτρίτῳ τόκῳ et ἐπιδεκάτῳ legendum esse. Quo tamen opus non est. Bene enim a Gronovio observatus est Græcorum usus, quo præter tertium casum etiam secundum, et quidem pluralem, intellectis voculis πρὸ vel ἀντὶ vel ἕνεκα, de usuris usurpant, ut Demosthenes (in Phorm. Oratt. Gr. Reisk. T. II. p. 914.) ἐγγείων τόκων δανεισάμενος. Τόκων igitur recte habet. Neque οὐκ ἐπιεικῶν Aristoteles scripsit, quod Salmasius suspicatur. Sed sententia loci hæc est: *Et Mœrocles dixit, se nihilo pejorem esse bono homine, quem nominabat: ille enim tertiam pecuniarum partem aufert; ego vero nonnisi decimam abstuli.* Ἐπιεικεῖς perinde atque apud Latinos *boni* sunt *homines*, qui nullius criminis in judiciis postulari possunt, sed rem suam, quantum licet, cum detrimento aliorum augent. Hi boni pro usura exigebant, et quasi furabantur, trientem capitis. Mœrocles sine dubio is, cujus apud Demosthenem sæpe fit mentio, vir in re publica Atheniensium non obscure versatus, pecuniarum, quarum repetendarum caussa accusatus videtur, modo decimam partem se sumpsisse dicit. Ab Eubulo aliquando iste Mœrocles de ejusmodi caussa publica reus factus est, quod a metallorum redemptoribus vicenas drachmas extorsisset, quæ forsan hæc ipsa caussa est. Callide igitur Mœrocles utrumque, et crimen suum, et fœnerationem bonorum illorum hominum, uno vocabulo, τῷ πονηρεύεσθαι, significat; id quod eo facilius facere potuit, quum plerique vel omnem fœnerationem improbarent, vel permagnas ejusmodi usuras injuria exigi existimarent. Atque ita ostendit se minoris culpæ reum esse, quam illos fœneratores, qui tamen ἐπιεικεῖς putarentur et nominarentur. Metaphora hæc ἐκ τοῦ ἀνάλογον ducta et duplex est. Πονηρεύεσθαι (*furari*) pro fœnerando accipit, et contra, quam furatus erat, pecuniam quasi τόκον nominat. Minus apta est J. F. Musapti correctio, (in paraphrasi Riccoboni memorata,) οὐδέν', ἔφη, πονηρότερον εἶναι. Sic enim ad accusandum istum bonum hominem,

quo nemo pejor sit, oratio dirigitur. At ex postremis verbis intelligitur ad Mœroclem culpa liberandum eam prolatam esse. Magis igitur convenit, etiam primum enuntiatum ad accusationem pertinere, *se nihilo pejorem esse*, οὐδὲν, ἔφη, πονηρότερος εἶναι. VATER.

10, 7. Πονηρότερον εἶναι] Nescio, cur Morelius emendaverit πονηρότερος, quod etiam vulgo legitur. Pristinam lectionem restitui. BUHLE.

10, 7. Ἀναξανδρίδου.] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ἀλεξάνδρου. Sic etiam vetus interpres Latinus et Hermolaus Barbarus. In versione Georgii Trapezuntii textus verba inde a καὶ Μοιροκλῆς usque ad Αἰσίων δὲ non translata sunt. Recte dedit Victorius Ἀναξανδρίδου, quod Cod. antiquissimus habet. Meminit Aristoteles Anaxandridæ poëtæ infra quoque (cap. 11, 12.) Conf. Suidas. BUHLE.

10, 7. ὑπερήμεροι.] Proprie ὑπερήμεροι dicuntur, qui intra diem judicii non adfuerunt, qui legitimum tempus transire passi sunt: translato igitur ille a judiciis foroque nomine, virgines suas grandes, quæ domi propter paupertatem sedebant, ὑπερημέρους eleganter appellavit. VICTOR.

10, 7. Πολυεύκτου.] Polyeuctus Sphettius Atheniensis orator fuit, cujus Plutarchus aliique mentionem fecerunt. Vox autem ipsius edita in Speusippum, attonitum hominem, et cujus corpus morbo illo stupebat, eandem vim habuit: omnis namque urbanitas ipsius constabat ex eo genere translationis: cum enim ipsum, multa in rep. molientem, ac nulla certa in sententia permanentem, increparet, inquit, ipsum non posse conquiescere, quamvis a fortuna in pentesyringo morbo colligatus fuisset: naturam namque ipsius volubilem vicisse vim ejus morbi, qui alios omnes prosternit ac domat. Eo igitur significavit ingenium ipsius instabile ac varium: nec enim mobilem inquietumque corpore, sed animo ostendere voluit, quamvis in pentesyringo corporis membra constringerent: in verbo autem, quod, ut ab ipso prolatum est, Græcum posui, omnis lepos et elegantia mansit: erat enim πεντεσύριγγον vincli quoddam genus, quo sontes homines in carcere vinciebant: ita appellatum, quod quinque foramina haberet, in quæ brachia, pedes, caputque insererent, ut nulla ratione illinc exire, tamque arcto vinclo se nexi exolvere ac liberare possent. Illius meminit Aristophanes Equit. 1046. δῆσαί σ' ἐκέλευε πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ. Unde igitur verbum translatum sit, apparet: idem autem apoplexia facere consuevit: is enim quoque morbus ita corpus eorum, quos oppressit, impedit: muneribusque suis orbat, ut neque manus, neque pedes, nec caput, officium suum faciant. VICTOR. De Polyeucto vide Ruhnkenii Hist. Crit. p. 157.

10, 7. Τὸ μὴ δύνασθαι] Isingr. τῷ μὴ δύνασθαι. Melius. BUHLE.

10, 7. Ἐν πενταστυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένον] Ald. et Bas. ἐν πέντε συρίγγων νόσῳ δεδυμένον. BUHLE.

10, 7. Τὰς τριήρεις ἐκάλει Μύλωνας ποικίλους.] Schol. Gr. hæc intelligit de navibus bellicis, quæ regiones hostiles populentur et conterant, raptumque frumentum, Athenas portent; quod probabile est. Alii in eo volunt esse metaphoræ sedem, quod servi in transtris itidem exercentur, atque in pistrinis. VATER.

10, 7. Μύλωνας ποικίλους.] Pistrina, officinasque in quibus moleretur frumentum, μύλωνας Græci vocant: quæ frumentum Athenas comportarent triremes μύλωνας Cephisodotus: *varios* autem accipio *distinctos variis coloribus*, naves enim pingere consuerant. Virgil. Georg. IV. 289. *Et circum pictis vehitur sua rura phaselis.* VICTOR.

10, 7. Ὁ κύων.] Diogenes Cynicus cauponas Attica phiditia vocabat; accusavit autem hac voce intemperantiam Atheniensium, qui turpiter in cauponis viverent, cum contra Lacedæmonii publicas cœnas parsimoniæ et temperantiæ caussa institutas frequentarent. VICTOR.

10, 7. Τὰ καπηλεῖα] Cod. Victorii: τὰ καπηλικά. Idem videtur legisse vetus interpres Latinus. BUHLE.

10, 7. Æsionis hujus meminit Plutarchus in Demosth. p. 851. A. Vid. Ruhnken. Hist. Crit. p. 153.

10, 7. Τὰ Ἀττικὰ φειδίτια] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. φιλίτια. Aliæ edd. φιδίτια. Duplex est hujus vocis etymologia, παρὰ τὴν φιλίαν, et παρὰ τὴν φειδώ. Melior tamen ea, quam equidem secutus sum. Vid. Victorii Comment. p. 650. Confer Aristot. Polit. II, 7, 8, 9. Cic. Quæst. Tusculan. V, 34. Plura de phiditiis collegit Meursius in *Creta*, in *Laconicis*. Atheniensium commessationes in cauponis Spartanorum temperantiæ ac frugalitati plane dispares fuere. Hinc Cyonis (Cynici) sarcasmus. BUHLE.

10, 7. ὥστε βοῆσαι.] Arbitror hoc quoque ab Æsione prolatum fuisse: quod Aristoteles significare videtur. Similiter Demosthenes F. L. ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ, καὶ λέγει ὅτι χρήματ' εἴληφεν Αἰσχίνης. VICTOR.

10, 7. Καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ μεταφορὰ, καὶ πρὸ ὀμμάτων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. καὶ τοῦτο πρὸ ὀμμάτων τρόπον τινὰ, καὶ μεταφορά. Veram verborum seriem e Cod. antiquissimo, quocum etiam vetus versio Latina facit, restituit Victorius. BUHLE.

10, 7. τρόπον τινα.] Hinc percipitur verum esse, quod Cicero in Oratore ait c. 27. *Aristotelem et hypallagem, et abusionem translationi subjungere:* proprium namque hic nomen proprio commutatum est, et pro Græcis sumpta est Græcia:

ex eodem certe genere translationum non est. Unde fortasse inquit τρόπον τινὰ, ut Cicero De Orat. III. 43. *Hæc autem, quæ aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda, ac dicerentur, sunt translata quodam modo.* VICTOR.

10, 7. Κηφισόδοτος κ. τ. λ.] Admonebat Cephisodotus ut puto, viderent Athenienses, ne dum nimis turbide in concionibus publicas res administrarent, multos verius concursus, quam conciones cogerent: erant enim conciones turbulentæ, quæ a seditiosis hominibus impetu potius, quam more legibusque excitabantur. Συνδρομὴ proprio nomine est impetus hostilis, repente excitatus, cum ex multis locis multi quopiam irruunt. VICTOR.

10, 7. Cephisodotus Orator Athenienses εὐλαβεῖσθαι ἐκέλευε, μὴ πολλὰς ποιήσωσι τὰς συνδρομὰς ἐκκλησίας. Hæc vix sensum habent per se; multo minus, si in iis spectetur exemplum translationis, vel Isocratis locus, cum illo dicto comparatus. Συνδρομαὶ sunt *concursus tumultuarii.* Hos, si quid video, Cephisodotus acerbe dixit pro ἐκκλησίαις: atque id a lectore adscriptum forsan ipsum ἐκκλησίας intulit. WOLF.

10, 7. Ἰσοκράτης.] In Orat. ad Philipp. p. 84. E. Ὅτι τὸ μὲν ταῖς παηγύρεσιν ἐνοχλεῖν, καὶ πρὸς ἅπαντας λέγειν τοὺς συντρέχοντας ἐν αὐταῖς, πρὸς οὐδένα λέγειν ἐστίν. Hinc quoque manifesto intelligitur consuetudo nostri hujus doctoris in citandis testimoniis veterum scriptorum: neque enim cuncta ipsorum verba fideliter adducit, illis contentus, quæ exemplo necessaria sunt: duo namque hic verba reliquit, ad id, quod ostendere volebat, non facientia: et pro nomine, quod conventus illos apud eum referebat, conventus ipsos eodem numero et casu posuit. VICTOR.

10, 7. ἐπιταφίῳ.] Lysiæ sc. p. 116. Ὥστ' ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρεσθαι τῇ Ἑλλάδι, καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους, ὡς συγκαταθαπτομένης τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας τῇ τούτων ἀρετῇ. Cum autem dixerit Aristoteles τῶν ἐν Σαλαμῖνι τελευτησάντων, interpretatus est, nisi fallor, nomen τῷδε, quo Lysias usus fuerat: neque enim ipse manu monstrare potuit sepulchrum, ut orator fecerat, dictum enim illud fuit manifesto δεικτικῶς. VICTOR.

10, 7. Τελευτησάντων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τετελευτηκότων. BUHLE.

10, 7. Καὶ ὡς Ἰφικράτης] Abest ὡς ab iisdem edd. BUHLE.

10, 7. Ἡ γὰρ ὁδός.] Edd. Ald. Bas. εἰ γάρ. VATER.

10, 7. Διὰ μέσων] Victorius: διὰ μέσου. BUHLE.

10, 7. Καὶ τὸ διὰ μέσου.] Edd. vett. διὰ μέσων. Illud, quod et Schol. Gr. in sermone suo expressit, ex omnibus libris scriptis Victorius restituit. Paullo ante vero, ut in ceteris exemplaribus, ita etiam in Victoriano διὰ μέσου est, quod contra nuperum editorem dico. VATER. Victorius utrobique

edidit διὰ μέσου, licet in priore loco, quod ex commentario patet, voluisse videatur διὰ μέσων. Edd. vett. Aldina certe et Isingr. habent utrobique διὰ μέσων.

10, 7. Καὶ τὸ διὰ μέσου] Ibidem: καὶ τὸ διὰ μέσων. BUHLE.

10, 7. Παρακαλεῖν τοὺς κινδύνους τοῖς κινδύνοις βοηθήσοντας.] Schol. Gr. ex Scholio vetere hanc explicationem affert: *Majorum pericula hortari et excitare posteros, qui præsentia pericula avertant.* Illud, *majorum*, abesse possit in fragmento, in quo de ipsis periculis agitur. Victorius jungit βοηθήσοντας et κινδύνους: *advocare pericula, ut periculis subsidio sint:* cum periculo id aggrediendum esse, ut pericula avertas. Quarum explicationum quæ melior sit, definire non audeo. Illic metaphora eo continetur, quod pericula *hortari*, hic eo, quod *subsidio esse* dicuntur. VATER.

10, 7. παρακαλεῖν τ. κ.] An Aristoteles hoc exemplum ipse finxerit, an ab alio acceperit, incertum est. Sententia autem plana est ista: ut e periculo te explices, periculum aliud subeundum, et quasi advocandum esse, quomodo qui e naufragio servari volunt, in maris se fluctus cum fracta tabula interdum ejiciunt. Florus I. 17. *Fabius Maximus periculosissimum bellum periculo explicavit.* Translatio autem est in vocibus παρακαλεῖν et βοηθήσοντας, quæ proprie de hominibus, metaphorice de periculis, dicuntur. SCHRADER.

10, 7. Λυκολέων.] V. Wolf. ad Demosth. Or. c. Lept. p. 368. De Chabriæ Statuis vide Diodori Sic. XV. 33.

10, 7. Chabrias vivo sibi statuam flexo genu fieri voluit, quæ et ab Atheniensibus in foro illi hac figura est posita, quod in bello ad Thebas contra Lacedæmonios illo statu impetum hostium excipere milites suos docuisset, ut narrat Cornel. Nep. in vita I. 2. Ea statua cum supplicantis habitum referret, genu nempe flexo, et Chabrias postea in capitis periculum, ut idem Nepos memorat, incidisset, Lycoleon, caussæ illius patronus, ut judicum animos commoveret, et meritorum Chabriæ memoriam ob oculos poneret, ad statuam illi positam, et supplicantis gestum repræsentantem, jussit respicere, et ita supplicanti ignoscere. SCHRADER.

10, 7. αἰσχυνθέντες] Ita legitur in omnibus MStis Victorii, et in marg. Ven. Ald. et Bas. αἰσχύνθητε. Ven. Cam. et Major. ἠσχύνθητε. Minus bene. BUHLE.

10, 7. ἐν τῷ παρόντι] Et translatio est in hoc exemplo, et positio ante oculos: translatio quidem, nam ut pro reis propinqui prosternere se et deprecari solent, ita statua Chabriæ genu nixa, pro Chabria judicibus supplicare videbatur. Porro rei sensu carenti, (talis est statua) actum tribuere (supplicare actus et gestus est) positio est ante oculos. Translatio autem ista dum in præsenti periculo Chabrias versabatur, tantummodo habebat locum. At positio ante oculos perpetua erat,

quoniam Chabriæ illud in prælio inventum, e Cornel. Nep. indicatum, statua illa jugiter repræsentat. SCHRADER.

10, 7. Κινδυνεύοντος γὰρ αὐτοῦ] Recte ita emendavit Victorius e Cod. antiquissimo. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. κινδυνευόντων γὰρ αὐτῶν. Idem expressit vetus interpres Latinus. Neque tamen de *pluribus*, sed de *uno* Chabria sermo est. Apud Georgium Trapezuntium verba textus inde a καὶ Λυκολέων usque ad καὶ ὅτι Latine non reddita sunt. BUHLE.

10, 7. ὑπόμνημα τ. τ. π. ἔ.] Quamvis certi nihil de hoc afferri possit, suspicor tamen ejusdem oratoris verba fuisse, quæ superiora illa sequerentur, interrupta autem hic sint declaratione auctoris, sive de eodem Chabria alibi in eadem caussa dicta sint. Isocrates quoque hac ipsa translatione videtur usus in Panegyr. p. 73. C. et Pac. p. 184. B. VICTOR.

10, 7. Πάντα τρόπον μικρὸν φρονεῖν μελετῶντες] Ven. Cam. Spir. πάντα τρόπον μελετῶντες ἀεὶ μικρὰ φρονεῖν. Major. cum nostra lectione consentit, præterquam quod μικρὰ φρονεῖν habet. BUHLE.

10, 7. Πάντα τρόπον.] Ex Isocratis Paneg. p. 72. C. VICTOR.

10, 7. Μικρὸν φρονεῖν μελετῶντες.] Ita est in exemplo Ald. et in omnibus libris scriptis. Ex ed. Veneta manavit lectio altera, μελετῶντες ἀεὶ μικρὰ φρονεῖν. VATER.

10, 7. Οὐ γὰρ διαλυόμεθα] Itidem ex Isocratis Panegyrico. BUHLE.

10, 7. καὶ τὸ τὰς συνθήκας.] Isocrates ib. p. 78. D. πολὺ κάλλιον τροπαῖον τῶν ἐν ταῖς μάχαις γινομένων· τὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ μικρῶν ἔργων, καὶ μιᾶς τύχης ἐστίν· αὗται δὲ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πολέμου, καὶ καθ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος ἐστήκασιν. VICTOR.

10, 7. Ὑπὲρ μικρῶν] Ald. Ven. Cam. Spir. Major. ὑπὲρ μικροῦ. BUHLE.

10, 7. Ὅτι καὶ] Ex emendatione Victorii, quam omnes libri MSti, et vetus interpres Latinus confirmant. Cam. Spir. Major. ἔτι καί. BUHLE.

10, 7. Καὶ τοῦ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν] Ald. Bas. et Ricc. καὶ τῷ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν. BUHLE.

CAP. XI.

11, 1. Τί λέγομεν] Aliæ edd. τί λέγωμεν. BUHLE.

11, 2. τετράγωνον.] Simonides fr. 139. ap. Platonem in Protagora p. 339. Adde Nostri Ethic. Nic. I. 10. Conf. Toupium ad Suidam II. p. 239.

11, 2. ἀνθοῦσαν ἔ.] Isocrates Philipp. p. 84. C. Ἀλλ' εἰδὼς μὲν τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἐμῆς ἡλικίας δεόμενον, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦ-

σαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος, καὶ τὴν φύσιν πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντος. VICTOR.

11, 2. ἔχοντος] Recte emendavit ἔχοντος e Codd. MStis Victorius; nam Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. habent ἔχοντα. BUHLE.

11, 2. σὲ δ' ὥσπερ ἄφετον.] Ex eadem Orat. p. 108. A. In verbo ἄφετον actus intelligitur, ita autem vocabantur animantes, quæ sine custode tutæ ubique vagabantur. Euripid. Ion. 822. ὁ δ' ἐν θεοῦ Δόμοισιν ἄφετος, ὡς λάθοι, παιδεύεται. Plutarchus v. Lysand. p. 445. A. ὥσπερ ἵππος ἐκ νομῆς ἀφέτου καὶ λειμῶνος αὖθις ἥκων ἐπὶ φάτνην. De vi hujus nominis erudite Budæus in Comment. disputavit. VICTOR.

11, 2. ἄφετον] Eædem edd. ἀφετέον. Non bene; quamvis hoc quoque reddiderit vetus interpres Latinus. Omisit omnino id exemplum Georgius Trapezuntius. BUHLE.

11, 2. Τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ἀΐξαντες ποσὶ] Est senarius Euripidis Iphigen. in Aul. vs. 80. Valde corrupte tam in Codd. MStis, testante Victorio (Comment. pag. 657), quam in edd. pluribus legitur. Ald. Bas. Spir. τὸ ἐλευθέριοι δ' Ἕλληνες ἀΐξαντες ποσὶ, nec aliter habent Ven. Cam. Major. quæ tamen δὲ omittunt. Margo Ven. τούλεύθερον Ἕλληνες ἀΐξαντες δορί. Sic etiam Codd. quidam MSti. Alii Codd. τοῦ λαθεῖν Ἕλληνες· alii: ἐλευθέροις δ' Ἕλληνες. Vetus interpres Latinus vertit: *Et hoc*, Libertatem Græci accerssientes. *Hoc* Accerssientes *operatio et metaphora; cito enim dicit.* Tria postrema verba textus Græcus non agnoscit. Melius Georgius Trapezuntius: *At Græci pedibus liberis irruerunt; nam* irruere *et translatio et actio est; velocitatem enim ostendit.* Cum Trapezuntius quoque addiderit commation, quod textus ignorat, probabile est, verba quædam excidisse. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. post sequentia ἐνέργεια καὶ μεταφορὰ adjiciunt: ταχὺ γὰρ λέγει. BUHLE.

11, 2. Ἀΐξαντες ποσὶ.] Schol. Gr. γράφεται δὲ καί· ἀΐξαντες δόρυ. VATER.

11, 2. αἴξαντες μεταφορά.] Monstrat nunc verbum, in quo exempli vis est: cum αἴξαντες enim, inquit, dixerit Euripides, verbo eo usus est, quo et translatio et actus contineretur: a cursoribus autem illud sumptum puto: cernitur enim pæne studium illorum festinatioque, qua e diversis locis multi subito eodem confluerent. VICTOR. Typographi, puto, errore verba ταχὺ γὰρ λέγει ex ed. Victoriana, quam recentiores pleræque secutæ sunt, exciderunt: agnoscuntur enim ab omnibus MSS. et vett. edd. Scholiastes ad h. l. secundum MS. Laud. Μεταφορά ἐστι τὸ ἀΐξαντες, ἐνέργειαν δηλοῦσα· τὸ γὰρ ἀΐξαντες λέγει καὶ σημαίνει ταχὺ, ἤτοι ταχύτητα· ἡ δὲ ταχύτης ἐνέργειά ἐστι. Γράφεται καὶ ἀΐξαντες δορί.

11, 2. Ὅμηρος πολλαχοῦ.] Od. E. 175. τὸ δ' οὐδ' ἐπὶ νῆες ἔἰσαι Ὠκύποροι περόωσιν, ἀγαλλόμεναι Διὸς οὖρῳ. Ubi Eustathius: καὶ

ὁρᾷ τὸ, ἀγαλλόμεναι, ὡς ἐπὶ ἐμψύχων τῶν νηῶν λεχθέν. Sed et alii complures hac figura usi sunt: Sophocles Aj. 581. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ Θροεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. Schol. in locum: ἔστι δὲ γλυκύτατον λέγειν τὸ τραῦμα τομῆς ἐπιθυμεῖν, ὥσπερ εἰ αἴσθησιν εἶχεν. Plutarchus an Pythia p. 398. A. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν μόνον Ὅμηρον ἔφη κινούμενα ποιεῖν τὰ ὀνόματα διὰ τὴν ἐνέργειαν.

11, 3. διὰ τὸ ἔμψυχα.] Respicit hunc locum Demetrius c. 71. Eadem autem virtus in Latino summo poëta sæpe invenietur: cum enim in carmine de rebus rusticis cecinit, *et ipsa suas mirantur Gargara messes:* et *Miraturque novas frondes et non sua poma,* et *Neque audit currus habenas,* Homerum imitatus, idem fecit. Sed in pastorali quoque lusu cum inquit, *Nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea, Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.* VICTOR.

11, 3. Τὸ ἐνέργειαν ποιεῖν] Sic recte Codd. MSti Victor. et vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. τὸ ἐναργὲς ποιεῖν. BUHLE.

11, 3. Ἐν πᾶσι δὲ—εὐδοκιμεῖ.] Propositio hæc, si universe dicta est, orationis conjunctionem dissolvit; nam versus Homerici, qui laudantur, ad illud, ὡς κέχρηται Ὁμηρος τῷ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα λέγειν, respiciunt. Ἐν πᾶσι, ut sæpius in his libris, *in his omnibus* significat, quod ab Interpretibus neglectum esse mireris. VATER.

11, 3. Οἷον ἐν τοῖσδε] Ibidem et in Ricc. et Major. οἷον ἐν τούτοις. BUHLE.

11, 3. Αὖθις ἐπὶ δάπεδόν τε] Est versus Homericus Od. Λ, 597. Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. Major. αὖθι δ' ἐπὶ δάπεδον δέ. Isingr. αὖτι. Ricc. αὖτις, quæ ceteroquin cum nostra lectione conspirat. In vulgatis Homeri edd. versus ita legitur:

Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής. BUHLE.

11, 3. Ἕπτατ' ὄιστὸς] Iliad. N, 587. BUHLE.

11, 3. Ἐπιπτέσθαι μενεαίνων] Iliad. Δ, 126. BUHLE.

11, 3. Ἐν γαίῃ ἵσταντο] Iliad. Λ, 573. Conf. Φ, 168. BUHLE.

11, 3. Αἰχμὴ δὲ] Iliad. O, 542. Vide etiam Hartungi Decur. I, 9. BUHLE.

11, 4. Ἐν ταῖς εὐδοκιμούσαις] Abest articulus ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. Versus sequens Homericus exstat in Iliad. N, 799. BUHLE.

11, 5. Δεῖ δὲ μεταφέρειν.] Vide Harrisii *Philological Inquiries* p. 187.

11, 5. Καὶ μὴ φανερῶν] Ex emendatione Victorii. Sensus particulam negandi exigit, et tuetur eam quoque Cod. antiquissimus. Ab Ald. Ven. Bas. Cam. et Spir. nec non a vetere versione Latina, μὴ abest. BUHLE.

11, 5. Καὶ τὸ ἀναμαλίσθαι] Ald. et Bas. καὶ τὸ ἀναμαλεῖσθαι,

Ricc. καὶ τὸ ὠμαλεῖσθαι. Respexisse Aristotelem conjicit Victorius (Comment. pag. 661) ad locum Isocratis in Or. ad Philippum, ubi hic ostendit, se intelligere, nullo modo id ad exitum perduci potuisse, quod suadebat regi, eo tempore, quo Athenæ principatum Græciæ obtinebant, aut cum postea Sparta rerum potita est; nullo enim negotio utramlibet ipsarum disturbaturam ea consilia fuisse; cum autem cuncta adæquata jam sint, ob incommoda multa accepta in bello, existimare se viam ejus rei conficiendæ facilem esse. Verba Isocratis sunt: νῦν δ' οὐχ ὁμοίως ἔγνωκα περὶ αὐτῶν· οἶδα γὰρ, ἁπάσας ὠμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν. Fateor, me Aristotelis verba non satis percipere. BUHLE.

11, 5. Καὶ τὸ ἀνωμαλίσθαι τὰς πόλεις.] Peccavit editor novissimus, quod lectionem vulgarem in oratione Græca, Victorii conjecturam in versione expressit. Victorius enim est suspicatus, ὠμαλίσθαι scribendum esse, quod Riccobonus recepit, quodque veri sane speciem habet. Isocrates quidem in orat. ad Philipp. πόλεις dicit ὠμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν, urbes Græciæ principes ad æquabilitatem redactas non obfuturas esse consiliis, communiter contra Persas capiendis. Recte tamen Victorius textum non mutavit, id quod vix liceat, cum certum non sit, Aristotelem illum locum dare voluisse. Accedit, quod conjecturæ vix aptior sensus est, quam vulgati, quod Majoragius felicissime ita explicavit, ut iniquitas a superficie corporum translata sit ad formam civitatum: *Et inæquales factas esse civitates, in multum distantibus rebus idem valet: nam et in superficie et in potestate est æqualitas.* Sed si inæqualitas significatur, non iniquitas et planities, verba ultima, ἐν ἐπιφανείᾳ καὶ δυνάμεσι τὸ ἴσον, singulare nihil continent, quod memoratu dignum videatur, aut præcipuam probandi vim habeat. Non solum superficies et facultates, sed etiam centum aliæ res inter se æquales sunt. Equidem verterim: *Et iniquas factas esse civitates;* (subaudias, τὸ ἀνωμαλίσθαι, quod proprie de forma corporum dicitur,) *iniquum in multum distantibus rebus itidem est: nam in superficie et in potestate æquum est.* Ellipsis illa dura non poterit videri, quia, quod suppletur vocabulum, statim antecedit, et in eo ipso superficiei notio inest. Ὁμαλίζειν apud Aristot. Polit. II. c. 9. med. apud Athenæum Deipn. XII, 12. init. et alias usurpatur de *æquabilitate fortunarum et potentiæ in civitatibus*, quam, cum desierit, multi legislatores restituendam putarent. Ἀνωμαλίσθαι igitur significat, *ab* illa *æquabilitate recessisse* (cf. Aristot. Polit. II. c. 12. extr.). Si, non civitates cum corporibus, sed plures res publicæ inter se comparentur; utcunque vertas; sive, *Et ab æquabilitate conditionis civium recessisse res publicas, quod æque evenit in civitatibus ceteroquin diversissimis;* sive ex conjectura Victorii: *Et ad*

æquabilitatem redactas esse Græciæ civitates, id quod in longe distantibus idem est: ipsa metaphora, si locum cum antecedentibus contendas, minus placeat, et postremum enuntiatum, *nam in conditione superficiei et potentiæ hoc, in quo conveniunt, cernitur,* non satis quadrat. Cur enim *superficies* nominetur, vix quisquam intelligat: at hoc ipso verisimile fit, corporis formam spectari. In vulgata lectione testes omnes consentiunt, eaque etiam in Schol. Gr. invenitur. Cujus tamen in sermone si cui videantur vestigia inesse lectionis, quam Victorius commendavit, verba Græca exscribo. Ἀνωμαλίσαι ἐστὶν, ὅταν τὴν ἐπιφάνειαν ἢ τῆς γῆς, ἢ τοῦ ξύλου, ἔχουσαν ἀνισότητας, πειρᾶταί τις ἐξομαλίσαι, καὶ ἰσῶσαι αὐτὰς τὰς ἀνισότητας. Μεταφορικῶς δέ τις εἴπῃ, καὶ τὰς πόλεις ἀνωμαλίσαι, ὅταν τὴν ἐν τῇ πόλει θεωρουμένην ἀνισότητα, (ἐν τῷ τοὺς μὲν εἶναι πλουσίους, τοὺς δὲ πένητας· καὶ τοὺς μὲν δυνάστας, τοὺς δὲ ἀδικουμένους·) πειρᾶταί τις ἐξισῶσαι· εἰγοῦν δὲ ἄμφω, ἤτοι ἡ πόλις καὶ ἡ ἐπιφάνεια, κατὰ πολὺ διεστήκασιν· ἀλλ' οὖν καθὸ τὸ ἴσον καὶ ὁμαλὸν ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας θεωρεῖται, καὶ ἐπὶ τῶν δυναμένων τῶν ἐν τῇ πόλει, εἰσὶ ταῦτα καὶ ὅμοια· τὸ γὰρ ἐξομαλίσαι, τὸ ἐξοδιάσαι δηλοῖ. VATER.

11, 5. *ἀνωμαλίσθαι τ. π.*] Intellexisse hic Aristotelem puto Isocrat. Or. ad Phil. p. 90. B. *νῦν δ' οὐχ ὁμοίως ἔγνωκα περὶ αὐτῶν· οἶδα γὰρ ἁπάσας ὠμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν.* Quamvis autem sine præpositione *ἀνὰ* magister ille dicendi *ὠμαλισμένας* civitates dixerit, noster vero addiderit ad idem verbum *ἀνὰ*, non tamen hoc variat: contrariumque ostendere facit junctum hoc verbum: *ἀνωμάλοσις* namque idem valet apud hunc auctorem in Polit. II. 12. extr. ubi de rep. Philolai disserit, i. e. æqualitas. VICTOR.

11, 6. *προεξαπατᾷν.*] Cum videlicet in errorem ante inducitur auditor, quam veram dicentis mentem percipit. Tale est illud Ciceronis De Or. II. 70. *Quid huic abest, nisi res et virtus?* Laudare hominem prima auditione videtur, quem, ubi attentius, quid dicatur, observas, malum dicit et mendicum. Domitius Afer apud Quintil. VI. 3. de oratore inepto, at vestibus culto: *Homo in agendis caussis optime vestitus. Versatus* dicere velle videbatur, quod cum mutet, eludit auditorem. SCHRADER.

11, 6. Προσεξαπατᾶν in vitiis operarum numerabam, et corrigendum *προεξαπατᾷν*, in cujus significationem illud recte torquendum esset, si verum esset. Ceterum novus hinc ducitur locus urbane dictorum. Ergo ante *καὶ* major interpunctio sit necesse est. WOLF.

11, 6. Ὅτι οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται.] Interpretes tantum non omnes, voc. *ἑαυτοῖς* ad Locrenses referunt, quibus (cf. L. II. 21, 8.) hoc dicebatur. Id nemo probaverit. Ἑαυτοῖς significat, *Cicadæ sibi ipsis*, h. e. solis, *cantabunt* post cædem incolarum. At si *αὐτοῖς* scribitur, quemadmodum in

Schol. Gr. impressum est: tum illa explicatio convenit, idque forsan præferendum est. VATER.

11, 6. διὰ τὸ αὐτὸ.] Ænigma per involucra et errorem circumducit ad veritatem. Constat autem continuatione metaphorarum, quæ ambo ideo jucunda sunt, quod cum aliud dici videatur, mox aliud longe intelligi deprehenditur. SCHRADER.

11, 6. Θεόδωρος.] Theodorum Byzantium, ut opinor, intelligit, veterem sophistam, cujus et Plato et Cicero sæpe mentionem fecerunt. VICTOR.

11, 6. Θεόδωρος.] Theodorus Byzantius, Platoni, Ciceroni, aliisque memoratus Sophista, amabat contra opiniones auditorum proferre sententias et fere inauditas, quibus tamen non possent, non ubi declaratæ fuissent, adsentiri. SCHRADER.

11, 6. παράδοξον—καὶ μὴ πρὸς τὴν ἔμπροσθεν δόξαν.] Simili fere ratione dixit A. P. c. 1. ἑτέρως καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον. Rursus c. 3. ἢ ὡς τὸν αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλοντα. Ita Sophocl. Œd. Tyr. 58. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα. 1230. ἑκόντα κοὐκ ἀκόντα. VICTOR.

11, 6. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ] Sensum turbat οἱ. Victorius propterea legendum esse censuit ὡσπερεί. Verum abest οἱ ab Isingr. quare puto illud librarii cujusdam culpa in textum migrasse. Uncinos adhibui. BUHLE.

11, 6. παραπεποιημένα.] *Quæ novo modo conformantur*, ut in ridiculis et cavillationibus, quæ fiunt mutatis literis. Hic enim sensus vv. παρὰ γράμμα σκώμματα. ERNEST. Lex. Techn.—Scholiastes ad h. l. Παραπεποιημένα λέγει τὰ σκώμματα τὰ ὑπάρχοντα παρὰ γράμμα ἕν· οἷον πρός τινα τραυλὸν, (Aristophan. Vesp. 45.) Ὀλᾷς κόλακος κεφαλὴν ἔχεις· παρ' ἓν γράμμα, ἤτοι παρὰ τὸ ρ̄ ἐστὶ τὸ σκῶμμα, οὕτω γὰρ ἔδει εἰπεῖν, Ὀρᾷς κόρακος κεφαλὴν ἔχεις. Παραπεποιημένα λέγει τὰ παρεφθαρμένα παρὰ γράμμα ἕν.

11, 6. Παραπεποιημένα vocat nomina, ad risum excitandum leviter immutata. VICTOR.

11, 6. παρὰ γράμμα.] Quæ literæ immutatione fiant. Eodem nomine jocum hunc appellat Cicero Epp. ad Volumnium Eutrapelum VII. 32. *Nisi bellum* παρὰ γράμμα. Παρονομασίαν videtur appellare in de Orat. II. 63. *Alterum genus est, quod habet parvam verbi immutationem, quod in litera positum, Græci vocant* παρονομασίαν, *ut nobiliorem, mobiliorem Cato.* Ex ipsius etiam libris exempla multa capi possent, ut Philipp. II. *En cur magister ejus ex oratore arator factus est.* et XI. *Nec paratum solum, sed peritum atque fortem.* VICTOR.

11, 6. Ἔστιχε δ' ἔχων] Versus incerti poëtæ. BUHLE.

11, 6. χίμετλα.] Similiter fere jocatus est Aristophanes

Vesp. 1162. κακοδαίμων ἐγὼ, Ὅστις ἐπὶ γῆρᾳ χίμαιραν οὐδὲν λήψομαι· ubi v. interpretes. Cicero quoque hujus joci, qui παρὰ προσδοκίαν vocatur, eundem ortum caussamque esse dixit. De Orat. II. c. 63. *Sed scitis esse notissimum ridiculi genus, cum aliud expectamus, aliud dicitur. Hic nobismetipsis noster error risum movet.* Et post: *Natura enim nos, ut ante dixi, noster delectat error: ex quo, cum quasi decepti sumus expectatione, ridemus.* VICTOR.

11, 6. Τὰ δὲ παρὰ γράμμα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. τὰ δὲ παραγράμματα. Male. BUHLE.

11, 6. Ὁ λέγει, λέγειν] Recte addidit Victorius λέγειν e Codice antiquissimo, et vetere versione Latina. Abest illud ab edd. Victorianâ antiquioribus. BUHLE.

11, 6. Θράττει.] Nicon Citharœdus ex Thracia muliere serva erat genitus, quos natales illi exprobaturus Theodorus Byzantius aiebat Θράττη σε, h. e. *Thracia mulier te*, intellige *peperit*. At cum θράττω significet *conturbo*, unius diphthongi in alteram τοῦ η in ει conversione ita accipi hoc verbum potuit, *conturbat te*, sensu longe alio. Ceterum qui Niconem ex Threicia natum esse norat, hunc demum afficere hic jocus poterat, alium non item. SCHRADER.

11, 6. Βούλει αὐτὸν πέρσαι.] Fateor me lusum verborum in hoc exemplo non satis capere. In verbo πέρσαι fallaciam latere, patet; sed, quomodo eam explicem, dubius hæreo. Franciscus Medices, Victorii familiaris, arbitratus est, pro πέρσαι reponendum esse πέρσας, et allusisse Theodorum, vel quicunque hujus dicti auctor fuerit, ad carmen heroicum Timothei Milesii *Persæ* inscripti, (de quo v. Poët. cap. 2. sub fin. Pausan. in Arcad. p. 701 ed. Kuhn. Plutarch. Vit. Philopœmen. Qpp. T. I, p. 362 ed. Franc. et Suidas v. Τιμόθεος·) verum non video, quidnam in hoc sit *faceti?* Multo magis arridet Majoragii interpretatio (Comment. p. 242.) Is opinatur, Græcis fuisse verbum πέρσειν usurpatum de iis, qui Persarum rebus faverent; sicut Pythia Demosthenem dixerit φιλιππίζειν, quoniam Philippi Macedonis rebus studeret. Quam interpretationem si amplectaris, clara est fallacia. Βούλει αὐτὸν πέρσαι verti potest primo; *Vin' eum perdere;* deinde, *Vin' eum Persis favere.* BUHLE.

11, 7. Δεῖ δὲ ἀμφότερα προσηκόντως λεχθῆναι.] Hæc paragraphi signo separantur ab antecedentibus, quibuscum tamen, ni fallor, artissime conjuncta sunt. Ἀμφότερα pertinet ad utrumque genus cavillationum, quæ mutatis litteris fiunt, et vel metro, vel prosa continentur. Ad sequens οὕτω δὲ καὶ, non suppleverim, δεῖ προσηκόντως λεχθῆναι, quia hujus propositionis mera repetitio esset initium paragraphi octavæ. Maxima interpunctio melius collocabitur post voc. λεχθῆναι, et sic novus locus de ὁμωνυμίᾳ incipit; quasi, itidem atque antea,

scriptum esset, οὕτω δὲ καὶ (ταὐτὸ δύναται ταῦτα) τὰ ἀστεῖα (διὰ ὁμωνυμίας). VATER.

11, 7. Ἰσοκράτης.] Or. ad Philipp. p. 94. C. Ὥστ' εἴ τις φαίη τότε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς γενέσθαι τῶν παρόντων κακῶν, ὅτε τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης ἐλάμβανον, οὐκ ἂν ἐξελεγχθείη ψευδόμενος. Et similiter fere in Or. de Pac. p. 179. E. Animadvertendum autem an hunc ornatum sermonis inferiores rhetores διαφορὰν vocarint, quia idem verbum iteratum longe aliam rem significat ac cum primo usurpatum fuit. VICTOR.

11, 7. Ἀλλ' οὐχ οὕτω λέγει] Cod. antiq. Victorii addit: ἀλλ' ἄλλως. BUHLE.

11, 7. Καὶ ἀρχὴν οὐχ, ὃ εἶπεν] Ven. Cam. et Major. καὶ μὴ ἀρχὴν, duplicata negatione. Quod si malis, tum ita interpungendum erit: καὶ μὴ ἀρχὴν, οὐχ, ὃ εἶπεν. BUHLE.

11, 7. Καὶ ἀρχὴν, οὐχ ὃ εἶπεν, ἀπόφησιν.] Cod. Victorii, οὐχ ὃ εἶπεν, αὐτὸ φησὶν, id quod certe subaudiendum est. VATER.

11, 8. Ὁμωνυμία ἡ μεταφορά.] Aptius est, quod Victorius ex codice antiquiss. dedit, et Schol. quoque Gr. habet, ὁμωνυμίᾳ ἡ μεταφορᾷ. VATER.

11, 8. Ἀνάσχετος οὐκ ἀνάσχετος] Prius ἀνάσχετος videtur nomen proprium esse. Sic Latini: *Lepidus non lepidus. Cato non Cato.* Cic. divinat. in Verrem cap. 17: *repente e vestigio* Verres *ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est* verres. Cod. Victorii priori loco habet ἄσχετος. BUHLE.

11, 8. Ἀνάσχετος nomen viri esse potest, et ita se res habet, ut suspicor: qui fortasse, quod importunis moribus esset, ac petulans, *intolerabilis* dici potuit: id enim valet ἀνασχετός. In multis hoc nominibus evenire docet Eustathius ad Homer. Il. A. p. 156. καὶ Ἄνεκτος μὲν προπαροξυτόνως, κύριον· ἀνεκτὸς δὲ ὀξυτόνως, οὐ φορητός. Ὁμοίως καὶ Νικήτης μὲν κύριον, νικητὴς δὲ, ὁ νικήσας. VICTOR.

11, 8. Εἰ αἰεὶ δὶς significat, αἰεὶ προσηκόντως, εἰ δὶς, *quotiescunque iteratur.* Quod præcedit, id convenienter dictum esse, probatur hoc argumento, εἰ αἰεὶ δίς. Quod si verti posset, *quotiescunque duplici modo* (vox quædam ponitur), quod dubito: argumentum, quamvis universe patens, quadraret. At sola vocabuli ejusdem iteratio τὸ προσῆκον non efficit, id quod etiam verbis proximis præcipitur, τό, τε γὰρ τὴν ἀρχὴν φάναι ἀρχὴν εἶναι, οὐδὲν σοφόν. Itaque placeat ingeniosa Musapti correctio, εἰ ἀηδής; ut hunc ad modum explicetur vox ἀνάσχετος. Bene sic probatio ad unum ac solum, quod antecedit, exemplum pertinet. VATER. Dubio caret Musapti correctio, sic enim habet codex A. Vide Riccobonum ad h. l.

11, 8. Ἤ σε δεῖ ξένον] Restitui ξένον ex ed. Isingr. Vulgo ξένος. Cujusnam poëtæ sit senarius, nescio. BUHLE.

11, 8. Ἢ ἄξιον ἀποθανεῖν] Nonnullæ edd. ἢ ἄξιον γ' ἀποθανεῖν. Infra, ubi idem exemplum repetitur, nonnullæ edd. pro ἄξιον γ' habent ἄξιον γάρ. Sequentia commatia usque ad §. 9. non expressit Georgius Trapezuntius. BUHLE.

11, 9. Τοσούτῳ μᾶλλον] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τοσούτῳ εὐδοκιμεῖ μᾶλλον. BUHLE.

11, 10. ἀεὶ προσεῖναι—λέγεσθαι.] Necesse est, semper habeant aut personam, in quam quadrent, aut elegantem structuram, summamque locutionis virtutem: id enim, nisi fallor, appellat ὀρθῶς λέγεσθαι. Quod si altero horum caruerint, ea parte claudicabunt, nec urbanæ admodum sed pæne vulgares voces videbuntur. VICTOR.

11, 10. Εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθὲς] Sic e Codd. pluribus et vetere versione Latina correxit jam Victorius. Idem tuentur Ald. Bas. Ricc. Major. Edd. Ven. Cam. Spir. Mor. Sylb. Casaub. ἢ τὸ λεγόμενον ἀληθές. BUHLE.

11, 10. Ἔστι γὰρ ταῦτα] Ald. et Bas. ἔστι γὰρ ταυτί. Attice. BUHLE.

11, 10. Τὴν ἀξίαν δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον· ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον] Excidit commation hoc Cam. BUHLE.

11, 10. Καὶ ἀντίθεσις] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. καὶ ἀντίσωσις. Georgius Trapezuntius vertit: *et si* compositio comparitasque *insit*. Nescio an melius. BUHLE.

11, 10. Καὶ ἀντίθεσις.] Edd. vett. ἀντίσωσις. Illa lectio, quæ per se melior est, quia Aristoteles de hac re vocem ἀντίθεσις usurpare solet, non ἀντίσωσιν, auctoritate cod. Victorii et prisci Intpr. firmatur. VATER.

11, 10. Καὶ ἔχοι ἐνέργειαν] Margo Ven. καὶ ἔχοι ἐνάργειαν. Minus bene. BUHLE.

11, 11. τοῖς ἄνω ἀεὶ] Adverbium temporis ἀεὶ, cum superiore sententia conjungi debet, hoc sensu sc. *ut a me declaratum est, ubicunque supra de illis mentionem feci*; multis enim locis imagines translationes esse dixit: inferiori parti quomodo hærere possit, non video. VICTOR.

11, 11. Αἰεὶ γὰρ] Ald. et Bas. ἢ γάρ. BUHLE.

11, 11. ἡ ἀσπὶς,] Demetrius c. 85. Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν. Ὡς ὁ Θέογνις παρατίθεται τὸ τόξον φόρμιγγα ἄχορδον ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος· ἡ μὲν γὰρ φόρμιγξ κινδυνῶδες ἐπὶ τοῦ τόξου, τῷ δὲ ἀχόρδῳ ἠσφάλισται. V. Yvo Villiomarus in Loc. cont. R. Titii I. 2. Theognidis, Poëtæ Tragici, frigiditatem risit Aristophanes Acharn. 11. ubi v. Schol. Negat tamen Valckenærius Annot. Crit. in Nov. Fœd. p. 394. interpretem Demetrii quidquam habuisse, quo firmaret Theognin poëtam h. l. intelligi. Conf. Twining. p. 439. et notata supra 4, 4.

11, 11. πιθήκῳ αὐλητήν.] (sc. εἰκάζουσι). Hanc similitudinem, ni fallor, in illis videbant, quod tibicines quoque, ut simiæ,

contracto corpore, manibusque ad os appositis, cum tibias inflant, ut bestia illa sedent. VICTOR.

11, 12. Οἷον, πιθήκῳ αὐλητῇ· λύχνῳ ψαλαζομένῳ εἰς μύωπα] Valde obscurus est hic locus atque etiam corruptus. Ald. et Bas. πιθήκῳ (vitiose impressum est in Ald. πιθύκῳ) αὐλητικῷ· λύκῳ ψαλαζομένῳ εἰς μύωπα. Codd. quidam Victorii habent: πιθήκῳ αὐλήτῃ. Ven. πιθήκῳ αὐλητὴν, λύκῳ κ. τ. λ. Marg. Ven. et Isingr. nec non Cam. Ricc. Major. πιθήκῳ αὐλητὴν, λύχνῳ κ. τ. λ. Spir. πιθήκῳ αὐλητικῷ, λύχνῳ κ. τ. λ. Equidem Victorii lectionem revocavi, quæ Codicem antiquissimum, et veterem versionem Latinam sequitur. Nam in edd. recentioribus pro λύχνῳ legitur λύκῳ. Præpositionem εἰς meo periculo uncis seclusi, quoniam ea sensum turbat. In ψαλαζομένῳ omnes Victorii Codd. consentiunt. Georgius Trapezuntius vertit: *velut, simiæ pulsanti, aut lupo ad calcar madefacto.* Quid hoc sibi velit, ignoro. Sensus totius loci hic est: *Assimilant autem sic: velut, simiæ tibicinem* (tibias inflantem;) *stillanti lucernæ hominem lusciosum.* BUHLE.

11, 12. Πιθήκῳ αὐλητήν.] Ita præter alios testes etiam Schol. Gr. Edd. vett. αὐλητικῷ. VATER.

11, 12. λύχνῳ ψαλαζομένῳ εἰς μύωπα.] Quem locum hic præpositio εἰς habeat non dispicio, neque enim, ut infra inquit εἰς ὑπωπιασμένον, ita videtur hic recte accipi posse εἰς μύωπα; sed videtur dicere debuisse εἰκάζουσιν, i. e. *similem aiunt esse Lusciosum lupo* aut *lucernæ*. Non tamen, quæ contractio fiat aut in lupo aut in lucerna stillantibus, apparet, qua ipsa in re similitudinem esse testatur. VICTOR.

11, 12. Λυκῷ ψαλαζομένῳ εἰς μύωπα.] Λύχνῳ, quod pro λυκῷ præter marginem ed. Venetæ exemplum Cam., alia, cod. Victorii et priscus Intpr. habent, propter auctoritatem horum testium præferendum videtur. Voculam εἰς dudum Riccobonus deleri jussit: ex Schol. Gr. ni fallor, intelligitur, qui inculcata sit. Tres in Schol. reperiuntur lectiones λυκῷ et λύχνῳ, εἰς μύωπα et ὡς μύωπα. Quod si quis ὡς adscripserat, cum de imaginibus sermo sit; εἰς inde facile oriri potuit. VATER.

11, 13. Ῥάκει οἰκίας] Ita legunt Codd. Victorii, et vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. ῥάκει οἰκέτου. Margo Ven. ῥάκει οἰκείας. Vitiose. Georgius Trapezuntius commation hoc omisit. BUHLE.

11, 13. Νικήρατον.] Niceratus cum Rhapsodis suæ ætatis certamen iniit festis diebus a Solone olim institutis, ibique aliquando victus fuit a Pratye. Ceterum ut metaphora a Thrasymacho usurpata rectius intelligatur, puto argumentum carminis recitati a Nicerato fuisse Philoctetem, cujus infortunium ab hydro morsi commemorat obiter Homerus Il. B. 722. Fabulam exposuerat in Iliade parva Lesches. Vide

annotationem Heynii ad locum Homeri p. 380. Quid igitur, si statuamus inde fuisse recitatum locum de Philoctete a Nicerato? SCHNEIDER. ad Xenophont. Symp. III. 5.

11, 13. ἐκπίπτουσιν.] Ἐκπίπτειν significat *labi* et *explodi*. Noster in A. P. c. 18. ἐπεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ. Verbum hoc expressit Cicero De Orat. II. 83. *Et cum sint populares multi variique lapsus, vitanda est acclamatio adversa multitudinis.* Varro VII. de L. L. de Ennio loquens, *Imitari dum voluit Euripidem et ponere etymon, lapsus est.* VICTOR.

11, 13. καὶ ἐὰν εὐδοκιμῶσι.] Hæc verba, nisi fallor, respondent illis τὸ δ' εὖ ἐστι, ὅταν μεταφορὰ ᾖ, et cum his sunt continuanda. Cum enim illic dixerit urbanitatem a probe factis translationibus oriri, addit nunc, eandem et a præclaris imaginibus, in sermone usurpatis, existere, cum videlicet non tantum unum dicitur esse alterum, ut in exemplis paullo supra prolatis, sed et cum nota similitudinis additur, et per eam πρότασις ac ἀπόδοσις innuitur. Fit hoc in duobus sequentibus incerti poetæ senariis, quos Aristoteles non improbat, ut Majoragio visum, sed tanquam εὐδοκιμούσας commendat. SCHRADER.

11, 13. Καὶ ἐὰν εὐδοκιμῶσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. καὶ ἐὰν εὖ εὐδοκιμῶσι. Isingr. inter εὖ et εὐδοκιμῶσι distinguit, quæ tamen lectio, ut recte monet Sylburgius, stare non potest, nisi forte mutato verbi modo legas: καὶ ἐὰν εὖ, εὐδοκιμοῦσι. Verum abest εὖ ab omnibus Codd. MStis. Margo Ven. habet: καὶ ἐὰν μὴ εὐδοκιμῶσι. Minus bene. Sensum in versione Latina exprimere studui. BUHLE.

11, 13. Καὶ ἐὰν εὐδοκιμῶσι.] Schol. Gr. καὶ ἐὰν μὴ εὐδοκιμῶσι. Forsan utrumque scholion est. Ad ἐὰν μὴ εὖ et ἐὰν μὴ εὐδοκιμῶσι, supplendum videtur ταῦται scil. εἰκόνες; itaque utriusque enuntiati eadem potestas est. Facile hoc, ut explicatio, adjici potuit, et postea ἐὰν εὐδοκιμῶσι scribi. VATER.

11, 13. Ὅταν ἀποδίδωσι.] Priscus Intpr. ἀποδιδῶσιν, idque, ni fallor, melius. Ἀποδιδόναι ad hoc pertinet, quod in sequentibus iambis, præmisso τῷ ὥσπερ, altera comparationis pars redditur. VATER. ἀποδιδῶσι legendum suspicatur Victorius.

11, 13. Ὥσπερ σέλινον] Senarius hic, et sequens, incerti poëtæ sunt. BUHLE.

11, 13. Ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ καρύκῳ.] Majoragius inepte vertit, *juga gerens;* non rectius alii, *e curru, e jugo pugnans.* Ζυγομαχεῖν translatum quidem est a bobus jugo junctis, ibique rixantibus. Deinde vero universe *rixari*, et inprimis, Thoma Magistro, et Ruhnkenio Viro summo (ad Timæi Lex. Plat. in h. voc.) testibus, rixas inimicorum significat. Illam translationem hic non premi, Aristoteles ipse ostendit, cum paullo post iambum hunc repetat, et illud voce simplici μάχεσθαι explicet. Cum Majoragio peccarunt multi, qui ita hæc reddunt, ac si Philammon ipse pugnare

diceretur. Sed Aristoteles aliquanto post disertis verbis ait, rem secus habere. Illo sumpto, ne ἀποδόσεως quidem exemplum hoc esset. Itaque post Φιλάμμων, perinde ac post σέλινον, interpungendum est. Exempli vim existimo in eo cerni, quod quæ comparari vix possint, inter se contendantur. Philammon est inclytus ille Olympiæ victor. Quandoque huic non convenit τὸ ζυγομαχεῖν τῷ κωρύκῳ: qui τῷ κωρύκῳ pugnat, ut cum imbecillo homine aut ludo viliori certare significetur, necesse est. Utrum vero κώρυκος sit nomen proprium hominis imbecilli, aut appellativum *follis*, omnino quidem certum esse nequit ejusmodi in fragmento: hoc tamen est perquam verisimile. Nam κώρυκον *follem*, in gymnasticis exercitiis usurpatum a veteribus, significare hic posse, præter testimonia scriptorum posteriorum, ut Cælii Aureliani, ab aliis laudatorum, unde de consuetudine, Aristotelis ætatem superante, haud tuto colligas, probat locus Timoclis ab Athenæo (l. VI. c. 12.) servatus, quem Stephanus in Thes. L. Gr. male explicavit. Ibi parasiti, ciborum pleni et probe farti, dicuntur quasi se præbere athletis ἀντὶ κωρύκων, loco follium, sabulo, farina, aut arena impletorum, quos athletæ pulsare et jactare soleant. VATER.

11, 13. Τῷ κωρύκῳ] Κωρύκῳ, velut nomen proprium, majusculo K scriptum est in pluribus edd. sed rectius minusculo scribes, et appellative accipies pro *bulga*, seu *sacco coriaceo*, ut Suidas et Hesychius interpretantur. Turnebus quoque (Adversar. X, 10) *sacculum* interpretatur, et κωρυκομαχίαν apud Cælium Aurelianum (Chron. XV, 12) pugillatorii follis ludum videri ait. Similiter *Coryceum* Vitruvio esse locum, in quo ludere solerent coryco. SYLBURG.

11, 14. Πεισόμενος αὐτὸς] Ald. Bas. 1. 2. Frob. Ricc. πειρόμένος αὐτόν. Isingr. πειρώμενος αὐτόν. Parum apte. BUHLE.

11, 14. Ὡς ὁ Καρπάθιος—τὸν λαγὼ] Cum Carpathi incolæ leporibus carerent, unus eorum par leporum introduxit, unde tanta eorum multitudo propter fœcunditatem exorta est, ut omnes fructus absumerentur. Julius Pollux Onomast. V, 12. Erasmi Adag. Chil. II, Cent. I, 81. BUHLE.

11, 15. ὑπερβολαὶ] Naturam hyperboles expressit, nec tamen, quod par esset Græco, Latinum nomen invenit, Cicero in Topicis: ejus enim hæc verba sunt: *Aut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ ὑπερβολὴ dicitur. Superjectionem* Quintilianus vocavit VIII. 6, 67. ubi de omni illarum vi, et quot modis fierent, non indiligenter disseruit: eadem certe, quæ a Demetrio Phalereo, gravi politoque scriptore traduntur, rettulit. VICTOR.

11, 15. Ὠιήθητε γὰρ, αὐτὸν εἶναι συκαμίνων τάλαρον] Cod. antiq. Victorii: ᾠήθη τότε δ' ἂν αὐτὸν εἶναι συκαμίνων κάλαθον. Ea-

dem fere vetus interpres Latinus expressit. Vulgatum defendit Victorius p. 675. BUHLE. Victorius ὠήθητε vel ὠήθης legerit.

11, 15. συκαμίνων τ.] Eodem pacto lusit maledicus quidam Athenis in L. Syllam (referente Plutarcho p. 451. F). Συκάμινον ἔσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον. VICTOR.

11, 15. Ζυγομαχῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. ζυγομαχεῖ. Sed vide supra in textu §. 13. BUHLE.

11, 15. Ὠιηθητ' ἂν] Cod. antiq. Vict. et vetus interpres Latinus: ᾠήθης. Ald. Bas. Ricc. ᾠήθη δ' ἄν. Ven. Cam. et Major. ᾠήθην δ' ἄν. BUHLE.

11, 15. Φιλάμμονα] Aliæ edd. ut Ald. Φιλάμωνα· aliæ Φιλάμμωνα. Vitiose. BUHLE.

11, 15. Τὰ σκέλη φορεῖ] Reposui φορεῖ, quod supra etiam legitur. Tuentur idem Ald. et Bas. Vulgo φορεῖν. BUHLE.

11, 15. Σκέλη φορεῖν.] Quos vidi, libri omnes ita habent, præter edd. Isingr., et Bipont. ubi φορεῖ editum est, id quod §. 13. legitur. Hac conjectura nihil proficitur. Nam præterquam quod Aristoteli licuit hæc verba paullo aliter quam antea proferre, eodem jure §. 13. φορεῖν scribi possit. Certe utrobique Schol. Gr. φορεῖν habet. VATER.

11, 15. Ὠιήθην δὲ] Cod. antiq. Victorii: ᾠήθησαν δέ. Ald. Bas. et Ricc. ᾠήθη δέ. BUHLE.

11, 16. Σφοδρότητα] Ex Codd. restituit Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. σφοδρότερον. BUHLE.

11, 16. Σφοδρότητα.] Ita Cod. Victorii et priscus Intpr. Edd. vett. σφοδρότερον. VATER.

11, 16. Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη] Sunt verba Achillis irati ad Ulyssem de Agamemnone loquentis. Hom. Iliad. I, 385. Pro τόσα δοίη Cod. Victorii et vetus interpres Latinus habent τόσα δοίης. Perperam. BUHLE.

11, 16. Τόσα δοίη.] Cod. Victorii, priscus Intpr. Schol. Gr. edd. Ald. Bas. δοίης, quam scripturam ob auctoritatem antiquissimorum testium prætulerim, cum altera iis deberi videatur, qui Aristotelem ex Homeri exemplis corrigerent. Aristoteles quidem haud raro loca aliorum scriptorum in his libris laudata aliquantum mutat, præsertim si loco suo ad unum hominem, ut hic ad Agamemnonem, referuntur: δοίης latius pateret. VATER.

CAP. XII.

12, 1. Γραφικὴ.] Vide Ernesti Lex. Techn. in v.

12, 1. τὸ μὲν γὰρ ἑλληνίζειν.] Significavit ἀγωνιστικὴν, utilem sc. forensibus pugnis contentionibusque locutionem, quam in recta solum ratione Græci sermonis positam vult; neque enim exquisitam compositionem requirit—Qui autem facultate hac caret, is omnino ea lingua uti nescit, ut qui scri-

bendi rationem ignorat, nequit, si qua vult scribendo aliis impertiri, neque certiores, quæ sua aut illorum interesse illos scire existimarit, absentes amicos facere, sed silere cogitur: hoc enim ad alteram partem pertinet, significatque orationem γραφικήν. Non valet autem hic κατασιωπᾶν, quod sæpe apud bonos auctores, *silentium fieri jubere*, sed ipsum *silentio aliquid præterire ac tacere*. VICTOR.

12, 2. ἠθικὴ, quæ naturas et mores effingit, παθητικὴ, quæ commotionum plena est, et quomodo affectus animo sit, qui dicit, ostendit. De his duobus generibus accurate disseruit Cicero in lib. de Oratore. VICTOR.

12, 2, οἱ ὑποκριταὶ] Demetrius 194. πᾶν δὲ τὸ ἀπαθὲς ἀνυπόκριτον.

12, 2. ἀναγνωστικοί.] Ἀναγνωστικοὺς, ut arbitror, appellat poëtas, qui non in scena tantum placebant, quantum cum domi legerentur, et accurate considerarentur. Demetrius 193. Διὰ τοῦτο καὶ Μένανδρον ὑποκρίνονται, λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις. Φιλήμονα δὲ ἀναγινώσκουσιν. VICTOR.

12, 2. Οἷον Χαιρήμων] Vide supra Rhet. II, 23. Poët. c. XXIV. De Lycimnio, cujus mentio fit postea, conf. supra III, 2. et infra cap. XIII. BUHLE.

12, 2. Ἀναγνωστικοί· οἷον Χαιρήμων.] Chæremonem fuisse poëtam ἀναγνωστικὸν, h. e. talem, qui, si animo placido legatur, accurata pictura et pulchra rerum minutarum significatione magis delectet, quam si cantu recitetur, testimonium Athenæi confirmat. Hic tradit, in floribus describendis Chæremonem inprimis moratum esse. Cf. Deipnos. XIII, 9, ubi aliquot fragmenta hujus poëtæ reperiuntur, et de iis Twiningium l. c. p. 168. VATER.

12, 2. Οἱ μὲν τῶν γραφικῶν] Cod. antiq. Victor. et vetus interpres Latinus: οἱ μὲν τῶν γραφῶν. BUHLE.

12, 2. ἐν τοῖς ἐγῶσι στενοὶ.] Tales Isocratis esse orationes judicavit, et, ut gloriæ illius parum æquus, reprehendit Hieronymus Rhodius, Aristotelis discipulus, apud Dionys. Halic. in judicio de Isocrate c. 18. Defendit autem politissimum scriptorem Victorius in suis ad hunc rhetoris locum declarationibus. SCHRADER.

12, 2. Οἱ δὲ τῶν ῥητόρων εὖ λεχθέντες] Cod. Victor. οἱ δὲ τῶν ῥητόρων ἢ τῶν λεχθέντων. Eodem modo vetus interpres Latinus, qui tamen ἢ non expressit. Ald. et Bas. οἱ δὲ τῶν ῥητόρων εὖ λεχθέντων. Secutus sum Victorium, licet verbis in textu positis mendum adhuc subesse suspicer. Georgius Trapezuntius vertit: *oratores autem boni, cum legantur, agrestes videntur*. BUHLE.

12, 2. ἰδιωτικοὶ ἐν ταῖς χερσίν.] Tales erant orationes Hortensii, de quibus Quintilianus XI. 3. *Hortensii scripta*, inquit, *tantum intra famam sunt, qui diu princeps oratorum*,

aliquando Ciceronis æmulus existimatus est, novissime, quoad vixit, secundus, ut appareat placuisse aliquid eo dicente quod legentes non invenimus. SCHRADER.

12, 2. Εὖ λεχθέντες.] Vera hæc lectio nititur auctoritate librorum scriptorum, Schol. Gr. ed. Cam. et, teste Victorio, prisci Intpr. Λεχθέντων habent codex antiquiss. edd. Ald. Bas. et, teste Morellio, priscus Intpr. Caussa corruptionis perspicua est. VATER.

12, 2. Φαίνεται εὐήθη] Ald. et Bas. φαίνεται εὐήθως. Minus bene. BUHLE.

12, 2. ἀσύνδετα — ὑποκριτικά.] Demetrius 193. Ἐναγώνιος μὲν οὖν ἴσως μᾶλλον ἡ διαλελυμένη λέξις· ἡ δ' αὐτὴ καὶ ὑποκριτικὴ καλεῖται· κινεῖ γὰρ ὑπόκρισιν ἡ λύσις. Γραφικὴ δὲ λέξις ἡ εὐανάγνωστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ συνηρτημένη καὶ οἷον ἠσφαλισμένη τοῖς συνδέσμοις. ibid. 194. Ὅτι δὲ ὑποκριτικὸν ἡ λύσις, παράδειγμα ἐγκείσθω τόδε. Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω, φίλε. Οὕτως γὰρ λελυμένον ἀναγκάσει καὶ τὸν μὴ θέλοντα ὑποκρίνεσθαι διὰ τὴν λύσιν· εἰ δὲ συνδήσας εἴποις, ἐδεξάμην καὶ ἔτικτον καὶ ἐκτρέφω, πολλὴν ἀπάθειαν τοῖς συνδέσμοις συμβαλεῖς. et 269. τὴν διάλυσιν vocat δεινότητος ἐργάτιν. cf. 271, 301. Aquila c. 30. *Ideoque et Aristoteli et iteratio ipsa verborum ac nominum, et repetitio frequentior, et omnis hujusmodi motus actioni magis et certamini quam stilo videtur convenire.*

12, 2. Τὰ ἀσύνδετα.] Edd. Ald. Bas. Cam. τά τε ἀσύνδετα. VATER.

12, 2. Ἐν δὲ ἀγωνιστικῇ καὶ οἱ ῥήτορες χρῶνται] Sic fide antiquissimi libri emendavit Victorius. Ald. et Bas. ἐν δὲ ἀποδεικτικῷ. Ven. Cam. Spir. Major. ἐν δὲ ἀποδεικτικῇ. Georgius Trapezuntius: *At vero in demonstratione oratores utuntur.* Cf. Demetr. de Elocut. §. 271. BUHLE.

12, 2. Ἐν δὲ ἀγωνιστικῇ καὶ οἱ ῥήτορες χρῶνται.] Cod. Victorii ἐν δὲ ἀγωνιστικῇ οὐ (scil. ἀποδοκιμάζεται), καὶ; lectio commendabilis, quam etiam Schol. Gr. videtur ante oculos habuisse. Pro ἀγωνιστικῇ edd. vett. vel ἀποδεικτικῷ, vel, ut priscus Intpr. ἀποδεικτικῇ.—Ἔστι γὰρ ὑποκριτικά. Ita habet cod. Victorii. Edd. vett. ὑποκριτικῇ. VATER.

12, 2. Ἔστι γὰρ ὑποκριτικά.] Ald. Bas. Ven. Cam. Ricc. Major. ἔστι γὰρ ὑποκριτική. BUHLE.

12, 3. μεταβάλλειν.] Variare sc. et sono vocis et gestu corporis immutato. Isocrates Or. ad Philipp. cum intelligere se ostenderet, quot quantisque rebus inferiores essent quæ legerentur, illis orationibus quæ agerentur, auribusque acciperentur: destitutæ autem illis, quæ optimæ sunt, mediocres viderentur: inquit enim p. 87. C. Ἐπειδὰν γὰρ ὁ λόγος ἀποστερηθῇ τῆς τε δόξης τοῦ λέγοντος, καὶ τῆς φωνῆς, καὶ τῶν μεταβολῶν, τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις γιγνομένων. Hoc igitur munire viam facit, et aditum patefacere actioni. VICTOR.

12, 3. μεταβάλλειν.] Cum idem bis terve dicere cupis, verba

ita sunt varianda, ut aliud atque aliud dicere videaris; ita enim fiet ut in eadem sententia auditorem citra fastidium illius diutius retineas. Rhetores post Aristotelem παλιλογίαν, item ἐξεργασίαν et *expolitionem* appellarunt. SCHRADER.

12, 3. Ὅπερ ὥσπερ ὁδοποιεῖ] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Ricc. Major. omittunt ὥσπερ, quare uncinos adhibui. Eædem edd. mox pro οὗτός ἐστιν ὁ κλέψας legunt οὗτος δὲ ὁ κλέψας. BUHLE.

12, 3. Ὅπερ ὥσπερ ὁδοποιεῖ τῷ ὑποκρίνεσθαι.] Victorius ὥσπερ et τῷ dedit ex codice antiquiss. et prisco Intpr. In edd. vett. τὸ legitur et ὥσπερ omissum est. VATER.

12, 3. οὗτος—ἐπιχειρήσας] Effinxeritne hoc exemplum Aristoteles an ex oratore alio excerpserit incertum est. Merito vero illud commendat, habet enim non unum ornamentum ἐπιμονὴν, ἀναφορὰν, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον, ἀσύνδετον. SCHRADER.

12, 3. Φιλήμων ὁ ὑποκριτὴς] Cod. Vict. et vetus interpres Latinus: Φιλήμων ὁ ὑποκριτικός. Anaxandridæ fabula Γεροντομανία inscripta laudatur etiam ab Athenæo Dipnosoph. XIII, p. 570, E. ubi sermonem in ea habitum esse de Rhadamanthye et Palamede, ut inventoribus facetiarum, traditur. Leguntur ibidem ipsius poëtæ verba. Fragmentum correxit Toup. Emendatt. in Suidam I, pag. 134. ed. Lips. (205 Oxon.) Pro Ἀναξανδρίδου nonnullæ edd. male Ἀλεξανδρίδου. BUHLE. Victorium perperam intellexit Buhlius. Athenæi locus est XIV. p. 614. C.

12, 3. δοκὸν φέρων.] Μονοτονίαν, vulgare illud pronunciantium vitium, et statarium corporis in dicendo habitum, notare videtur. Quo gemino vitio qui laborant, similes videntur bajulo trabem gestanti. Ut enim hic corpore in nullam partem flexo, et non aliter ac si veru deglutivisset, incedit: ita illi vocis tenore uno et vultus, manuum, laterum, eadem ac perpetua specie utuntur. Quorum hoc oculos, illud aures offendit. SCHRADER.

12, 4. τὰ ἀσύνδετα ὡσαύτως.] Hujus rei exempla multa sumi possent ex orationibus Demosthenis ac Ciceronis. Cujusmodi est ex Orat. c. Androtion. p. 614. Ὁμοῦ μετοίκους, Ἀθηναίους, δέων, ἀπάγων, βοῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Julius quoque Rufinianus in libello, quem confecit de Figuris, exempla quædam posuit hujus schematis. VICTOR.

12, 4. ἓν ποιεῖ τὰ πολλά.] Videatur Harrisii *Hermes* p. 240.

12, 4. Δῆλον, ὅτι τοὐναντίον ἔσται τὸ ἓν πολλά. Ἔχει οὖν αὔξησιν] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. δῆλον, ὅτι ἔσται τὸ ἓν πολλά. τοὐναντίον οὖν ἔχει αὔξησιν. BUHLE.

12, 4. Δοκεῖ δὲ ὑπεριδεῖν, ὅσα εἶπον, ὅσα φημὶ] Aliter hæc leguntur in MStis Victorii, et quidem ita: πολλὰ δοκεῖ ὑπεριδεῖν, ὅσα εἶπον, omissis verbis, ὅσα φημὶ, quæ nec vetus interpres Latinus expressit. BUHLE.

12, 4. Ἱκέτευσα, πολλὰ, *hæc multa sunt.* Ita cum Victorio et Majorag. interpungendum est. Cave jungas *ἱκέτευσα πολλὰ*, *supplicavi multa*, ut alii vertunt haud accommodate ad ea, quæ præcesserunt. VATER.

12, 4. Καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ] Iliad. B, 671 :

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς, Ἀγλαΐης θ' υἱὸς, Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. BUHLE.

12, 4. Νιρεὺς] V. Wolfii Prolegom. p. XLIII. ed. nov.

12, 4. Πολλὰ εἴρηται] Cod. Victorii: πολλὰ λέγεται. BUHLE.

12, 5. Ἡ μὲν οὖν δημηγορικὴ λέξις] Ven. Cam. Morel. Sylb. Casaub. *εἰ μὲν οὖν δημ. λέξις.* Perperam. BUHLE.

12, 5. Ἡ μὲν οὖν.] Ita edd. Ald. Bas. libri scripti et priscus Intpr. Ex exemplo Veneto manavit lectio altera, *εἰ μὲν οὖν.* VATER.

12, 5. σκιαγραφία.] "Σκιαγραφία proprie est *adumbratio*, quæ fit circumscribendis lineis extremis umbræ, quam corpora in sole faciunt: cujus rei inventor fuisse traditur Apollodorus Atheniensis Olymp. 93. appellatus inde σκιαγράφος· v. Plin. H. N. 35, 9." FISCHER ad Platonis Phæd. c. 13. p. 288. Hunc Aristotelis locum bene confert Heindorfius cum Platonis Theæt. p. 208. E. Νῦν δῆτα, ὦ Θεαίτητε, παντάπασί γε ἔγωγε ἐπειδὴ ἐγγὺς ὥσπερ σκιαγραφήματος γέγονα τοῦ λεγομένου, ξυνίημι οὐδὲ σμικρόν· ἕως δὲ ἀφεστήκη πόῤῥωθεν, ἐφαίνετο τί μοι λέγεσθαι, i. e. *velut qui σκιαγράφημα e propinquo contemplatur, quod contemplandum est e longinquo.* Plura dabunt Heindorfius ad illum l. Wyttenbachius ad Phæd. p. 170. Astius ad Rep. II. p. 410. Vide etiam Eustath. Il. O. p. 1005, ult. Od. K. 1665, 32. Λ. p. 1672, 19, 24. 1702, 42.

12, 5. σκιαγραφία.] Rudior pictura umbras tantum repræsentat, exquisitior addit colores. SCHRADER.

12, 5. ὅσῳ πλείων.] Quæ subtiliter et curiose picta sunt, nec procul nec a multis simul spectari, nedum satis dijudicari possunt. Quæ vero crassius et numero ampliori sunt adumbrata, et longius, et a pluribus queunt conspici, animadvertique. Græcorum de Repub. deliberationes in civium concione instituebantur, ubi dictione ejusmodi utendum erat, quæ a multitudine intelligeretur. SCHRADER.

12, 5. Ὅσῳ γὰρ ἂν πλείων ᾖ ὁ ὄχλος, πορρώτερον ἡ θέα.] Cum Victorio plerique omnes sic vertunt, *quanto major fuerit turba eorum, quæ descripta sunt, tanto longinquius spectari possunt*, ut multa ea, quæ depicta sint ἐν τῇ σκιαγραφίᾳ, ὄχλος nominentur: quibuscum sentire nequeo. Nam hæc verba sunt argumentum, quo probetur, orationi deliberativæ accurata tractatione non esse opus. Sed ex protasi, *quo plura picta sunt in tabula quadam*, non consequitur, summis lineis ea descripta esse, et *longinquius spectari* oportere. Quid? Si eo minutius expressa sint? Alia igitur explicatione indi-

genus, ut, quam locus postulat, vim probandi hæc verba habeant. Antea quidem de amplificanda oratione exponebatur: sed hæc, quæ jam sequitur, de dictione deliberativi generis disputatio cum illis non ita nexa est, ut ὄχλου amplificatam orationem significare necesse sit. Contra verisimillimum est, ea, quæ locum nostrum excipiunt, *si coram uno judice res agitur, facilius perspici potest, quid caussæ proprium sit, quid non sit*, τῷ ὄχλῳ opponi. Ὄχλος est *magna auditorum corona*. Σκιαγραφία non solum de pictura umbratili, sed etiam de qualibet imagine dicitur. Quam quo plures auditores circumdant, eo minus singuli propius accedere possunt, altero alterum impediente, neque quisquam tam accurate picturam examinat, quam si solus adesset. Haud aliter in concione res est. Quæ quo frequentior est, eo longinquius stat auditorum pars maxima, et cum strepitus non desit, quæ dicuntur, omnia vix possunt diligenter expendi. Explicationem meam probant Schol. Gr. et Sturmius.—Φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις, h. e. in pictura et in oratione deliberativa. VATER.

12, 5. ἀμφοτέροις.] Tam in umbratili pictura multis ad spectandum proposita, quam in deliberatione cum civium congregata turba. SCHRADER.

12, 5. Ἡ ἐνὶ κριτῇ] Ven. Cam. et Major. εἰ ἐνὶ κριτῇ. Melius forsitan. BUHLE.

12, 5. ἐλάχιστον γὰρ] Pauci illi, qui judicio interesse solent, accuratius expendunt, quid dicatur, quam multitudo, nec licet coram uno aut paucissimis judicibus tam facile a caussa discedere. Cicero pro Deiotaro c. 2. *Moveor etiam loci ipsius insolentia, quod tantam caussam, quanta nulla unquam in disceptatione versata est, dico intra domesticos parietes, dico extra conventum, et eam frequentiam in qua oratorum studia niti solent.* SCHRADER.

12, 5. Λέξις γραφικωτάτη—ἔργον αὐτῆς] Ald. Bas. et Ricc. λέξις γραφικώτατον—ἔργον αὐτοῦ. BUHLE.

12, 6. Τὸ γὰρ ἡδεῖαν εἶναι] Cod. Victor. τὸ δὲ ἡδ. εἶναι. BUHLE.

12, 6. Τὸ γὰρ ἡδεῖαν εἶναι.] Priscus Intpr. et cod. Victorii, τὸ δέ. VATER.

12, 6. Οὐδὲ ἂν σύντομος. Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι τὸ μέσον ἁρμόττει] Sic recte e MSS. correxit Victorius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. οὐδὲ ἂν σύντομον. ἀλλὰ δηλόνοτι τὸ μέσον ἁρμόττειν. BUHLE.

12, 6. Καὶ ὁ ῥυθμὸς] Exciderunt verba hæc operarum incuria in ed. Lips. BUHLE.

12, 6. Περὶ τάξεως εἰπεῖν.] Quæ sequuntur in hoc libro, iis non de sola consecutione partium orationis, sed etiam de natura procœmii, narrationisve, quam in unoquoque genere habent, et de ipsa orationis conformatione præcipitur. Ita-

que ne mireris, hic passim inseri quædam, quæ ad dispositionem partium non pertinent, quorum tamen alibi aptus locus non esset: ut c. XIV. non solum locus, quo animus auditorum attendendus sit, sed etiam attendendi modus tractatur; c. XV. non modo de collocandis iis, quæ calumniæ aut adhibendæ aut destruendæ caussa disserantur, sed etiam de ejus fontibus agitur. Illa, quæ animos attenderent, procemio inprimis convenire alii docebant; hæc præsertim defensorem in procemio afferre oportebat. Itaque utrumque in loco de procemiis disputatur. VATER.

CAP. XIII.

13, 1. *ἀναγκαῖον.*] Probat hic Aristoteles unam indicatarum partium sine altera esse non posse, adeoque necessariam esse utramque. Principium quo utitur per se notum est, absurdum fore proponi rem tanquam confirmandam, nec tamen confirmari, aut operose quidquam confirmari, quod ante non sit propositum. SCHRADER.

13, 1. *Καὶ τότ' ἀποδεῖξαι*] Cod. Victor. et vetus interpres Latinus: *καὶ τοῦτ' ἀποδεῖξαι.* Nescio an melius. BUHLE.

13, 2. *πρόβλημα—ἀπόδειξις.*] Ut in aliis scientiis et artibus aliud est problema, aliud demonstratio, et utrumque quidem traditu necessarium: ita, in arte dicendi, et propositio, quæ problemati, et fides, quæ demonstrationi respondet, unice est necessaria. Posteriorem, eamque principem orationis partem Aristot. hic *πίστιν*, Cicero *fidem*, alii *confirmationem* appellant. SCHRADER.

13, 3. *νῦν δὲ διαιροῦσι.*] Plures, magnopereque inter se discrepantes, fuerunt opiniones veterum magistrorum de hac re: quod testatus etiam Cicero est de Or. II. *Ut eas item quatuor, quinque, sexve partes, vel etiam septem (quoniam aliter ab aliis digeruntur) in quas est ab his omnis oratio distributa:* nec ii tantum, qui ætate doctorem hunc nostrum antecesserunt, inter se dissensere, verum etiam qui consecuti sunt: nemo tamen paucioribus, quam ipse, contentus fuit: numerumve earum magis contraxit. VICTOR.

13, 3. *Νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως.*] Nisi exciderunt e textu, quas partes orationis esse dicerent rhetores Aristoteli ætate suppares, certe intelligendæ sunt, et quidem, ni fallor, hæ: *προοίμιον, διήγησις, ἀντιπαραβολή, ἐπίλογος.* Ne putes autem, hic eandem orationis partitionem significari, quæ postea §. 5. rhetoribus Theodorum secutis tribuitur et improbatur. Ista huc non pertinet: isti, ubicunque de caussa aliquid commemoraretur, hanc *διήγησιν* nominarunt; ubicunque refutaretur, *ἔλεγχον*; atque ita, præter ipsam caussæ narrationem, in procemio æque atque in peroratione, narrationem, ut singularem partem, posuere. VATER.

13, 3. Διήγησις—ἀντιπαραβολὴ—ἐπάνοδος.] Vide Ernesti Lex. Technol. in vv. Plato Phædr. p. 267. D. Τὸ δὲ δὴ τέλος τῶν λόγων ποινῇ πᾶσιν ἔοικε συνδεδογμένον εἶναι, ᾧ τινες μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα.

13, 3. οἷαν λέγουσιν.] Volebant illi quos Aristot. hic refellit, narrationi post procemium in omni oratione locum esse certum ac perpetuum, quod utut in judiciali genere obtineat, a demonstrativa sane abest. Interdum quidem nulla, interdum interrupta, et per totam orationem sparsa est narratio nec a fide diversa. Vid. Rhet. III. 16. Par ratio est et deliberativi generis. Consultatio enim omnis est de futuris, at narratio est præteritorum. Per se itaque neque hoc genus narrationem poscit. At tum ea requiritur, cum, ut de futuris rectius consultetur, referuntur præterita. Quod nec semper, nec in stato orationis loco fieri solet, et cum fit, confirmationis pars redditur. SCHRADER.

13, 3. πρὸς ἀντίδικον.] Erat Rhetorum, quos confutat, judicio, certa orationis pars et illa, πρὸς ἀντίδικον. At cum adversarius (ἀντίδικος,) in uno genere judiciali tantummodo sit perpetuus, in ceteris rarius occurrat, non potest hæc pro communi parte orationum venditari. SCHRADER.

13, 3. οὐχ ἧ συμβουλή.] Per accidens enim id fit, nec perpetuum est. SCHRADER.

13, 3. Ἀλλ' οὐχ, ἧ συμβουλὴ] Codd. quidam Victorii et Ald. Ven. Bas. et Ricc. ἀλλ' οὐχ ἡ συμβουλή. Nostrum defendit Victorius, et tuetur quoque margo ed. Venetæ. Georgius Trapezuntius: *verum* non ita *deliberatio*. BUHLE.

13, 3. Καὶ γὰρ ἡ κατηγορία, καὶ ἡ ἀπολογία πολλάκις, ἀλλ' οὐχ ἧ συμβουλὴ, quam textus rationem probare nequeo. Majoragius hæc ita reddit: *Siquidem etiam accusatio et defensio sæpe adhibetur, sed non, quatenus est deliberatio.* Aristoteles si hoc scripsisset, ad vocc. κατηγορία et ἀπολογία articulum vix adjecisset. Haud rectius, ut bis antea, tertio etiam ἡ συμβουλὴ pro ἧ scriberetur. Sic supplendum esset, ἀντιλογία ἐστίν: atque tunc neque πολλάκις aptum est, et quod huc maxime pertinebat, in genere deliberativo quoque accusari et defendi, id ipsum præteritur. Quare ter ἧ scripserim, hunc ad modum: *Et quidem, quatenus accusatur aut defenditur in genere deliberativo,* (πολλάκις προοίμιον καὶ ἀντιπαραβολὴ καὶ ἐπάνοδος γίγνεται,) *non quatenus datur consilium.* VATER.

13, 3. Συμβουλή· ἀλλ' ὁ ἐπίλογος. Ἔτι οὐδέ.] Sententia loci funditus evertitur prava hac interpunctione, quæ inde ab exemplo Sylburgii increbuit. Statim apparet, Ἀλλ' ὁ ἐπίλογος ἔτι οὔδε δικανικοῦ πάντος jungendum esse, *ne in judiciali quidem genere epilogus omnino adhibetur:* atque ita in Victorii et Majoragii Commentariis legitur. Ne sensus quidem est lectionis alterius. Ἔτι οὐδὲ Victorius restituit ex libris scriptis omnibus, cum in edd. vett. legeretur, ἔτι δὲ οὐδέ. VATER.

13, 3. Ἔτι οὐδὲ] Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. Major. ἔτι δὲ οὐδέ. BUHLE.

13, 3. μήκους ἀφαιρεῖσθαι.] E magna re et longa partem aliquam in usum segregem demere licet, e parva non item. Quare et prolixæ orationi particulam quandam in epilogum decerpi commodum est, e pusilla vero idem tentare ineptum foret. SCHRADER.

13, 3. Τοῦ μήκους ἀφαιρεῖσθαι. Ἀναγκαῖα ἄρα μόρια] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. τοῦ μήκους ἀφερουμένου (Spir. ἀφαιρουμένου) ἀναγκαῖα ἄρα μόρια. Emendavit Victorius e MSS. et vetere versione Latina. Receptam lectionem habet jam margo Ven. BUHLE.

13, 3. Ἀναγκαῖα ἄρα μόρια.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἀναγκαῖα εἶναι μόρια habent, et hæc jungunt cum antecedentibus, quæ ibi ita scribuntur: συμβαίνει γὰρ τοῦ μήκους ἀφαιρουμένου ἀναγκαῖα εἶναι μόρια. Malum hujus lectionis sensum esse, quisque intelligat; et favet alteri librorum scriptorum auctoritas, in quibus omnibus Victorius ἄρα positum invenit. VATER.

13, 4. Ἴδια μὲν οὖν ταῦτα.] De judicio Aristotelis, et omni denique hoc loco his verbis agit Quintilianus III. 9, 5. *Hoc quoque idem aliquatenus novat, quod proœmio non narrationem subjungit, sed propositionem.* Verum id facit quia propositio est genus, narratio species videtur; et hac non semper, illa semper et ubique credit opus esse. VICTOR.

13, 4. τὰ γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον.] Eodem loco Quintilianus, *Tamen neque iis assentior, qui detrahunt refutationem, tamquam probationi subjectam, ut Aristoteles: hæc enim est, quæ constituat; illa, quæ destruat.* Manifesto autem hic intelligitur, appellare Quintilianum τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον *refutationem.* Quod autem, cur ab ejus sententia discedat, rationem reddens, inquit, *Hæc enim est, quæ constituat, illa quæ destruat:* πίστιν ipse constituere confirmareque vult: τὰ πρὸς ἀντίδικον vero, *destruere et argumenta adversarii refellere.* Qua de causa cum diversa eorum munera sint, alteram alterius partem habendam non putat: falso tamen et imperite ita sensit, ut qui prorsus videatur nescisse, non minus quæ refellunt, quam quæ confirmant argumenta, probationes esse, ut Aristoteles, et in superiore libro, et aliis etiam locis declaravit. Rem autem ita se habere, si disserendi artem non didicerat, ex Partitionibus etiam Ciceronis potuit animadvertere: qui, cum filius dixisset, *Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent,* ait, *Ita est: quæ quidem in confirmationem, et in reprehensionem dividuntur. Nam in confirmando, nostra probare volumus; in reprehendendo, redarguere contraria.* VICTOR.

13, 4. τὰ γὰρ πρὸς τ. ἀ.] Intelligit *confutationem,* quæ et ipsa fidei pars est, etenim dum adversarii argumenta labefacimus, nostram caussam firmamus. Idem docetur infra c. 17. SCHRADER.

13, 4. Proœmium nec demonstrat, nec demonstrandi causa præmittitur, sed si quo referendum est, pertinebit ad propositionem. Proprium enim proœmii munus non discrepat a propositione. Vid. c. seq. SCHRADER.

13, 4. Ἀλλ' οὐ τὸ προοίμιον, in quo τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον afferuntur; οὐδ' ὁ ἐπίλογος, qui τὴν ἀντιπαραβολὴν fere continet et ἀναμιμνήσκει. VATER.

13, 5. Οἱ περὶ Θεόδωρον] Vid. Rhet. II, 23. BUHLE.

13, 5. Θεόδωρον.] Plato Phædr. p. 266. E. Προοίμιον μὲν, οἶμαι, πρῶτον ὡς δεῖ τοῦ λόγου λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ, ταῦτα λέγεις, ἦ γάρ, τὰ κομψὰ τῆς τέχνης;—Δεύτερον δὲ δὴ διήγησίν τινα μαρτυρίας τε ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα καὶ πίστωσιν οἶμαι καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν τὸν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα. Τὸν χρηστὸν λέγεις Θεόδωρον. Τί μήν; καὶ ἔλεγχον, καὶ ἐπεξέλεγχον κ. τ. λ. πάντα γὰρ ἀρχαί. Idem Legg. IV. p. 722. D.—λόγων πάντων καὶ ὅσων φωνὴ κεκοινώνηκε προοίμιά τε ἐστι, καὶ σχεδὸν οἵᾳ τινες ἀνακινήσεις, ἔχουσαι τινὰ ἔντεχνον ἐπιχείρησιν, χρήσιμον πρὸς τὸ μέλλον περαίνεσθαι. Καὶ δήπου κιθαρῳδικῆς ᾠδῆς λεγομένων νόμων καὶ πάσης μούσης προοίμια θαυμαστῶς ἐσπουδασμένα πρόκειται.

13, 5. Καὶ ἐπεξέλεγχος] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ ἐπέλεγχος. BUHLE.

13, 5. ἐπεξέλεγχος.] Ita libri scripti et Schol. Gr. Edd. vett. ἐπέλεγχος. VATER.

13, 5. Δεῖ δὲ εἶδος κ. τ. λ.] Axioma vocabulorum non necessariæ multiplicationi oppositum. Voces animi nostri conceptuum, conceptus rerum signa sunt, ut docet Aristoteles sub init. lib. π. ἑρμηνείας. Ubi ergo res diversa non est, nec signum diversum requiritur. SCHRADER.

13, 5. Εἶδός τι λέγοντα] Eædem edd. εἴδός τι λέγοντας. In sequentibus pro κενὸν nonnullæ edd. κοινόν. Perperam. BUHLE.

13, 5. Λικύμνιος.] Vide Heindorf. ad Platonis Phædr. p. 318.

13, 5. Ἐπούρωσιν.] Hæc lectio recepta est ex cod. Victorii. Ceteri libri scripti perperam ἐπέρουσιν habent; edd. Ald. Bas. ἐπέρωσιν, ed. Cam. ἐπέῤῥωσιν. Ἐπούρωσις a Majoragio vertitur, *irruptio*, probabiliter ad sententiam, quanquam de ejusmodi nominibus certi aliquid vix constat. Sed ἐπούρωσις neque ab ἐπόρω derivari, neque hoc significare potest. Quodsi hic est sensus loci: præstat lectio Scholiastæ Gr. ἐπόρουσιν, ab ἐποροῦω, ad quam plurimorum codd. scriptura proxime accedit. VATER.

CAP. XIV.

14, 1. Τὸ μὲν οὖν προαύλιον.] Plato in Phædro (Cratyl. p. 417. E.) in simili exponendo hoc nomen usurpavit. Καὶ γὰρ νῦν μοι ἔδοξε ὥσπερ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς νόμου προαύλιον στομαυλῆσαι. Cicero de Or. II. c. 80. cum ex Antonii persona de proœmiis disputans, inquit, *Connexum autem ita sit principium conse-*

quenti orationi, ut non tamquam citharœdi proœmium, affictum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur, προαύλιον, ut puto, expressit. VICTOR.

14, 1. προοιμίῳ.] Quintilian. IV. 1. *Quod* principium *Latine vel* exordium *dicitur, majore quadam ratione Græci videntur* προοίμιον *nominasse: quia a nostris initium modo significatur, illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam sive propterea quod* οἶμη cantus *est, et citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimum certamen inchoënt, emerendi favoris gratia canunt,* proœmium *cognominaverunt: oratores quoque ea, quæ, priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi judicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt: sive, quod* οἶμον *iidem Græci* viam *appellant, id, quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum: certe* proœmium *est, quod apud judicem dici, priusquam causam cognoverit, prosit.*

14, 1. Ὅ, τι ἂν εὖ ἔχωσιν] Restituit εὖ e Cod. antiq. et vetere versione Latina Victorius; nam abest illud ab edd. Victoriana antiquioribus. BUHLE.

14, 1. Τοῦτο προαυλίσαντες.] Ita edd. Bas. Isingr. Cam. Sed edd., apud quas major est auctoritas, ut Ald. et Victorii, itemque Sylburg. προαυλήσαντες habent, cui etiam analogia vocum similium favet. VATER.

14, 1. ἐνδοσίμῳ.] "Ἐνδόσιμον usurpatur pro *modulationis ex-*" *ordio,* quo præcentor sive chori præfectus cantandi reliquis " auspicium facit. Hesychius: Ἐνδόσιμον, τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς κι-" θάρισμα." Hæc et alia plura habet Gatakerus ad Marc. Antonin. XI. 20. p. 336.

14, 1. Ὅπερ πάντες ποιοῦσι παράδειγμα—προοίμιον.] Hæc ab Interpretibus plerisque omnibus junguntur: *cujus rei omnes exemplum sibi assumunt proœmium Isocratis.* Quæ dura est verborum constructio. Equidem mallem interpungere post voc. ποιοῦσι, ὅπερ πάντες ποιοῦσι· παράδειγμα κ. τ. λ. ita ut παράδειγμα casu primo accipiatur; *id quod omnes faciunt: ut Isocrates etc.* Sturmius mecum sentit. VATER.

14, 1. Ἰσοκράτους Ἑλένης.] Totum hunc locum breviter exprimit Quintilianus III. 8, 8. *In demonstrativis vero proœmia esse maxime libera existimat. Nam et longe a materia duci hoc, ut in Helenæ laude Isocrates fecerit: et ex aliqua rei vicinia, ut idem in Panegyrico, cum queritur* plus honoris corporum, quam animorum virtutibus dari: *et Gorgias in Olympico, laudans eos, qui primi tales instituerunt conventus.* VICTOR.

14, 1. Οἰκεῖον ὑπάρχει] Isingr. οἰκεῖον ὑπάρχειν. BUHLE.

14, 1. ἐκτοπίσῃ.] Ἐκτοπίζειν valet hic deserere locum ac materiam, quam tibi proposueris, et in aliam quasi regionem mi-

grare. Eodem verbo utitur Aristot. de N. A. VIII. 12. ubi de Avibus, quæ sedes mutant, loquitur. VICTOR.

14, 2. Γοργίας.] v. Wyttenbach. ad Plutarch. II. 144. B.

14, 2. Ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ] Correxit Victorius ita. Aliæ edd. Ὀλυμπιακῷ. Cf. cum hac §. Arist. Problem. Sect. XXX. BUHLE.

14, 2. Ἰσοκράτης δὲ ψέγει.] Non initium Panegyrici affert, sed relicto illo, consilium Isocratis aperit, ac quid illic agat, exponit. Hinc autem perspici potest, (quod veteres scriptores tradiderunt) quam libenter omnibus in rebus Aristoteles Isocrati adversatus sit: cum enim principio Panegyrici ille accusasset eo nomine majores, Aristoteles Probl. XXX. ostendit antiquos hoc summo consilio fecisse, et ejus rei acutissimas causas attulit, quibus planum facit, nec potuisse ipsos hoc, nec debuisse, ullo modo instituere: laudatque denique judicium ipsorum, quod Isocrates vituperat. VICTOR.

14, 3. Ἢ τοὺς τοιούτους] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. οὐ τοὺς τοιούτους. Sic etiam Georgius Trapezuntius. At Cod. antiq. et vetus interpres Latinus nostrum habent. BUHLE.

14, 3. Ὄντες ἄδηλοι] Itidem ex emendatione Victorii. Ald. Ven. (quæ tamen in margine nostrum offert) Bas. 1. 2. Frob. Cam. Spir. Major. ὄντες ἀλλήλοις. Isingr. ὄντες λανθάνουσι. BUHLE.

14, 3. ὥσπερ Ἀλέξανδρος.] Non insulse suspicaretur aliquis hoc sumptum esse ex oratione, quæ Parim ornabat, et *Alexander* inscripta erat, cujus in II. 23. horum librorum mentionem fecit. VICTOR.

14, 3. Οὗτος γὰρ συμβουλεύει.] Schol. Gr. ita habet: Γράφεται δὲ οὕτως διὰ ω μεγάλου. Melius forsan. Certe συμβουλεύει non ad Alexandrum, sed ad Isocratem referendum est, idque manifestius est, si οὕτως scripseris. VATER.

14, 4. Περὶ παραδόξου λόγος Victorius ex libris scriptis recte restituit. Edd. Ald. Bas. Cam. περὶ παραδόξου λόγου habent. VATER.

14, 4. Χοιρίλος.] Chœrili versus, quos respicit Aristoteles, loco non suo apposuit Schol. MS. Laud. p. 114. Ὄπισθεν πρὸ δύο ἴσως τετραδίων, περὶ ἐπιδεικτικῶν προοιμίου λέγων, ἐμνήσθη ὁ Ἀριστοτέλης ἔπους τοῦ Χοιρίλλου· (sic) ἡ δὲ ὑπόθεσις τούτου τοιάδε· δάκνεται ἐπὶ τοῖς ποιητικοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀκμάζουσιν ὡς ἔοικεν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ, καὶ οὕτω χαλεπαίνων ἀποφθέγγεται ταῦτα τὰ ἔπη·

Ἅ μάκαρ, ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῆς,
Μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λείμων·
Νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι,
Ὕστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ', οὐδέ πη ἐστὶ
Πάντη παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

Καὶ τὰ ἑξῆς. Αἰτιᾶται αὖ τὴν σύγχυσιν τῶν ποιητῶν, καὶ ἀποδύρεται διὰ τὴν ποιητικὴν κοινωθεῖσαν καὶ συγχυθεῖσαν καὶ ὡσανεὶ μοιρασθεῖσαν παρὰ συγκλύδων καὶ ἀγελαίων καὶ βωμολόχων ἀνδρῶν, οἷον ὡς ἔοικεν ἐθρασύνοντο κατὰ τοῦ ἀνδρός. Sic MS. iste, nisi quod v. 1. habet ἐκεῖνον, et v. 5. πελάσαι. Omnia fere, quæ sine MS. ope dici possent, dixit de hoc fragmento Nækius Dissert. de Chœrilo p. 104. et seqq.

14, 4. Λόγων προοίμια] Sic habent omnes libri MSti. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. λεγόμενα προοίμια. Minus bene. BUHLE.

14, 4. Δεῖ δὲ ἢ ξένα,—τὰ ἐνδόσιμα (ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς)] Hoc enuntiato transitur ad procœmia orationum judicialium, in quibus oportet auditores exordio moneri de statu caussæ. Hoc igitur in genere caussæ propria explicantur, ceterorum in procœmiis sæpe alia quædam. Cum vero τὰ ἐνδόσιμα §. 1. significarent ea, quibus musici, cum prælusissent, jam transeant ad ipsum cantum: hic universa exordia hoc nomine declarantur. VATER.

14, 5. Τοῦ δικανικοῦ προοίμια] Cam. προοιμίου. Vitiose. BUHLE.

14, 5. Διὰ σὲ καὶ τεὰ δῶρα, εἴτε σκύλα] Exemplum hoc e lyrici poëtæ carmine hodie deperdito petitum est. Ut in textu legitur, habent quoque omnes Codd. MSti, vetus versio Latina, et Ald. et Bas. Georgius Trapezuntius: *Propter te, atque munera tua, immo prædas.* Ven. Cam. et Spir. legunt: οἷον, ἦλθεν εἰς σὲ, διὰ σὲ καὶ τεὰ δῶρα, καὶ εὐεργέτήματα, καὶ τὰ σκύλα, ὦ θεὲ Διόνυσε, Major. cum nostra lectione conspirat, præterquam quod pro εἴτε σκύλα agnoscit καὶ τὰ σκύλα. BUHLE.

14, 6. Ἐν δὲ τοῖς λόγοις] Græcus Schol. et vetus interpres Latinus: ἐν δὲ τοῖς προλόγοις. BUHLE.

14, 6. Περὶ οὗ ἦ ὁ λόγος, καὶ μὴ κρέμηται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. περὶ οὗ ἦν ὁ λόγος, καὶ μὴ κρέμαται. Spir. κρέμηται· in ceteris cum illis convenit. BUHLE.

14, 6. Ἥγεο μοι λόγον ἄλλον] Videtur initium carminis Chœrili de bellis Græcorum cum Persis esse, ut jam odoratus est Wolfius, sagacissimi ingenii Criticus, in Schellenberg. Reliq. Antimachi Coloph. pag. 39. BUHLE.

14, 6. Ἥγεο μοι.] Hunc v. et seq. post alios Chœrilo tribuit Nækius l. c. p. 3. et seqq. qui monet v. 2. MS. Dresdens. exhibere ἐπ' Εὐράπην.

14, 6. Ἥγεό μοι λόγον ἄλλον—μέγας.] Felicissime Wolfius conjecit, hoc initium esse carminis Chœrili de bello Græcorum cum Persis. Cf. Schellenbergii l. l. p. 39. VATER.

14, 6. Ἐμοὶ πατὴρ ἦν Πόλυβος] Versus est ex Sophoclis Œdipo tyranno, sed non ex prologo; nam occurrit demum in tertio tragœdiæ actu. Recte igitur monet Schraderus, in

nostris Sophoclis Codd. aut trajecta istuc esse verba, aut memoriam fefellisse Aristotelem, aut in alia quadam Sophoclis fabula ita olim lectum fuisse, quæ ad nos non pervenerit. Pro Πόλυβος nonnullæ edd. male habent Πολύβιος. BUHLE.

14, 6. Ἐμοὶ πατὴρ ἦν Πόλυβος.] In Œdipo tyranno Sophoclis v. 774. hæc leguntur. Twiningius l. c. p. 220. suspicatus est, ea delenda esse, cum expectandum sit, Aristotelem Sophoclis consuetudinem universe potius, ut paullo ante Euripidis, descripsisse, quam ut uno exemplo eam significaret. Cujus argumenti pondus non magnum est. Nam etiam alias universi aliquid, ut §. 5. dithyrambicorum mos, uno exemplo declaratur. Multo graviori de caussa Victorio certe hic iambus suspectus fuit, quia non in prologo fabulæ legatur. Schraderus dicit in tertio actu (sic item Victor.) eum inveniri, cujus tamen mensuræ ratio ad tragicos Græcos non pertinet. Sophoclis prologi ipsarum fabularum partes sunt: itaque latius patent, nec nisi ex ipso Aristotele intelligere poteris, quæ ejus de prologi fine sententia fuerit. Accommodate ad Poët. c. 12. hac in fabula versu 150, post quem chorus statim incipit, prologi finis constituitur. Ut exemplum igitur, quo fabulæ argumentum prologo declaretur, hic iambus prolatus esse non poterit. Aristotelem ejusmodi in re memoria lapsum esse, vix dixerim. Scholio hæc verba deberi videntur hominis significaturi, quomodo hac tragœdia argumentum sensim explicetur. Utrum vero alius iambi ex prologo hujus vel alius tragœdiæ laudati in locum substitutus, an ultro intrusus sit, definire non audeo. Illud mallem, cum his in Rhetoricis ejusmodi loci scriptorum veterum temporis injuria et librariorum inscitia, ut opinor, potius absumpti videri debeant, quam inculcati. In Schol. Gr. hujus iambi loco primus versus Ajacis Mastig. Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε, reperitur. VATER.

14, 6. Τί ἐστι τὸ τέλος] Abest τί ἐστι ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. BUHLE.

14, 6. μικρὸν τὸ πρᾶγμα.] Cicero quoque idem præcepit De Or. II. 79. *Itaque in parvis atque frequentibus causis ab ipsa re est exordiri sæpe commodius.* Hoc nonnunquam commisisse Lysiam in vita ipsius narrat Halicarnasseus, ut ἐκπεσοιμάστως; scil. et abrupte inciperet, ac narratione uteretur principio suæ orationis: et vero hoc ille facere potuit, qui tenues ac minutas in primis causas agebat. VICTOR.

14, 7. ἰατρεύματα.] Quibus animi auditorum si forte alieni, aut parum attenti, nec satis dociles sint, sanari, h. e. excitari, conciliari, et, ut intelligenter audiant, adduci possint. Sunt enim affectus velut quidam animi morbi quibus oratio mederi potest. SCHRADER. Vide Ernesti Lex. Techn. in v. De seqq. vide Spalding. ad Quintil. IV. 1, 6.

14, 7. κοινά.] Non judicialis tantum generis, sed et omnium aliarum orationum, exordiis, quin etiam ceteris orationum partibus convenientia, etenim et extra procœmium dicere licet, quod animos reddere attentos, dociles, et nobis adjungere possit. SCHRADER.

14, 7. ἐκ τοῦ λέγοντος.] Quatuor locos procœmiorum recenset, quorum aliquos infra c. 17. repetit. Omnes illos in Milonianæ exordio adhiberi monstrat Vossius Inst. Orat. III. ii. 8. p. 345. SCHRADER.

14, 7. Περὶ αὑτοῦ μὲν—περὶ διαβολὴν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. μέντοι — διαβολῆς. Ed. Spir. quoque agnoscit μέντοι. Nostrum exhibuit Victorius e Codd. MStis. BUHLE.

14, 7. τὸν μὲν γὰρ ἀπολογούμενον.] Hoc servare Ciceronem in Milon. notum est: idem etiam, cum ad id se accingeret, suas esse partes hoc accurate facere significavit. *Sed antequam ad eam orationem venio, quæ est propria nostræ quæstionis, videntur ea esse refutanda, quæ in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæpe jactata sunt.* VICTOR.

14, 7. Διαβλητέον] Isingr. διαβολητέον. Perperam. BUHLE.

14, 7. Ἵνα μνημονεύσωσι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἵνα μνημονεύωσι. BUHLE.

14, 7. Ἐκ τοῦ εὔνουν ποιῆσαι] Eædem edd. ἔκ τε τοῦ εὔν. π. BUHLE.

14, 7. Καὶ ἐκ τοῦ ὀργίσαι.] Edd. Ald. Bas. Cam. ἐκ omittunt. VATER.

14, 7. οὐ γὰρ ἀεὶ συμφέρει.] Vide Quintilianum contra hæc disputantem cum animadversionibus Gesneri et Spaldingii IV. i. 37.

14, 7. πολλοὶ εἰς γέλωτα.] Aristoph. Vesp. 564. Οἱ δὲ λέγουσιν μύθους ἡμῖν, οἱ δ' Αἰσώπου τὶ γελοῖον· Οἱ δὲ σκώπτουσ', ἵν' ἐγὼ γελάσω, καὶ τὸν θυμὸν κατάθωμαι.

14, 7. ἅπαντα ἀνάξει.] Omnia dicit eam vim habere ut ad docilitatem deducant, intelligens cuncta quæ recte in principiis orationum usurpantur: quibus addidit, hujuscemodi de se opinionem excitare, ut probus videare vir, quia tales in primis attente audiuntur. Valde vero conjunctam esse attentionem docilitati, planum est. Id autem Cicero de Invent. I. 16. testatus est his verbis: *Et cum docilem facere velis, simul attentum facias oportet: nam is maxime docilis est, qui attentissime est paratus audire.* VICTOR.

14, 7. προσεκτικοί.] Cicero Partit. Orat. c. 8. *Ut attente audiamur, trium rerum aliqua consequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut conjuncta cum ipsis, apud quos res agetur.* SCHRADER.

14, 8. ἔξω τοῦ λόγου.] Hæc supra Lib. I. c. 1. τὰ ἔξω τοῦ πράγματος nominavit, ubi Rhetoras, quod his docendis potissi-

mum occupati essent, reprehendit. Cur autem de talibus nunc et ipse præcipiat, ne sui oblitus esse videatur, caussam affert, nempe quod auditores vere sint depravati. Quo verbo non malitiam horum ullam, sed imperitiam potius, et indolem, ad blanda et quæ extra rem sunt lubentius audienda propendentem, intelligit. SCHRADER.

14, 8. ἂν μὴ τοιοῦτος ᾖ.] Quintilian. IV. 1, 72. *Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos judices negat.* Et XII. 10, 52. *Quod si mihi des concilium judicum sapientum, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modo, sed etiam ejus, qui est strictior multo, Demosthenis. Neque enim affectus omnino movendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiam procœmia supervacua esse apud tales Aristoteles existimet: non enim trahentur his illi sapientes: proprie et significanter rem indicare, probatione colligere, satis est.* VICTOR.

14, 9. Τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν] Ibidem: τὸ προσεκτικὸν π. BUHLE.

14, 9. πανταχοῦ.] Huc respicit Cicero de Orat. II. 79. *Nam et attentum monent Græci, ut principio faciamus judicem et docilem: quæ sunt utilia, sed non principii magis propria quam reliquarum partium: faciliora etiam in principiis, quod et attenti tum maxime sunt, cum omnia expectant* &c. VICTOR.

14, 9. Πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι] Ald. Ven. Bas. 1. 2. Frob. Cam. Ricc. πανταχοῦ γὰρ ἀνιάσει. Isingr. ἀνιάσουσι. Non bene. Nostrum tuetur etiam margo ed. Ven. BUHLE.

14, 9. Πανταχοῦ γὰρ] Ut potestas particulæ γὰρ intelligatur, ante hæc verba supplendum est: Itaque attendere auditorum animos procœmii proprium non est; *nam nusquam minus, quam initio orationis, languent.* VATER.

14, 9. Οὐδὲν γὰρ] Eædem edd. οὐδὲ γὰρ. BUHLE.

14, 9. Πρόδικος.] Plato Cratyl. p. 384. B. Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι ὡς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν. Vide Quintilian. IV. 1, 73. Suid. in Πρόδικος.

14, 9. Ὅτε νυστάζοιεν] Ald. Ven. Bas. Ricc. ὅτε νυστάζειεν. Isingr. νυστάξειαν. BUHLE.

14, 10. οὐχ ἥπερ ὁ ἀκροατής.] *Non quatenus auditor est,* sed quatenus vel adversario nostro favet, vel metuitur, vel amat audire aliena, vel corruptus est. Quæ enim auditori, quatenus auditor est, conveniunt, conveniunt omni auditori, ad omnem autem auditorem procœmium necessarium non esse, supra jam tum docuit. SCHRADER.

14, 10. Ἄναξ, ἐρῶ μὲν, οὐχ ὅπως σπουδῆς ὕπο] Est senarius ex Antigone Sophoclis vs. 223, dictus ab eo, qui Polynicem

contra regis edictum sepultum esse, Creonti nuntiabat. Apud Sophoclem pro σπουδῆς legitur τάχους· verum Schol. agnoscit σπουδῆς. BUHLE.

14, 10. Τί φροιμιάζῃ] Sic Thoas rex Iphigeniam, longo exordio utentem, interpellat ap. Eurip. Iphig. in Taur. vs. 1162. BUHLE.

14, 10. Καὶ οἱ πονηρὸν τὸ πρᾶγμα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. post πονηρὸν insertum habent δέ. BUHLE.

14, 10. τὰ κύκλῳ.] Ambages loquuntur, et quæ rem potius undique circumstant, quam rem ipsam: quod autem addidit, καὶ προοιμιάζονται, valet, principia sermoni suo accurata affigunt, et in excusandis se ipsis magnam partem orationis consumunt. Vim hujus verbi expressit Virgilius Georgic. II. 45. *Non hic te carmine ficto, Atque per ambages, et longa exorsa tenebo.* VICTOR.

14, 11. Ἐπεὶ δὲ εὖ λέγεται] Homer. Odyss. H. 327. BUHLE.

14, 11. Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς — ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις.] Suspecta hæc possent videri, quia Aristoteles de proœmiis epidictici generis statim primo loco explicavit; hic vero cum a judiciali ad deliberativum transiisset, rursus de epidicticis orationibus quædam interjiciat. Possis etiam dicto Socratico offendi, quod jam L. I. 9, 30. laudatum est. Sed Aristoteles cum hic inde a §. 9. de animis auditorum advertendis dicat, non de solo judiciali genere locutus videtur. Quapropter ab hac disputatione ad epidicticum genus revertentem cave magni erroris et neglecti accuses ordinis, quem Aristoteles diligenter servare solet. Accessit, quod, enuntiato postremo, quo utile esse præcipitur, auditores ad benevolentiam et misericordiam movere, materia præbebatur scriptori, ut adderet, *in epidicticis orationibus hoc effici maxime eo, si auditores se ipsos simul laudari putent.* VATER.

14, 11. τὰ δὲ τοῦ δημηγορικοῦ.] Vide Spalding. Quintil. III. 8, 8.

14, 11. Ἐκ τῶν τοῦ δικανικοῦ λόγου] Sic habent Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἐκ τῶν τοῦ δικανικοῦ λόγων. BUHLE.

14, 11. καὶ οὐδὲν δεῖται.] Quintil. III. 8, 8. *Aristoteles quidem, nec sine caussa, putat, et a nostra, et ab ejus, qui dissentiet, persona duci frequenter in consiliis exordium; quasi mutuantibus hoc nobis a judiciali genere: non numquam etiam, ut minor res, majorve videatur:* quod enim ait, "a nostra, et ab ejus, qui dissentiet, persona," manifesto hæc verba vertit: ἀλλ' ἢ δι' αὑτὸν, ἢ τοὺς ἀντιλέγοντας. Nam quod ad posterius verbum pertinet, ita quoque supra Aristoteles locutus est, cum, contra rhetoras sui temporis disserens, quando egerent proœmiis deliberationes indicavit, ὅταν ἀντιλογία ᾖ. VICTOR.

14, 11. Ἀλλ' ἢ δι' αὐτόν.] Edd. Ald. Bas. ἀλλὰ δι' αὐτόν. VATER.

14, 11. τοιοῦτον τὸ Γοργίου.] Τοιοῦτον intelligo, αὐτοκάβδαλον et inconditum, et quod prima sui parte speciem nullam dignitatemve retineret. VICTOR.

14, 11. Οὐδὲν γὰρ προεξαγκωνίσας] Ven. Bas. Cam. Isingr. Spir. Major. οὐδὲν γὰρ προεξαγωνίσας. Perperam. BUHLE.

14, 11. προεξαγκωνίσας—προαναχινήσας.] Ἐξαγκωνίζειν significat brachiorum partem, quam ἀγκῶνα vocant, extendere: atque ita, quasi vinctam illigatamque illam expedire, atque omnem inde torporem ejicere: ἀναχινῆσαι vero, brachia manusque commovere ac concutere; quo etiam crebro motu illa calidiora et agiliora redderentur. Plato Legg. IV. p. 722. D. hoc ipso verbo usus est. VICTOR. Vide supra 13, 5.

14, 11. προεξαγκωνίσας.] Προεξαγκωνίζειν proprie *brachia extendere, tollere*, haud dubie ex athletarum disciplina verbo translato, qui brachiis sublatis et vibratis pugnæ proludunt. Vid. Spanhem. ad Callim. H. Del. 322. Hinc ab Aristotele ad oratorem traductum, qui procœmio quodam utitur, priusquam ad rem ipsam deveniat. ERNESTI Lex. Techn. quem et v. in Προαναχινεῖν.

CAP. XV.

15, 1. ἓν μὲν] Primus hic est objectum crimen diluendi locus, isque generalis, omnia ea complectens quæ aliorum malæ de nobis opinioni faciunt evellendæ. Quo enim modo alteri male de nobis sentienti occurrimus, eodem et de nobis male loquenti resistere possumus. Mala de nobis existimatio interdum e dictis atque factis nostris, interdum ex alterius criminatione in animis hominum excitatur. Si prius contingat, innocentiam nostram demonstrare, dicta nostra ac facta purgare, et, ut benigne sentiant, obsecrare prodest. Eadem ergo conari debemus, si non tam dicta ac facta nostra, quam adversarii calumniæ pravam de nobis opinionem animis judicum inseverint. SCHRADER.

15, 2. ἄλλος τρόπος] Secundus modus diluendi crimen est statum controversiæ recte attendere, nec in alienis, sed in iis, quæ in quæstione sunt, versari, et ad hæc adversarium revocare. Controversiæ autem status ab Aristot. enumerantur Lib. I. 13. et III. 16. 17. De quibus fusius agit Hermogenes Lib. *de Statibus*. SCHRADER.

15, 2. Ἄλλος τρόπος] Eædem edd. τόπος, solemni permutatione. Nostrum tuentur Codd. MSti. Sic et infra. BUHLE.

15, 2. Ἄλλος τρόπος] Schol. Gr. et edd. vett. τόπος. Illud est ex cod. Victorii et prisco Intpr.—Οὐ τούτῳ præter testes

optimos etiam Schol. Gr. habet. Edd. vett. οὐ τοῦτο legunt, quod ne aptum quidem est. VATER.

15, 2. Ἢ οὐ τούτῳ] Ex emendatione Victorii, Codd. MStos et veterem versionem Latinam secuti. Habet idem margo Venet. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἢ οὐ τοῦτο. Minus bene; nam sequitur ἢ ὡς οὐ τηλικοῦτον. BUHLE.

15, 2. οὐ τούτῳ.] Vide Spalding. ad Quintil. III. 6, 60.

15, 2. Περὶ γὰρ τοιούτων] Eædem edd. περὶ γὰρ τούτων. BUHLE.

15, 2. Πρὸς Ναυσικράτην] De *Nausicrate* s. *Naucrate*, Erythræo, Isocratis discipulo, v. Ruhnken. l. l. p. 160. Taylor. Lect. Lysiac. cap. III. BUHLE.

15, 2. Ναυσικράτην.] Nausicratis mentionem fecit Plutarchus Cimon. in fine. Ita quoque Ciceronem causam T. Milonis defendisse notum est: *Illud jam in judicium venit, non occisusne sit, quod fatemur, sed jure an injuria.* VICTOR.

15, 3. Εἰ, ὅπως τοῦτο γένηται, ἐποίουν] Num legendum ἐποίει; BUHLE.

15, 3. Εἰ, ὅπως τοῦτο γένηται, ἐποίουν.] Ἐποίουν suspectum fuit editori novissimo, qui ἐποίει conjecit. At illud recte habet: est prima persona. Jam antea defensor inducebatur, ut diceret, συνέβη δὲ βλαβῆναι: nunc pergit, *odio dignus essem, si consulto fecissem.* VATER.

15, 4. Εἰ ἐμπεριείληπται.] Hic modus recriminationem continet. Nam si poterit orator ostendere adversarium in ea culpa esse, quam in alio reprehendit, vel antea fuisse, facile criminationem ejus eludet, aut si non potest ipsum affinem esse culpæ demonstrare, idem fere valebit, si aliquem ex ejus propinquis esse ostendat. Hac ratione sic utitur Cicero pro Q. Ligario: *Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum; sed tamen ita confitentem se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.* Hinc totum exordium quintæ actionis in Verrem duxit Cicero, ut ostendat neminem debere alterum accusare de ea re, qua ipse sit infectus. *Legem enim* (inquit) *sibi ipsi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.* MAJORAG. Locum Ciceronis ex Or. pro Ligario excitat etiam Schraderus, et mox adjungit c. 3. *Sed hoc quæro quis putet fuisse crimen, esse in Africa Ligarium? Nempe is, qui et ipse in eadem Africa esse voluit.*

15, 5. Εἰ ἐμπεριλαμβάνονται] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. εἰ ἄλλοι ἐμπ. Georgius Trapezuntius: *si* alii *quoque comprehenduntur.* BUHLE.

15, 5. Οἷον, εἰ ὅτι καθαρὸς ὁ μοιχός.] Majoragius vertit: *ut, si adulter est scelere purus, ergo etiam hic atque ille;* quam

sententiam accuratius hoc modo expressisset: *ut si, quia certus adulter (is, qui adulterium commisisse videbatur,) scelere purus est, (dixeris,) etiam hunc atque illum (purum esse).* Ita tamen intellectum hoc exemplum non omnino quadrat ad ea, quæ antecedebant: *si comprehenduntur, quos adversarii fatentur criminationi non esse obnoxios;* certe, ut quadret, valde torqueatur necesse est. Itaque præstat hæc vocis καθαρὸς explicatio: *ut si, quia adulter munditiei et elegantiæ studiosus est,* (qua de caussa cliens tuus insimulatur,) *inde consequitur, hunc vel illum quoque* (quem innocentem esse confitentur,) *esse adulterum.* Ne εἰ et μοιχὸς jungi possint hunc ad modum: εἰ, ὅτι καθαρὸς, ὁ μοιχὸς, ut ὁ μοιχὸς prædicatum sit; articulus obest, qui prædicato non convenit. Nisi ὁ μοιχὸς significet *istum,* (de quo quæritur,) *adulterum: ut si, quia elegantiæ studet, iste adulter esse dicitur: ergo,* (inquies,) *etiam hic vel ille* (adulter est); aut nisi articulum deleas cum Riccobon. qui haud inepte conjecit, scribendum esse, οἷον εἰ, ὅτι καθάριος, μοιχός. Καθάριος L. II. 4, 15. 24, 7. legebatur. VATER.

15, 5. Καὶ ὁ δεῖνα ἄρα] Abest hoc commation a nonnullis MStis, et a versionibus cum veteris interpretis, tum Georgii Trapezuntii. BUHLE.

15, 6. Εἰ ἄλλους διέβαλεν] Plures edd. διέβαλλεν. Minus apte. BUHLE.

15, 6. Ἢ ἄλλος αὐτόν.] Edd. Ald. Bas. Victorii, ἢ ἄλλος αὐτούς. Aristoteles quid scripserit, non definio: hoc tamen mallem. Propositiones, εἰ ἄλλους—, ἢ ἄλλος—, ἢ ἄνευ—pendent ab eodem enuntiato, οἱ περήνασιν οὐκ ἔνοχοι. Itaque etiam ii, qui culpantur, iidem videntur esse, id quod lectione αὐτοὺς expressum est. Αὐτοὺς significat, *eosdem illos: Si alii quidam ab ipso accusatore, aut ab alio quopiam criminis insimulati sunt, aut sine criminatione in suspicionem venere, qui tamen innocentes reperiebantur.* Hanc ob caussam altera lectio, cui Schol. Gr. favet, minus apta est, et vox αὐτὸν constructionem interrumpit. VATER.

15, 7. Ἐκ τοῦ ἀντιδιαβάλλειν] Sic elegantius Cod. antiquissimus Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. ἐκ τοῦ ἐναντίου διαβάλλειν. BUHLE.

15, 7. Ἐκ τοῦ ἀντιδιαβάλλειν.] Hoc loco egregie usus est Virgilius in Palæmone: jacto enim in ipsum maledicto, Damœtas inquit, *Parcius ista viris tamen objicienda memento; Novimus et qui te.* Quam rationem arripiens quoque statim Menalcas, expressius ea usus est. *Tum credo, cum me arbustum videre Myconis, Atque mala vites incidere falce novellas.* VICTOR.

15, 8. εἰ γέγονε κρίσις.] Si judicium de ea re factum est: quæ enim semel judicata sunt, non debent iterum in judicium vocari. A multis autem exagitabatur Euripides, quod tam sceleratam sententiam in fabula sua posuisset, ut Aristoph.

Ran. vv. 102. 1519. Vide Cicero Offic. III. 29. Quæ actio foret ἀντίδοσις copiose declaravit Budæus Comm. L. G. p. 91. Hygiænon vero manifesto hic viri nomen est: testimonium quoque Hyperidis ex Or. c. Hygiænontem citat Harpocrat. ubi explicat notionem verbi θέσθαι, nisi forte illic quoque Εὐριπίδης legi debet. VICTOR.

15, 8. Ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβὴς] Nefariam sententiam, hæc verba in textu sequentem, protulit Euripides in Hippolyto vs. 612. Conjicit Valckenærius ad h. v. p. 232, pro Ὑγιαίνοντα scribendum esse Ὑγιαίνετον. Τῇ Ἀντιδόσει significatur oratio *de bonorum permutatione*. Suidas v. ἀντίδοσις. Cf. laudd. Valckenærio H. Vales. in Maussaci Dissertatt. pag. 204, et Ezech. Spanhem. in Aristoph. Ran. vs. 102 et 797. Monuit idem Vales. in Menagianis T. I, pag. 148, confusa esse de hoc Euripidis versu Aristoteli dicta cum iis, quæ de Euripidis Ixione Plutarchus tradidit T. II, pag. 19, E. Ut ἀσεβὴς mutes in ἀσεβῆ, non est necesse. BUHLE.

15, 8. Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα—ὡς ἀσεβής.] Relatu dignissima erat eximii Valckenarii ad Eurip. Hippol. p. 232. conjectura, Ὑγιαίνετον. Quam ut probabilem facit Græcorum nominum analogia, ita certa est correctio ejusdem, ὡς ἀσεβῆ. Nam pertinent hæc ad κατηγοροῦντα sc. αὐτόν; non ad nominativum nominis. WOLF. κατηγορεῖν cum secundo, non cum quarto casu construitur.

15, 8. Ἀντιδόσει.] De Antidosi vide Wolfium in Prolegom. ad Demosth. Lept. 123.

15, 8. Εἰ βούλεται κατηγορεῖν] Ald. Bas. Ricc. εἰ ἐβούλετο. Ven. Cam. Major. ἢ ἐβούλετο, id quidem non bene. BUHLE.

15, 9. διαβολῆς κατηγορεῖν.] Contra calumniam subtiliter copioseque disseruit Isocrates in Orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως, et quot incommoda ex ea provenirent, docuit. VICTOR.

15, 9. διαβολῆς κατηγορεῖν.] Interdum ab hypothesi ad thesin procedere, et in universum calumniæ vim et turpitudinem depingere oportet. Facit Lucianus in Dialogo *De non temere credendo calumniæ*. Item Isocrates in Antidosi, et Cicero pro Cluentio. SCHRADER.

15, 9. Κρίσεις ποιεῖ] Eædem edd. addunt: καὶ ὅτι οὐ πιστεύει τῷ πράγματι. Georgius Trapezuntius: *et quod rebus non credit*. BUHLE.

15, 9. ἀμφοῖν.] Et accusatoris et defensoris. SCHRADER.

15, 9. Οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ ὁ Ὀδυσσεὺς] Memoratur Sophoclis Tragœdia Τεύκρος inscripta apud Schol. Aristophan. Nub. vs. 583. Cf. Steph. Byz. v. Κυχρεῖος. BUHLE.

15, 10. Τὸν ἐπαινοῦντα μικρὸν] Sic dedi e margine Ven. nam sensus hanc lectionem exigit. Vulgo: τῷ ἐπαινοῦντι μικρόν. BUHLE.

15, 10. Τῷ ἐπαινοῦντι μικρὸν, μακρῶς ψέξαι, μέγα, συντόμως.] Ed. Bipont. ex margine Venetæ τὸν ἐπαινοῦντα recepit, quam tamen conjecturam sensus loci non exigit. Casus tertius, accommodate ad antecedens vocabulum positus, nihilominus cum infinitivo jungitur, casu quarto, ἐπαινοῦντα, ad infinitivum quasi subaudito. Nec obstat, quod sequitur προθέντα. Hoc enim remotius est a voce διαβάλλοντι, atque hanc ob caussam infinitivo potius, quam illi, debebat convenire.—Majoragius hæc vertit: *si paullum laudet, ut gravius vituperet, et si, quod magnum atque egregium est, breviter attingat;* nec aliter Schol. Gr. Hoc modo, ut opinor, ad συντόμως suppletur ἐπαινοῦντι: sed ita demum ea, quæ opponuntur, apte inter se respondent, si cum Victorio jungas, ψέξαι τῷ ἐπαινεῖν μικρὸν πρᾶγμα μακρῶς, καὶ μέγα συντόμως. Atque hoc etiam callidius est, ita vituperare, ut *pusillam rem* magno verborum ambitu, *magnam* paucis, laudes. VATER.

15, 10. ἢ πολλὰ ἀγαθὰ προθ.] Callida alia ratio calumniandi, ut omnia potius facere velle videaris, quam criminari: cum scil. antea multas alicujus dotes, ac præclaras virtutes constitueris, id unum, quod ad rem pertinet, vituperare. Horatius Sat. I. 4. hoc eleganter ingenioseque tractavit: *Mentio si qua De Capitolini furtis injecta Petilli Te coram fuerit: defendas, ut tuus est mos: Me Capitolinus convictore usus amicoque A puero est: causaque mea permulta rogatus Fecit, et incolumis lætor quod vivit in urbe: Sed tamen admiror, quo pacto judicium illud Fugerit. Hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera.* Sic Cicero pro L. Flacco, elevare volens testimonia Græcorum, qui valde premebant reum, ne videretur hoc odio ductus facere, docuit se ab illo genere hominum voluntate non abhorrere, laudavitque studia ipsorum, quæ celebrata nihil causæ nocebant: id autem unum, quod ad rem erat, atrociter vituperavit. *Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis litteras: do multarum artium disciplinam: non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, siqua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit: totiusque hujus rei, quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant.* VICTOR.

15, 10. Καὶ τῷ ἀπολυομένῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. καὶ τῷ ἀπολογουμένῳ. BUHLE.

15, 10. Ὅτι ὁ Διομήδης] Homer. Iliad. K, 242 sq. BUHLE.

CAP. XVI.

16, 1. οὐκ ἐφεξῆς.] Non in unum locum conclusa, sed per totam dispertita orationem. SCHRADER.

16, 2. ποικίλος.] Constat enim partim commemoratione,

partim confirmatione, et expolitione rerum. Commemoratio autem, et commemoratorum probatio differunt. SCHRADER.

16, 2. Λιτὸς] Simplex, tenue, appellatur, quod minus excultum, minus elaboratum est. SCHRADER.

16, 3. Δεῖ δὲ τοὺς μὲν γνωρίμους] Ita exhibui auctoritate fretus Codd. MSS. plurimorum et veteris interpretis Latini. Nec aliter legunt Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. et Victorii. Interea non tacebo, Cod. antiquissimum Victorii et Georgium Trapezuntium tueri τὰς μὲν γνωρίμους, quod etiam agnoscunt Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Londin. et Lips. Videntur tamen sequentia διὸ οἱ πολλοὶ huic lectioni non favere; nec patet, quomodo in τὰς suppleri possit πράξεις, cum nihil ejusmodi antecesserit. BUHLE.

16, 3. Τὰς μὲν γνωρίμους.] Ita ex cod. Victorii et ed. Morellii positum est. Schol. Gr. et edd. vett. τοὺς habent. In ceteris codd. MSStis et in prisco Intpr. quid reperiatur, altum apud omnes silentium est. Ad τὰς supple πράξεις, idque huc referre haud alienum est, cum initio capitis de πράξεσι dicatur, earumque a declaratione διήγησις omnino pendeat. Præterea in iis, quæ statim ante leguntur, ἐκ τούτων ἀνδρεῖος, ἐκ τῶνδε σοφὸς, intelligas necesse est, ἐκ ταυτῶν τῶν πράξεων. Quo facilius, cum hæc adhuc scriptoris menti obversarentur, omissa voce πράξεις, pergere potuit. Altera ratio loco minus convenit. Nam, quod vertunt, *Et oportet notos homines in memoriam vocare, quamobrem multi* (qui noti sunt) *narratione non indigent:* id non quadrat, quia οἱ πολλοὶ *plerosque* significant, non *multos*, neque quisquam dixerit, *plerosque* tam notos esse, ut actiones eorum attingere sufficiat. Præterea verba, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐταῖς δεῖ, videntur ταῖς γνωρίμοις πράξεσι respondere hunc ad modum: *Notas autem actiones in memoriam revocare oportet, quo fit, (ut plerique,) ut multitudo auditorum narratione non egeant; ut si Achillem laudibus celebrare velis; nempe quia facta universi norunt: sed* (quanquam actiones longa tractatione non exposueris,) *iis tamen utaris* (ea in memoriam revoces) *necesse est. Sin Critiam, opus est* (*expositione, qua res ejus gestæ longius describantur*). Buhlius in oratione Græca lectionem τοὺς, in versione autem Latina τὰς prætulit. VATER.

16, 3. Οὐ γὰρ πολλοὶ ἴσασιν] Post hæc verba est in textu nostro, et in aliis quoque edd. ut in Morel. Sylb. Casaub. cett. signum lacunæ positum, cujus breviter rationem reddam. Primum monendum est, legi in omnibus fere edd. excepta Victoriana eamque secutis, ut et Lipsiensi, eadem repetita, quæ supra (Rhet. I, 9) ab Aristotele dicta sunt, inde a verbis: ἔστι δὲ ἔπαινος—τὸ δὲ μὴ κωλύον μετατεθῇ. Hæc ab imperito quodam librario temere huc translata esse, in

oculos incurrit; quare in textum ea non admisi. Deinde veritus est Victorius (Comment. p. 718), ne aliqua in textu desiderentur; sequentia enim, particula illa exturbata, ad judicialis generis narrationem pertinent, cum præteritus omnis sermo manifesto de demonstrativis narrationibus fuerit. Hinc signum lacunæ. BUHLE.

16, 3. Quæ hic post verba πολλοὶ ἴσασιν in libris scriptis, in Intpr. prisco, Schol. Gr. et edd. vett. leguntur, Ἔστι δ' ἔπαινος—τὸ δὲ, μὴ κωλύον, μετατέθη, ea ex L. I. c. 9, 33—38. transposita et hic inculcata sunt. Præterquam quod Aristoteles hæc verba, in opere suo jam posita, repetere non potuit, ea loco huic non conveniunt. Hic enim non de discrimine τοῦ ἐπαίνου, τοῦ ἐγκωμίου et τοῦ μακαρισμοῦ quæritur, neque de necessitudine, quæ inter demonstrativum et deliberativum genus intercedit. Sed si sententia, quæ præter alias in hoc scholio inest, δεῖ ἐπιδεικνύναι τὰς πράξεις, attingenda forsan visa esset Aristoteli, certe tot de ea verba facere nequiisset. At illa sententiarum qualiscunque cognatio in caussa est, cur hæc in margine adscriberentur, et inde in textum irreperent. Itaque in exemplis, post Victorium editis, tantum non omnibus omittuntur, in quibusdam quidem, ut apud Victorium, lacunæ signo addito, quia, si continua et nexa hæc esset oratio, de genere demonstrativo plane non exponi dicunt; in aliis, ut in Riccobon. Cantabr. ne hoc quidem signum interpositum est, ita ut, Νῦν δὲ γελοίως, statim conjungatur cum verbis, πολλοὶ ἴσασι. Atque hæc ratio hunc ad modum defendi poterit. In iis, quæ sequuntur, de narratione generis judicialis sermo est, sive lacunam cerni, sive non cerni, dixeris. Nam quæ §. 4. leguntur, ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι, §. 5. ὅσα ἡδέα τοῖς δικασταῖς, et alia, ad judiciale genus pertinent. Aristoteles, cum c. XIII, 3. monuerit, διήγησιν proprie solius judicialis generis esse, inde a verbis, νῦν δὲ γελοίως, universe de διηγήσει disputat; itaque de διηγήσει judiciali. Transitus non notatur. Nihilominus aliquanto verisimilius est, quædam hic desiderari, quia Aristoteles §. 1. et §. 11. expressis verbis dicit, se de narratione demonstrativi et deliberativi generis præcipere, ideoque, titulo itidem præmisso, videtur tractationem narrationis judicialis a ceteris separare debuisse. Huc accedit, quod ipsa vocc. νῦν δὲ efficiant, ut aliquid aliud præcessisse exspectes, ad quod hæc referrentur. Fortasse, si in quibusdam libris lacunæ signum conspiceretur; hæc ipsa causa fuit, cur in eo pluribus codicibus scholion istud reciperetur. VATER.

16, 4. νῦν δὲ γελοίως.] Isocratem hic accusat Aristoteles, teste Quintiliano IV. 2. 32. *Eum plerique scriptores, maxime qui vocat ab Isocrate, volunt esse lucidum, brevem, verisimilem: —eadem nobis placet divisio: quanquam Aristoteles ab Isocrate*

parte in una dissenserit, præceptum brevitatis irridens: tamquam necesse sit longam aut brevem expositionem, nec liceat ire per medium. VICTOR.

16, 4. διήγησιν δ. ε. τ.] Hoc dicit auctor Rhet. ad Alexandrum c. 31. unde inter alia liquet librum illum Aristotelis non esse: neque enim puto hic rideret, quod illic tradidit. Procul dubio Isocratem hic tangi, quem de narratione id docuisse, et ea in re ab Aristot. dissensisse, refert Quintil. IV. 3, 32. SCHRADER. Platonis locum e Phædr. p. 267. B. citat Spaldingius ad Quintil. Ταῦτα δὲ ἀκούων ποτὲ μοῦ Πρόδικος ἐγέλασε καὶ μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνῃ· δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων.

16, 4. Ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐῤῥωμένως, σκληρὰν δὲ μαλακῇ μάξαι. Ricc. ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐῤῥωμένῳ, σκληρὸν ἢ μαλακὸν μάξει. Nostram lectionem Victorio approbatam tuetur quoque marg. Ven. BUHLE.

16, 4. Τί δ', ἔφη, εὖ ἀδύνατον] Eædem edd. τί δ' εὖ, ἔφη, ἀδ. BUHLE.

16, 4. Ἢ τῷ ταχὺ, ἢ τῷ συντόμως, ἀλλὰ τῷ μετρίως] Isingr. ἢ τὸ ταχὺ, ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως. BUHLE.

16, 4. Ὅσα ποιήσει] Ald. Bas. et Ricc. ὅσα ποθήσει. BUHLE.

16, 4. Ἢ βεβλαφέναι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ἢ βεβλακέναι, quod referendum esset ad βλάξειν. Hesych. βλάξειν, τὸ μωραίνειν. BUHLE.

16, 5. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο] Ante hæc nonnullæ edd. male insertam habent disjunctivam ἢ, quam recte Victorius delevit. In antecedentibus post ὅσα εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν margo Ven. interponit ἢ εἰς θατέρου. BUHLE.

16, 5. Τοὺς ἀφισταμένους Αἰγυπτίους] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Major. mendose τοὺς ἀφισταμένους Αἰγύπτου. Vid. Herodot. II, 30. BUHLE.

16, 5. Ὁ τοὺς ἀφισταμένους.] Edd. Ald. Bas. Cam. al. Ἢ ὁ τοὺς ἀφισταμένους. Victorius ex auctoritate codicis antiquiss. delevit voculam ἢ; quæ tamen non est prorsus absona. Nam aliquantum differt inter exemplum, quod proxime antecedit, et inter orationem Ægyptiorum ab Herodoto (L. II. 30.) servatam. VATER.

16, 6. ἐλάττων.] Accusator enim, qui priore loco dixit, pleraque jam narravit. SCHRADER.

16, 6. ἀμφισβητήσεις.] Ciceroni et Quintiliano *status* appellantur. SCHRADER.

16, 6. Περὶ τὸ ὁμολογούμενον] Margo Ven. παρὰ τὸ ὁμολογούμενον. Non bene. BUHLE.

16, 7. Ἔτι πεπραγμένα] Isingr. ἔτι μὴ πεπραγμένα. Nescio an melius. BUHLE.

16, 7. Ἔτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ πραττόμενα, ἢ οἰκτον, ἢ δείνωσιν φέρει.] Facile perspicitur, in oppositione τῶν πραττομένων, *eorum, quæ fiunt, et ante oculos nostros geruntur*, et τῶν πεπραγμένων, vim loci hujus inesse; quæ tamen omnino perit, si vertis cum Majoragio: *Præterea res eas narrare oportet, quæ factæ, neque miserationem, neque indignationem commovent.* Hac explicatione, propter illam caussam rejicienda, vereor, ne supponatur Aristoteli præceptum rhetoricum ipsi huic loco contrarium. Nam de defensore sermo institutus est, eique conducit, animos auditorum commovere, et miserationem sui, indignationem in adversarios excitare. Recte igitur Musaptus τὰ πεπραγμένα reddit *res, quæ, ut jam factæ et gestæ, uno verbo commemorantur;* πραττόμενα autem, *quæ, ut fiunt, caussis et effectibus expositis narrantur.* Ὅσα μὴ significat *præter ea, quæ*, et sensus esset apertus, si placuisset Aristoteli brevitatis studioso, orationem longius extendere, hunc fere ad modum: Ἔτι ὡς πεπραγμένα, οὐχ ὡς πραττόμενα, δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ, λεγόμενα ὡς πραττόμενα, ἢ οἰκτον, ἢ δείνωσιν φέρει. Sine incommodo tamen hæc possunt subaudiri, cum in proximo, quod præcedebat, præcepto quædam insint, quibus hoc nostrum præparetur: *non est in iis commorandum, quæ certa sunt;* jam pergitur: *non est commorandum in eventibus*, quippe ab accusatore jam narratis, *nisi in iis, quibus exponendis animos commoveas.* Vis exemplorum, quæ sequuntur, in promptu est. Ulyssis ad Penelopen oratio et Euripidis Prologus sunt narratiunculæ eorum, quæ longius tractarentur et coram Alcinoo, ut Phæaces ad misericordiam benevolentiamque moverentur, et in ipsa Euripidis fabula, ubi vivida hominum agentium imago auditorum animos afficeret. Atque inde perspicitur, aptissimam esse particulam ὅτι, quam Victorius in omnibus libris scriptis invenit. *Exemplo est*, quod—*brevissime dicuntur.* Minus recte ex edd. Ald. Bas. Cam. Buhlius ὅτε recepit.—Sine caussa putarunt Commentatores, in numero versuum, quibus Penelopæ hæc narrata esse Aristoteles velit, plurimum difficultatis inesse. Ulyssem enim viginti sex aut triginta duobus versibus res a se gestas uxori exponere, non *sexaginta.* Unam modo orationis Ulysseæ partem in rationem induxerunt, Schraderus Odyss. Ψ. vv. 310—342. Buhlius vv. 262—288. At cum utrique, vv. 264—284. et vv. 310—342. eodem modo et ad eventa Ulyssis, et ad τὸν Ἀλκίνου ἀπόλογον pertineant: hi versus quinquaginta et tres numero rotundo recte ἑξήκοντα ἕπη nominantur. —*Phayllus* quis fuerit, equidem nescio, neque erubesco, id cum Victorio confiteri. Nostro ex loco, in quo codd. meliores, Schol. Gr. edd. Ald. Bas. τὸν κύκλον, edd. Venet. Cam. τὸν Κύκλωπα habent, effici nihil poterit, nisi hoc: vel histo-

riam, in collectione poëtarum, quorum carmina ita juncta et collocata essent, ut continua serie res gestæ inde ab Urano usque ad Ulyssem describerentur, h. e. in *Cyclo* epico narratam, vel eam, quæ libro nono Odysseæ, qui de *Cyclope* agit, continetur, a Phyllo aliquot versibus comprehensam, et alicubi insertam esse. VATER.

16, 7. οἶκτον erga actorem, δείνωσιν adversus ipsum detensorem; hunc enim h. l. instruit Rhetor. SCHRADER.

16, 7. Παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος] Innuit Aristoteles Ulyssis longam cum Alcinoo confabulationem Odyss. I, 83 sq. Singulis partibus carminum Homericorum sua nomina ab argumento ducta imposita fuisse, testati sunt plures. Ælian. V. H. XIII, 14. *Alcinoi apologus* in proverbium abiit, si quis sermone nimis prolixo uteretur; vid. Pollux Onomast. lib. VI, ubi nomina, quibus vocaretur loquax, collecta sunt. Memoravit eum Aristoteles quoque Poët. cap. 16. Plato de Republ. lib. X, pag. 345. Opp. T. VII. ed. Bip. Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ. BUHLE.

16, 7. Ἀλκίνου ἀπόλογος.] Vide Twining. Int. Poet. p. 365. Ast. Platon. Rep. p. 625.

16, 7. Ὅτε πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔπεσι] Quæ Alcinoo fuse narraverat Ulysses, (nam sunt ab Homero in *quatuor libris* perscripta,) ea Penelopæ brevius exposuit (Odyss. Ψ, 262—288), et quidem *viginti sex* versibus, non *sexaginta*, ut textus habet. Itaque in nostro loco aut est error librariorum, aut ipsius Aristotelis, aut defecerunt in Odysseæ Codd. nonnulla, olim lecta. Ceterum dedi ὅτε pro vulgato ὅτι. Pro ἔπεσι nonnullæ edd. vitiose legunt ἔτεσι. BUHLE.

16, 7. Καὶ ὡς Φάϋλλος τὸν κύκλον] Ita dedit Victorius e melioribus Codd.—Ven. Cam. Spir. et margo Isingr. τὸν Κύκλωπα. *Phaÿllus* unus fuit ex poëtis Cyclicis, qui Antehomerica et Posthomerica carminibus epicis conderent. BUHLE.

16, 7. Καὶ ὡς Φάϋλλος τὸν κύκλον.] Unicum hunc arbitror locum esse, ubi poetæ Phaylli mentio fiat. Phayllum, Onomarchi, Phocensium tyranni, fratrem novimus; novimus etiam Athletas eodem nomine ex Aristophane et aliis: sed inter poëtas Cycli nullum quisquam retulit; neque id ex hoc loco fieri potest. Nam hunc Phayllum, id quod Tu recte vidisti, paucis versibus oportet ea narravisse, ut πεπραγμένα, quæ ab alio auctore fuse narrata erant, ὡς πραττόμενα. Ut Euripides in plurium Fabularum principiis facit, et insigniore, quam alibi modo fecisse videtur in prologo Œnei. Vix autem quisquam poëta, nec epicus, nec lyricus aut scenicus, universum Cyclum, opus longe vastioris materiæ, quam est tota Ilias et Odyssea, in breve contrahere potuit, nisi magno volumine: quod si exstitisset, mirum esset, neminem ex illa ætate, qua compendia pro libris legebant, mentionem ejus

fecisse. Hoc potissimum me facit alteri lectioni patronum, qua Phayllus τὸν Κύκλωπα (Polyphemi fabulam forsan ap. Hom.) breviter et summatim repetiisse dicatur. Ita vero antiquissimus testis Cycli epici perit; nec majorem ejus rei auctoritatem alter locus Aristotelis habet de Elench. Soph. c. 10. quem et ipsum locum, nisi me fallit memoria, Schwarzius indicavit. WOLF.

16, 7. Καὶ ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος] *Œneus* fabula fuit Euripidis; hodie est deperdita. Vid. Valckenær. Diatrib. p. 197. BUHLE.

16, 7. Ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος.] Quinque iambi ex hoc prologo servati Scholiastæ nostro soli debentur, cujus in Commentario ad §. 10. collocati, ita leguntur: Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυτὸν (quod in editionibus Fragmentorum Euripidis feliciter in φυγὰν mutatum est,) Τυδεὺς τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς, Ἄιχησεν Ἄργος· παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν Συνῆλθε γίνναν. VATER. φυγὰν dedit Victorius.

16, 8. τὸ προαίρεσιν δηλοῦν.] h. e. quo consilio, quo animi proposito aliquid sit factum declarare. Naturam προαιρέσεως pluribus exponit Aristoteles III. Ethic. Nic. c. 2. et 3. Signum quoddam προαιρέσεως est, si sæpe fecerit. Rhet. I. 9. SCHRADER.

16, 8. ποιὸν δὲ τὸ ἦθος.] Προαίρεσις mores arguit. Etenim qui id quod laudabile est capto consilio eligit, laudabilis, qui turpia consulto præfert, turpis merito censetur. SCHRADER.

16, 8. Διὰ τοῦτο] Isingr. διὰ τοῦτο γάρ. Melius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. διὰ τί γάρ. BUHLE.

16, 8. Σωκρατικοί.] Id est, illi qui de virtute et hominum moribus habentur, tales enim sermones Socrati inprimis erant familiares, qui de mathematicis, et naturalibus rebus parum, at de virtute paranda, et probis improbisque moribus multa disserebat, a Platone et Xenophonte inprimis in literas relata. SCHRADER.

16, 9. Ἄλλα ἠθικὰ] Ald. Bas. Ricc. ἄλλα δὲ ἠθικά. Vulgo vitiose impressum: ἀλλὰ ἠθικὰ, quo sensus corrumpitur. BUHLE.

16, 9. ἄλλα.] Secundum hoc est de morata oratione præceptum, nempe id observare, quod solet mores comitari, atque istud dictione exprimere. SCHRADER.

16, 9. ἀπὸ διανοίας.] Tertium quod mores effingit, est, μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγειν. In proæresi duo sunt, consultatio et electio; prius διάνοια, posterius proprie προαίρεσις dicitur Ethic. III. 2. in fin. ἡ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας ἐστί. Docet itaque Aristoteles, quod si quis moratam formare orationem velit, non debeat in consultatione et rerum disquisitione sistere, sed et quid ipse eligat, et potius habeat, adji-

core. Juverit cum h. l. conferre alium qui exstat in Poët. c. 6. SCHRADER.

16, 9. ἀπὸ διανοίας illi dicunt, qui, quæ ratio quasit, exponunt, et acutis sententiis orationem, ad idque quod volunt probandum appositis, ornant: ἀπὸ προαιρέσεως vero, qui simplicius loquuntur, ac quæ res impulerint ipsos ad agendum, aperiunt, relicta subtili disputatione de illis rebus. VICTOR.

16, 9. Ἀλλ' εἰ μὴ ὠνήμην] Restitui ὠνήμην ex Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. et Major. Vulgatum ὠναίμην vitio non carere, jam monuit Sylburgius. BUHLE.

16, 9. Ὥσπερ Σοφοκλῆς ποιεῖ· παράδειγμα τὸ ἐκ τῆς Ἀντ.] Sic interpungendum est. Male vulgo: ὥσπερ Σοφ. ποιεῖ παράδειγμα, τὸ ἐκ τῆς Ἀντ. Conf. Victorii Comment. p. 736. Locus petitus est ex Antigone vs. 911. In nostris Sophoclis edd. pro βεβηκότων rectius legitur κεκευθότων. BUHLE.

16, 9. Ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.] Ald. et Bas. ὅστις ἀναβλάστοι ποτέ. Non bene. BUHLE.

16, 10. Ἐκ τῶν παθητικῶν λέγειν διηγούμενον] Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus: ἐκ τῶν π. λέγε διηγούμενος. BUHLE.

16, 10. Τὰ ἰδία ἢ αὐτῷ] Codd. meliores MSti, et vetus interpres Latin. τὰ ἴδια. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. τὰ ἰδία ἑαυτῷ. Spir. τὰ ἰδία ἑαυτῷ. BUHLE.

16, 10. Ὁ δ' ὤχετό μα ὑποβλέψας] Sic Cicero de Catilina ex urbe a se ejecto: *Et retorquet oculos profecto sæpe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget* &c. BUHLE.

16, 10. Ὡς περὶ Κρατύλου Αἰσχίνης] Videtur intelligi Æschines Socraticus. In sequentibus pro διασείων margo Ven. offert διασύρων. BUHLE.

16, 10. Ὡς ἄρ' ἔφη] Homer. Odyss. T, 361. BUHLE.

16, 10. Ἵνα ὡς τοιοῦτον θεωρῶσι καὶ τὸν ἀντίδικον.] Male in exemplaribus novissimis post θεωρῶσι interpunctio excidit. Accuratius scriptum esset, καὶ τὸν ἀντίδικον ὡσαύτως vel ἐναντίως, scil. ποιόν τινα εἰσάγαγε. VATER.

16, 10. ἐκ τῶν ἀπαγγελλόντων.] Chori pars apud Sophoclem in Trachin. 869. cernens ad se venire anum, e domo reginæ prodeuntem, tristem obductoque supercilio, cognovit inde ipsam aliquid novi incommodi nuntiaturam esse: quare admonuit reliquas, ut id expectarent. VICTOR.

16, 10. Δεῖ διηγεῖσθαι] Abest δεῖ ab Ald. Bas. Ricc. Spir. BUHLE.

16, 10. Καὶ ἐνίοτε καὶ ἐν ἀρχῇ] Restitui lectionem Isingr. Inepte vulgo: καὶ ἐνίοτε οὐκ ἐν ἀρχῇ. Georgius Trapezuntius: *et nonnunquam in ipso principio.* BUHLE.

16, 11. ἐν δὲ δημηγορίᾳ ἥκιστα.] Dionysius Halic. A. Rhet. X. 14. ὅλη μὲν ἰδέα συμβουλευτικὴ διηγήσεως οὐ δεῖται· ἴασι γὰρ

oculos incurrit; quare in textum ea non admisi. Deinde veritus est Victorius (Comment. p. 718), ne aliqua in textu desiderentur; sequentia enim, particula illa exturbata, ad judicialis generis narrationem pertinent, cum præteritus omnis sermo manifesto de demonstrativis narrationibus fuerit. Hinc signum lacunæ. BUHLE.

16, 3. Quæ hic post verba πολλοὶ ἴσασιν in libris scriptis, in Intpr. prisco, Schol. Gr. et edd. vett. leguntur, Ἔστι δ' ἔπαινος—τὸ δὲ, μὴ κωλύον, μετατέθη, ea ex L. I. c. 9, 33—38. transposita et hic inculcata sunt. Præterquam quod Aristoteles hæc verba, in opere suo jam posita, repetere non potuit, ea loco huic non conveniunt. Hic enim non de discrimine τοῦ ἐπαίνου, τοῦ ἐγκωμίου et τοῦ μακαρισμοῦ quæritur, neque de necessitudine, quæ inter demonstrativum et deliberativum genus intercedit. Sed si sententia, quæ præter alias in hoc scholio inest, δεῖ ἐπιδεικνύναι τὰς πράξεις, attingenda forsan visa esset Aristoteli, certe tot de ea verba facere nequiisset. At illa sententiarum qualiscunque cognatio in caussa est, cur hæc in margine adscriberentur, et inde in textum irreperent. Itaque in exemplis, post Victorium editis, tantum non omnibus omittuntur, in quibusdam quidem, ut apud Victorium, lacunæ signo addito, quia, si continua et nexa hæc esset oratio, de genere demonstrativo plane non exponi dicunt; in aliis, ut in Riccobon. Cantabr. ne hoc quidem signum interpositum est, ita ut, Νῦν δὲ γελοίως, statim conjungatur cum verbis, πολλοὶ ἴσασι. Atque hæc ratio hunc ad modum defendi poterit. In iis, quæ sequuntur, de narratione generis judicialis sermo est, sive lacunam cerni, sive non cerni, dixeris. Nam quæ §. 4. leguntur, ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι, §. 5. ὅσα ἡδέα τοῖς δικασταῖς, et alia, ad judiciale genus pertinent. Aristoteles, cum c. XIII, 3. monuerit, διήγησιν proprie solius judicialis generis esse, inde a verbis, νῦν δὲ γελοίως, universe de διηγήσει disputat; itaque de διηγήσει judiciali. Transitus non notatur. Nihilominus aliquanto verisimilius est, quædam hic desiderari, quia Aristoteles §. 1. et §. 11. expressis verbis dicit, se de narratione demonstrativi et deliberativi generis præcipere, ideoque, titulo itidem præmisso, videtur tractationem narrationis judicialis a ceteris separare debuisse. Huc accedit, quod ipsa vocc. νῦν δὲ efficiant, ut aliquid aliud præcessisse exspectes, ad quod hæc referrentur. Fortasse, si in quibusdam libris lacunæ signum conspiceretur; hæc ipsa caussa fuit, cur in eo pluribus codicibus scholion istud reciperetur. VATER.

16, 4. νῦν δὲ γελοίως.] Isocratem hic accusat Aristoteles, teste Quintiliano IV. 2, 32. *Eam plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, brevem, verisimilem: —eadem nobis placet divisio: quanquam Aristoteles ab Isocrate*

parte in una dissenserit, præceptum brevitatis irridens: tamquam necesse sit longam aut brevem expositionem, nec liceat ire per medium. VICTOR.

16, 4. διήγησιν δ. ε. τ.] Hoc dicit auctor Rhet. ad Alexandrum c. 31. unde inter alia liquet librum illum Aristotelis non esse: neque enim puto hic rideret, quod illic tradidit. Procul dubio Isocratem hic tangi, quem de narratione id docuisse, et ea in re ab Aristot. dissensisse, refert Quintil. IV. 3, 32. SCHRADER. Platonis locum e Phædr. p. 267. B. citat Spaldingius ad Quintil. Ταῦτα δὲ ἀκούων ποτὲ μοῦ Πρόδικος ἐγέλασε καὶ μόνος αὐτὸς εὑρηκέναι ἔφη ὧν δεῖ λόγων τέχνῃ· δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων.

16, 4. Ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ] Ald. Ven. Bas. Cam. ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρρωμένως, σκληρὰν δὲ μαλακῇ μάξαι. Ricc. ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρρωμένῳ, σκληρὸν ἢ μαλακὸν μάζει. Nostram lectionem Victorio approbatam tuetur quoque marg. Ven. BUHLE.

16, 4. Τί δ', ἔφη, εὖ ἀδύνατον] Eædem edd. τί δ' εὖ, ἔφη, ἀδ. BUHLE.

16, 4. Ἢ τῷ ταχὺ, ἢ τῷ συντόμως, ἀλλὰ τῷ μετρίως] Isingr. ἢ τὸ ταχὺ, ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως. BUHLE.

16, 4. Ὅσα ποιήσει] Ald. Bas. et Ricc. ὅσα ποθήσει. BUHLE.

16, 4. Ἢ βεβλαφέναι] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ἢ βεβλακέναι, quod referendum esset ad βλάζειν. Hesych. βλάζειν, τὸ μαραίνειν. BUHLE.

16, 5. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο] Ante hæc nonnullæ edd. male insertam habent disjunctivam ἢ, quam recte Victorius delevit. In antecedentibus post ὅσα εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν margo Ven. interponit ἢ εἰς θατέρου. BUHLE.

16, 5. Τοὺς ἀφισταμένους Αἰγυπτίους] Ex emendatione Victorii. Ald. Ven. Bas. Cam. Major. mendose τοὺς ἀφισταμένους Αἰγύπτου. Vid. Herodot. II, 30. BUHLE.

16, 5. Ὁ τοὺς ἀφισταμένους.] Edd. Ald. Bas. Cam. al. Ἢ ὁ τοὺς ἀφισταμένους. Victorius ex auctoritate codicis antiquiss. delevit voculam ἢ; quæ tamen non est prorsus absona. Nam aliquantum differt inter exemplum, quod proxime antecedit, et inter orationem Ægyptiorum ab Herodoto (L. II. 30.) servatam. VATER.

16, 6. ἐλάττων.] Accusator enim, qui priore loco dixit, pleraque jam narravit. SCHRADER.

16, 6. ἀμφισβητήσεις.] Ciceroni et Quintiliano *status* appellantur. SCHRADER.

16, 6. Περὶ τὸ ὁμολογούμενον] Margo Ven. παρὰ τὸ ὁμολογούμενον. Non bene. BUHLE.

16, 7. Ἔτι πεπραγμένα] Isingr. ἔτι μὴ πεπραγμένα. Nescio an melius. BUHLE.

16, 7. Ἔτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ πραττόμενα, ἢ οἰκτον, ἢ δείνωσιν φέρει.] Facile perspicitur, in oppositione τῶν πραττομένων, *eorum, quæ fiunt, et ante oculos nostros geruntur*, et τῶν πεπραγμένων, vim loci hujus inesse; quæ tamen omnino perit, si vertis cum Majoragio: *Præterea res eas narrare oportet, quæ factæ, neque miserationem, neque indignationem commovent.* Hac explicatione, propter illam caussam rejicienda, vereor, ne supponatur Aristoteli præceptum rhetoricum ipsi huic loco contrarium. Nam de defensore sermo institutus est, eique conducit, animos auditorum commovere, et miserationem sui, indignationem in adversarios excitare. Recte igitur Musaptus τὰ πεπραγμένα reddit *res, quæ, ut jam factæ et gestæ, uno verbo commemorantur;* πραττόμενα autem, *quæ, ut fiunt, caussis et effectibus expositis narrantur.* Ὅσα μὴ significat *præter ea, quæ*, et sensus esset apertus, si placuisset Aristoteli brevitatis studioso, orationem longius extendere, hunc fere ad modum: Ἔτι ὡς πεπραγμένα, οὐχ ὡς πραττόμενα, δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ, λεγόμενα ὡς πραττόμενα, ἢ οἰκτον, ἢ δείνωσιν φέρει. Sine incommodo tamen hæc possunt subaudiri, cum in proximo, quod præcedebat, præcepto quædam insint, quibus hoc nostrum præparetur: *non est in iis commorandum, quæ certa sunt;* jam pergitur: *non est commorandum in eventibus*, quippe ab accusatore jam narratis, *nisi in iis, quibus exponendis animos commoveas.* Vis exemplorum, quæ sequuntur, in promptu est. Ulyssis ad Penelopen oratio et Euripidis Prologus sunt narratiunculæ eorum, quæ longius tractarentur et coram Alcinoo, ut Phæaces ad misericordiam benevolentiamque moverentur, et in ipsa Euripidis fabula, ubi vivida hominum agentium imago auditorum animos afficeret. Atque inde perspicitur, aptissimam esse particulam ὅτι, quam Victorius in omnibus libris scriptis invenit. *Exemplo est*, quod—*brevissime dicuntur.* Minus recte ex edd. Ald. Bas. Cam. Buhlius ὅτε recepit.—Sine caussa putarunt Commentatores, in numero versuum, quibus Penelopæ hæc narrata esse Aristoteles velit, plurimum difficultatis inesse. Ulyssem enim viginti sex aut triginta duobus versibus res a se gestas uxori exponere, non *sexaginta*. Unam modo orationis Ulysseæ partem in rationem induxerunt, Schraderus Odyss. Ψ. vv. 310—342. Buhlius vv. 262—288. At cum utrique, vv. 264—284. et vv. 310—342. eodem modo et ad eventa Ulyssis, et ad τὸν Ἀλκίνου ἀπόλογον pertineant: hi versus quinquaginta et tres numero rotundo recte ἑξήκοντα ἕπη nominantur. —*Phayllus* quis fuerit, equidem nescio, neque erubesco, id cum Victorio confiteri. Nostro ex loco, in quo codd. meliores, Schol. Gr. edd. Ald. Bas. τὸν κύκλον, edd. Venet. Cam. τὸν Κύκλωπα habent, effici nihil poterit, nisi hoc: vel histo-

riam, in collectione poëtarum, quorum carmina ita juncta et collocata essent, ut continua serie res gestæ inde ab Urano usque ad Ulyssem describerentur, h. e. in *Cyclo* epico narratam, vel eam, quæ libro nono Odysseæ, qui de *Cyclope* agit, continetur, a Phayllo aliquot versibus comprehensam, et alicubi insertam esse. VATER.

16, 7. οἶκτον erga actorem, δείνωσιν adversus ipsum detensorem; hunc enim h. l. instruit Rhetor. SCHRADER.

16, 7. Παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος] Innuit Aristoteles Ulyssis longam cum Alcinoo confabulationem Odyss. I, 83 sq. Singulis partibus carminum Homericorum sua nomina ab argumento ducta imposita fuisse, testati sunt plures. Ælian. V. H. XIII, 14. *Alcinoi apologus* in proverbium abiit, si quis sermone nimis prolixo uteretur; vid. Pollux Onomast. lib. VI, ubi nomina, quibus vocaretur loquax, collecta sunt. Memoravit eum Aristoteles quoque Poët. cap. 16. Plato de Republ. lib. X, pag. 345. Opp. T. VII. ed. Bip. Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ. BUHLE.

16, 7. Ἀλκίνου ἀπόλογος.] Vide Twining. Int. Poet. p. 365. Ast. Platon. Rep. p. 625.

16, 7. Ὅτε πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἐξήκοντα ἔπεσι] Quæ Alcinoo fuse narraverat Ulysses, (nam sunt ab Homero in *quatuor libris* perscripta,) ea Penelopæ brevius exposuit (Odyss. Ψ, 262—288), et quidem *viginti sex* versibus, non *sexaginta*, ut textus habet. Itaque in nostro loco aut est error librariorum, aut ipsius Aristotelis, aut defecerunt in Odysseæ Codd. nonnulla, olim lecta. Ceterum dedi ὅτε pro vulgato ὅτι. Pro ἔπεσι nonnullæ edd. vitiose legunt ἔτεσι. BUHLE.

16, 7. Καὶ ὡς Φάϋλλος τὸν κύκλον] Ita dedit Victorius e melioribus Codd.—Ven. Cam. Spir. et margo Isingr. τὸν Κύκλωπα. *Phayllus* unus fuit ex poëtis Cyclicis, qui Antehomerica et Posthomerica carminibus epicis conderent. BUHLE.

16, 7. Καὶ ὡς Φάϋλλος τὸν κύκλον.] Unicum hunc arbitror locum esse, ubi poetæ Phaylli mentio fiat. Phayllum, Onomarchi, Phocensium tyranni, fratrem novimus; novimus etiam Athletas eodem nomine ex Aristophane et aliis: sed inter poëtas Cycli nullum quisquam retulit; neque id ex hoc loco fieri potest. Nam hunc Phayllum, id quod Tu recte vidisti, paucis versibus oportet ea narravisse, ut πεπραγμένα, quæ ab alio auctore fuse narrata erant, ὡς πραττόμενα. Ut Euripides in plurium Fabularum principiis facit, et insigniore quam alibi modo fecisse videtur in prologo Œnei. Vix autem quisquam poëta, nec epicus, nec lyricus aut scenicus, universum Cyclum, opus longe vastioris materiæ, quam est tota Ilias et Odyssea, in breve contrahere potuit, nisi magno volumine: quod si exstitisset, mirum esset, neminem ex illa ætate, qua compendia pro libris legebant, mentionem ejus

fecisse. Hoc potissimum me facit alteri lectioni patronum, qua Phayllus τὸν Κύκλωπα (Polyphemi fabulam forsan ap. Hom.) breviter et summatim repetiisse dicatur. Ita vero antiquissimus testis Cycli epici perit; nec majorem ejus rei auctoritatem alter locus Aristotelis habet de Elench. Soph. c. 10. quem et ipsum locum, nisi me fallit memoria, Schwarzius indicavit. WOLF.

16, 7. Καὶ ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος] *Œneus* fabula fuit Euripidis; hodie est deperdita. Vid. Valckenær. Diatrib. p. 197. BUHLE.

16, 7. Ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος.] Quinque iambi ex hoc prologo servati Scholiastæ nostro soli debentur, cujus in Commentario ad §. 10. collocati, ita leguntur: Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυτὸν (quod in editionibus Fragmentorum Euripidis feliciter in φυγὸν mutatum est,) Τυδεὺς τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς, Ὤικησεν Ἄργος· παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν Συνῆψε γένναν. VATER. φυγὸν dedit Victorius.

16, 8. τὸ προαίρεσιν δηλοῦν.] h. e. quo consilio, quo animi proposito aliquid sit factum declarare. Naturam προαιρέσεως pluribus exponit Aristoteles III. Ethic. Nic. c. 2. et 3. Signum quoddam προαιρέσεως est, si sæpe fecerit. Rhet. I. 9. SCHRADER.

16, 8. ποιὸν δὲ τὸ ἦθος.] Προαίρεσις mores arguit. Etenim qui id quod laudabile est capto consilio eligit, laudabilis, qui turpia consulto præfert, turpis merito censetur. SCHRADER.

16, 8. Διὰ τοῦτο] Isingr. διὰ τοῦτο γάρ. Melius. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. διὰ τί γάρ. BUHLE.

16, 8. Σωκρατικοί.] Id est, illi qui de virtute et hominum moribus habentur, tales enim sermones Socrati inprimis erant familiares, qui de mathematicis, et naturalibus rebus parum, at de virtute paranda, et probis improbisque moribus multa disserebat, a Platone et Xenophonte inprimis in literas relata. SCHRADER.

16, 9. Ἄλλα ἠθικὰ] Ald. Bas. Ricc. ἄλλα δὲ ἠθικά. Vulgo vitiose impressum: ἀλλὰ ἠθικὰ, quo sensus corrumpitur. BUHLE.

16, 9. ἄλλα.] Secundum hoc est de morata oratione præceptum, nempe id observare, quod solet mores comitari, atque istud dictione exprimere. SCHRADER.

16, 9. ἀπὸ διανοίας.] Tertium quod mores effingit, est, μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγειν. In proæresi duo sunt, consultatio et electio; prius διάνοια, posterius proprie προαίρεσις dicitur Ethic. III. 2. in fin. ἡ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας ἐστί. Docet itaque Aristoteles, quod si quis moratam formare orationem velit, non debeat in consultatione et rerum disquisitione sistere, sed et quid ipse eligat, et potius habeat, adji-

core. Juverit cum h. l. conferre alium qui exstat in Poët. c. 6. SCHRADER.

16, 9. ἀπὸ διανοίας illi dicunt, qui, quae ratio suasit, exponunt, et acutis sententiis orationem, ad idque quod volunt probandum appositis, ornant: ἀπὸ προαιρέσεως vero, qui simplicius loquuntur, ac quae res impulerint ipsos ad agendum, aperiunt, relicta subtili disputatione de illis rebus. VICTOR.

16, 9. Ἀλλ' εἰ μὴ ὠνήμην] Restitui ὠνήμην ex Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. et Major. Vulgatum ὠναίμην vitio non carere, jam monuit Sylburgius. BUHLE.

16, 9. Ὥσπερ Σοφοκλῆς ποιεῖ· παράδειγμα τὸ ἐκ τῆς Ἀντ.] Sic interpungendum est. Male vulgo: ὥσπερ Σοφ. ποιεῖ παράδειγμα, τὸ ἐκ τῆς Ἀντ. Conf. Victorii Comment. p. 736. Locus petitus est ex Antigone vs. 911. In nostris Sophoclis edd. pro βεβηκότων rectius legitur κεκευθότοιν. BUHLE.

16, 9. Ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.] Ald. et Bas. ὅστις ἀναβλάστοι ποτέ. Non bene. BUHLE.

16, 10. Ἐκ τῶν παθητικῶν λέγειν διηγούμενον] Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus: ἐκ τῶν π. λέγε διηγούμενος. BUHLE.

16, 10. Τὰ ἰδία ἢ αὐτῷ] Codd. meliores MSti, et vetus interpres Latin. τὰ ἴδια. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. τὰ ἰδία ἑαυτῷ. Spir. τὰ ἰδία ἑαυτῷ. BUHLE.

16, 10. Ὁ δ' ὤχετό με ὑποβλέψας] Sic Cicero de Catilina ex urbe a se ejecto: *Et retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget* &c. BUHLE.

16, 10. Ὡς περὶ Κρατύλου Αἰσχίνης] Videtur intelligi Æschines Socraticus. In sequentibus pro διασείων margo Ven. offert διασύρων. BUHLE.

16, 10. Ὡς ἄρ' ἔφη] Homer. Odyss. T, 361. BUHLE.

16, 10. Ἵνα ὡς τοιοῦτον θεωρῶσι καὶ τὸν ἀντίδικον.] Male in exemplaribus novissimis post θεωρῶσι interpunctio excidit. Accuratius scriptum esset, καὶ τὸν ἀντίδικον ὡσαύτως vel ἐναντίως, scil. ποιόν τινα εἰσάγαγε. VATER.

16, 10. ἐκ τῶν ἀπαγγελλόντων.] Chori pars apud Sophoclem in Trachin. 869. cernens ad se venire anum, e domo reginae prodeuntem, tristem obductoque supercilio, cognovit inde ipsam aliquid novi incommodi nuntiaturam esse: quare admonuit reliquas, ut id expectarent. VICTOR.

16, 10. Δεῖ διηγεῖσθαι] Abest δεῖ ab Ald. Bas. Ricc. Spir. BUHLE.

16, 10. Καὶ ἐνίοτε καὶ ἐν ἀρχῇ] Restitui lectionem Isingr. Inepte vulgo: καὶ ἐνίοτε οὐκ ἐν ἀρχῇ. Georgius Trapezuntius: *et nonnunquam in ipso principio.* BUHLE.

16, 11. ἐν δὲ δημηγορίᾳ ἥκιστα.] Dionysius Halic. A. Rhet. X. 14. ὅλη μὲν ἰδία συμβουλευτικὴ διηγήσεως οὐ δεῖται· ἴασι γὰρ

οἱ βουλευόμενοι περὶ ὧν σκοποῦνται, καὶ δέονται μαθεῖν, ὃ πρακτέον ἐστὶν, οὐχ ὅ περ βουλευτέον.

16, 11. Ποιεῖ ἔργον] Sic legunt omnes libri MSti. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ποιοῦσι. Minus bene. BUHLE.

16, 11. Ἡ Καρκίνου ἐν τῷ Οἰδίποδι] De *Carcino*, Tragico Atheniensi, vid. Harles. Bibl. Gr. Fabric. T. II. p. 290. BUHLE.

16, 11. Καὶ ὁ Αἴμων] Vid. Sophocl. Antig. vs. 635 sq. BUHLE.

CAP. XVII.

17, 1. Τὰς δὲ πίστεις.] Statuum doctrinam, Aristoteles hoc loco et capitibus duobus præcedentibus delineat tantum, quam Hermogenes libro peculiari περὶ στάσεων, et seculo superiori P. J. Nunnesius Lib. 2. Instit. Rhetor. plenius tradiderunt. Plures qui eandem doctrinam illustrarunt veteres, recentes, deperditos, superstites, editos, ineditos, recenset Ger. Vossius Instit. Orat. I. 11. p. 177. SCHRADER.

17, 1. Καὶ ὅτι οὐ τοσόνδε] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ἢ ὅτι οὐ τοσόνδε. BUHLE.

17, 2. ἐν ταύτῃ τῇ ἀμφ. μ.] Idem tradit Ethic. Nic. V. 2. Exemplum erunt Caius et Sempronius, quorum hic illum in judicium vocat, quod pecuniam depositam sibi reddere recusat. In hoc casu aut Caius aut Sempronius erit improbus; Sempronius, si repetit, quod nunquam se deposuisse novit: Caius, si depositum diffitetur. SCHRADER.

17, 2. Ὥστ' ἐν τούτῳ χρονιστέον] Cod. antiquissimus Victorii, et vetus interpres Latinus: ὥστ' ἐν τούτῳ χρηστέον. Minus bene. BUHLE.

17, 2. Ὥστ' ἐν τούτῳ χρονιστέον.] Præter cod. Victorii et priscum Intpr. etiam Schol. Gr. χρηστέον habet; quæ lectio, testibus vetustissimis probata, per se est commendabilis. Nam ut ἐν τούτῳ verbis ἐν τοῖς ἄλλοις respondeat, ita intelligendum est, ut suppleas, ἐν ταύτῃ τῇ ἀμφισβητήσει περὶ τοῦ δικαίου, id quod, si χρονιστέον legitur, non sine magno incommodo subaudietur. Χρηστέον vero convenit: *Itaque in hoc genere adhibendum est* (id, ut moneas, necesse esse, ut litigantium alteruter improbus sit); *in ceteris generibus non itidem*. VATER.

17, 2. ἐν τούτῳ χρηστέον.] Scholiastes ad h. l. Ὥστε ἐν τούτῳ, ἤτοι, τῇ ἀμφισβητήσει περὶ τοῦ εἰ γέγονεν ἢ μὴ, χρηστέον τῷ δεικνύειν τὸν ἕτερον πονηρόν· οὐ γὰρ ἔχει προβάλλειν τὴν ἄγνοιαν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἤτοι, τῇ ἀμφισβητήσει τῇ περὶ τοῦ εἰ δίκαιον ἢ μὴ, εἰ μέγα ἢ μὴ, οὐ χρηστέον τῷ δεικνύειν τὸν ἕτερον πονηρόν· λέξει γὰρ ἐκεῖνος, ὡς ἠγνόουν.

17, 3. Ὅτι καλὰ καὶ ὠφέλιμα] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. ὅτι καλὰ ἢ ὠφέλιμα. BUHLE.

17, 3. Καλὰ καὶ ὠφέλιμα Victorius dedit ex libris optimis; edd. vett. καλὰ ἢ ὠφέλιμα habent, quod ex §. 4. et 5. huc translatum esse dixerim. VATER.

17, 4. Ἐκτὸς τοῦ πράγματος] Cod. antiq. Vict. et vetus interpres Latinus: ἐκ τοσούτου πράγματος. BUHLE.

17, 5. Ἡ μὲν γὰρ] Victorius subaudit συμβουλή. Mallem, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ suppleas πίστις: *Illa argumentatio de futuris instituitur*, idque has ob caussas. Cum ante παραδείγματα dicerentur δημηγορικώτατα esse, intelligebantur πίστεις παραδειγματώδεις; præterea πίστις certe supplendum est in sequentibus, ἡ δὲ περὶ ὄντων. VATER.

17, 5. ἡ μὲν γὰρ] Δημηγορία scil. ἡ δὲ, i. e. δίκη. VICTOR.

17, 5. Περὶ ὄντων] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. περὶ τῶν ὄντων. BUHLE.

17, 6. καταβλάπτει ἄλληλα] Mutuo se impediunt ac labefactant. Id autem fieri arbitror, ut ipse quoque significare videtur, quia obruunt eos, qui audiunt: ingenia enim, quæ bonis artibus exculta non sunt, nec tam subtilibus disputationibus assueta, ut eorum, qui res judicant, plerumque sunt, defatigantur: antequam enim unum perceperint, alterum et deinceps tertium supervenit: ut nullam ita prolata vim habere videantur, nec quicquam efficiant. VICTOR.

17, 6. Ὦ φίλ'] Verba Menelai ad Pisistratum, Nestoris filium, ap. Homer. Odyss. Δ. 204. BUHLE.

17, 7. μὴ περὶ πάντων.] Quintil. V. 12. *In rebus apertis argumentari, tam sit stultum, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre.* SCHRADER.

17, 8. ἀφανίζουσιν.] Vide Twining. Int. Poët. p. 494.

17, 8. οὐ γὰρ ἔχει κ. τ. λ.] Nempe quatenus est demonstratio, i. e. quatenus rei veritatem ex certis principiis colligit. At si pars ejus sit sententia, quod interdum contingere Rhet. II. 21. docetur, mores quoque continebit. Interim certum est, quod in oratoris amabiles mores, oratione expressos, intentus, iisque delectatus animus auditoris, enthymematum vim simul advertere non possit. SCHRADER.

17, 9. Καὶ ἐγω δέδωκα] Abest καὶ ab Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Major. BUHLE.

17, 9. Τούτῳ μὲν γὰρ] Non agnoscunt μὲν Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. BUHLE.

17, 10. Ἐπιμενίδης.] Vide Casaubon. ad Diog. Laërt. Lib. I. in Epimenide.

17, 10. Καὶ ὁ νόμος.] Mala interpunctione in exemplis tantum non omnibus sententia loci obscuratur. Verba, ἐκεῖ

(scil. in genere judiciali) δὲ περὶ τὸ γεγονὸς, usque ad εὑρεῖν ἀπόδειξιν, ad declarationem generis judicialis pertinent. Ut hæc: *Demonstrationi judiciali, quasi fundamentum, lex inservit; quod cum tibi fuerit exordium, probationem facile invenies.* Contra ad ea, quæ statim sequuntur, καὶ οὐκ ἔχει πολλὰς διατριβὰς, ex antecedentibus supplendum est: καὶ τὸ δημηγορεῖν οὐκ ἔχει. Idque necessario intelligi, exinde cernitur, quod hæc neutiquam conveniunt generi judiciali, ubi sane locus est *commorationibus* (διατριβαῖς), in quibus adversario detrahatur, orator contra se commendet. Præterea, quæ adjiciuntur, Ἀλλ' ἥκιστα πάντων, sensu suo carent, nisi subaudias, *minime omnium* deliberativum genus *habet commorationes.* Victorii auctoritas favet huic rationi. Qua si utamur, interpungendum est: ἀδήλων δέ· καὶ ὁ νόμος — δικανικοῖς· ἔχοντα — ἀπόδειξιν. Καὶ οὐκ ἔχει. VATER.

17, 10. καὶ οὐκ ἔχει.] Deliberativum scil. VICTOR.

17, 10. διατριβάς.] Διατριβὴ, *commoratio*, excursio, et quoddam ἐπεισόδιον, quo orator subinde utitur, ornatus atque amplificationis gratia. ERNESTI Lex. Techn.

17, 10. Συμμαχικῷ.] Περὶ εἰρήνης hanc orationem nunc inscribunt: hanc enim arbitror nunc intelligi ab Aristotele. VICTOR.

17, 11. τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐ.] h. e. inserere orationi laudes quarundam rerum, quæ sint ab argumento quidem diversæ, et ob id minus necessariæ, at argumento tamen affines, et amplificandi caussa annexæ. Vox est ad orationes translata a poëmate, in hoc enim ἐπεισόδιον dicitur id, quod præter argumentum, augendi ornandive gratia, poëmati miscetur, nec arcessitum tamen longe, sed fabulæ cognatum est. Vide Gerardi Vossii Instit. Poët. I. 4. SCHRADER. Vide Ernesti Lex. Techn. in v. ἐπεισοδιοῦν.

17, 11. Ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις verti solet cum Victorio, *augendo et cumulando laudes refertam reddere orationem*, quod non satis definitum videtur. Ἐπεισοδιοῦν significat *a re tractanda digredi ad rem aliam*, idque maxime perspicitur ex Poët. c. 9. 17. et 24. Orationi demonstrativæ accommodatissima sunt episodia, desumpta a laude aliorum, quam in quæ jam ipsum laudantis consilium fertur. Alio significatu ἐπεισόδιον dicitur Poët. c. 12. de maxima tragœdiæ parte, quæ tum agitur, cum chorus in scena versatur. VATER.

17, 11. Ἰσοκράτης.] Cum enim Busiridem ornandum suscepisset, digreditur in laudes regionis, in qua ille regnavit: ac loci naturam, ubertatemque agrorum: necnon opportunitatem fluvii commendat: deinde instituta sacerdotum in cælum fert: sed etiam Pythagoram celebrat, qui inde philosophiam in Græciam asportavit. Idem etiam facit in lau-

datione Helenæ: explicat enim virtutes et facta præclara Thesei: ornat Paridem: de pulchritudine disserit, eamque extollit. VICTOR.

17, 11. Τοῦτό ἐστιν] Margo Ven. ταὐτά ἐστιν. Minus bene. BUHLE.

17, 11. Τοῦτό ἐστιν] Cod. Victorii et priscus Intpr. ταῦτό ἐστιν. VATER.

17, 11. Εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει] Codd. MSti et vetus interpres Latinus: εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγων. In sequentibus revocavi pristinam lectionem τὴν θεὸν, nam apparet ex contextu, *Thetidem* simul a Gorgia celebrari solitam fuisse, quando Achillem ille prædicaret. Victorius Codd. MStorum fidem secutus dedit τὸν θεὸν, et *Jovem* intellexit. Non probo. Legunt tamen ita edd. recentiores omnes. Georgius Trapezuntius adeo vertit: *postremo Jovem*. BUHLE.

17, 11. Ὃ τοιόν γε ἐστ.] Cod. Vict. et vetus interpres Lat. ἢ τοιόνδε ἐστ. Aliæ edd. ὃ τοιόνδε ἐστ. Nihil mutandum duxi. BUHLE.

17, 11. Ὃ τοιόν γε ἐστίν.] Hæc lectio manavit ex ed. Sylburg. Edd. Ald. Bas. Victorii, Cam. itemque ex libris scriptis antiquissimus, fortassis et ceteri, Intpr. priscus et Schol. Gr. τοιόνδε habent. Ita igitur scribendum est, nec vis propria τοῦ γε hic quadrat. Sensus est: *quod est ejusmodi*, scil. quo præcepimus utendum esse. VATER.

17, 13. Μᾶλλον δῆλον, ὅτι συλλελόγισται] Verba δῆλον, ὅτι reposita sunt a Victorio e MStis. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. ea non habent. Neque expresserunt interpretes. BUHLE.

17, 14. ἁπαντᾷν.] Vide Ernesti Lex. Techn. in v.

17, 14. Καὶ προδιασύροντα] Ven. Cam. et Major. καὶ προσδιασύροντα. BUHLE.

17, 14. Καλλίστρατος] Vide ad Rhet. I, 24. BUHLE.

17, 14. Οὕτως τότε] Ven. Cam. et Major. οὗτος τότε. Minus bene. BUHLE.

17, 15. Ὕστερον δὲ λέγοντα] Morel. Sylburg. Casaub. Duvall. Londin. ἕτερον δὲ λέγοντα. Perperam. BUHLE.

17. 15. Ἀντισυλλογιζόμενον] Cod. antiq. Victor. et vetus interpres Latin. συλλογιζόμενον. BUHLE.

17, 15. ἄνθρωπον προδιαβεβλημένον.] Hoc se fecisse in P. Sylla defendendo ipsemet Cicero testatus est: prius enim quam vitam moresque hominis commendaret, remotumque eum esse natura doceret a gravibus culpis ac sceleribus, quorum arguebatur, dissolvit crimina quæ ipsi objecta fuerant: videbat enim, cum tanta illa et tam atrocia forent, omnem conatum ejus irritum futurum fuisse, in laudando ejus ingenio animique probitate. Verba ejus sunt: *Jam enim faciam, criminibus omnibus fere dissolutis, contra atque in ceteris cau-*

sis fieri solet, ut nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam: et quæ sequuntur. VICTOR.

17, 15. χώραν.] Vide Ernesti Lex. Techn. in v.

17, 15. Ταῖς θεαῖσι] Euripid. Troad. vs. 969. Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. τοῖς θεοῖς. Male. BUHLE.

17, 15. ἐν τούτοις.] Ita loquitur, ac si totam hic Hecubæ orationem posuisset: vel potius, si quæ antea ab Helena dicta fuerant, recordaremur: in his enim, inquit, primum aggressa est, atque confutavit, quod insulsissimum erat, nec magnopere causam Helenæ adjuvabat: respondet namque parti illi, qua tradidit aliquando oportere πρὸς εὐέλεγκτα pugnare: quod autem hoc in veris quoque causis facere prosit, inde arbitror fieri, quod unum alterumve argumentum eversum ac confutatum, reliqua quoque videtur infirmare, atque hebetiora reddere. VICTOR.

17, 16. ἀντιλογίαν ἔχει valet, exposita esse huic malo, ut inveniant qui libenter reprehendant, atque illis sententiis adversentur. Isocrates quoque eadem pæne vitia in hoc genere orationis, cum aliquis suas laudes prædicat, esse dicit in oratione περὶ ἀντιδόσεως. VICTOR.

17, 16. Ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ] Id est, in Orat. ad Philippum. Vid. p. 96. D. SCHRADER.

17, 16. Ἀντιδόσει.] Intelligere videtur orationem, quam nunc περὶ ἀντιδόσεως inscribunt: in exordio enim ipsius consilium suum aperit Isocrates, et ut hæc mala, incommodaque evitaret, quæ fugere non possunt, qui sine causa necessaria se ac res suas laudant, coactusque videretur non sponte, de se ipso tam multa prædicare, simulque omnia complecti posset, fatetur se in ea finxisse cuncta illa sibi ab adversario exprobrata. Quæ cum diligenter diluat, res interim suas ornat, atque id citra invidiam facit, nec oratio longa videri potest: cui enim periculum creatur, nihil relinquere debet, quod saluti sibi esse possit. Cum diligenter igitur totum librum legerim, nihil aliud videre illic potui, quod huic loco accommodatum sit: ejusque, quod nunc traditur, exemplum aliquo modo esse valeat: nullum tamen illic orator loquentem inducit: nec, quæ ipse commode dicere non poterat, alium dicere facit: quod nunc fieri debere, exemplo videtur confirmare velle Aristotelem: suspicari aliquis fortasse posset, alteram ipsum ejusdem orationem intellexisse, quæ eundem indicem haberet, si eam edidit: bis enim causam dixit Isocrates hoc nomine, ut Plutarchus in vita ipsius narrat: duoque diversis temporibus, in judicium eum vocarunt, et Megaclides quidam, et Lysimachus. Ea autem, quæ nunc in manibus est, respondet Lysimacho: Megaclidi enim occurrit, cum ipse morbo impediretur, Apharei, adoptivi filii, ore, atque ex eo judicio victor discessit. In ea igitur, quæ ve-

tustate amissa est, aliquid fortasse hujuscemodi legebatur. VICTOR.

17, 16. Καὶ ὡς Ἀρχίλοχος.] Hoc etiam, ut ipse docet, Archilochus tenebat: qui cum Lycamben, cui graviter iratus erat, vel potius filiam ejus, quam acerbo item odio prosequebatur, omnibus probris, ac maledictis vexare vellet, non ipse in eos dixit, sed patrem de filia turpiter loquentem in iambo induxit. Non continentur autem hoc uno versiculo flagitia illius impuræ domus, sed omni illo carmine, cujus hoc initium erat: nam octo quoque, qui hunc ipsum sequuntur, apud Stobæum capite περὶ ἐλπίδος, nihilominus illa non explanantur: sententia autem horum versuum, quos videre possumus, hæc est. Id spectatum, ac factum esse quod, quia antea fieri non posse credebatur, quasi fidem facit, nihil esse, quod non sperari possit, ac debeat: quid autem id sit, non apparet: exordium hujus rei exponendæ, quod longum est, simile parque est Virgilianæ illi sententiæ. *Mopso. Nisa datur: quid non speremus amantes? Jungentur jam gryphes equis, ævoque sequenti cum canibus timidi venient ad pocula damæ.* Patrem autem Lycamben filiabus turpia quædam ac nefaria apud Archilochum suasisse, inde etiam intelligi licet, quod ipsæ ita illi respondere inducuntur, et ob conscleratum illum, ac fœdum sermonem eum stultitiæ insimulare. πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω λόγον; Τίς σὰς παρῆειρε φρένας; Qui Archilochi locus ab Hephæstione in Enchiridio adducitur, ubi de iambo versu præcipit: posterior vero versiculus a Demetrio quoque Phalereo in commentario de elocutione. Χρημάτων, in Archilochio versu, citato ab Aristotele, *rerum*, ut sæpe, non *pecuniarum* significare, apertum est. ἀπώμοτον autem, (quo verbo Sophocles in Antigona paucis versibus iterum usus est: et Plato in sexto libro de legibus) quod aliquis possit jurejurando concepto affirmare non futurum. VICTOR.

17, 16. ἐν τῷ ἰάμβῳ.] Vide Tyrwhitt. ad Poët. §. XXXVII.

17, 16. Καὶ τὸν Χάρωνα.] Idemque Charonem fabrum inducit vituperantem (ut suspicor) aut Lycamben ipsum, aut filias, aut aliquem inimicum suum in iambo, cujus initium est, ut Aristoteles inquit: Οὔ μοι τὰ Γύγεω. Longius autem idem carmen contexuit Plutarchus in libro de securitate p. 470: Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει: nihil tamen ne illic quoque, quod ad Charonem pertineat, aut notam alicui inurat: significatur enim illo, ipsum flocci non facere divitias Gygis, opulentissimi Lydiæ regis. Idem pæne principium habet suavissimum carmen, quod in tertio libro epigrammatum legitur: sed illud non ab Archilocho, sed ab Anacreonte Teio conditum existimatur: sententiæ autem illius omnes molles ac delicatæ. VICTOR.

17, 16. Καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα] Omisit hæc verba Georgius Trapezuntius. Conf. Hartung. Decur. I, 3.

17, 16. τὸν Αἶμονα.] Repetendum e superioribus et ἀπὸ κοινοῦ, ut veteres grammatici loquuntur, ποιεῖ λέγοντα. VICTOR.

17, 17. Δεῖ δὲ καὶ μεταβάλλειν] Abest καὶ ab Ald. Bas. et Ricc. BUHLE.

17, 17. χρὴ δὲ τὰς διαλλαγάς.] Eandem pæne sententiam affinxit Isocrates Archidamo Spartano, cui orationem scripsit, quam haberet in rebus adversis suæ civitatis: admonet enim ille oportere fœdus omnes icere, cum aut hostes superarint, aut ipsis viribus ac fortuna non cedant. Asdrubal quoque apud T. Livium, cum moneret P. C. ut rebus secundis moderate uterentur, dixit, *Si se atque Hannonem audissent cives sui, et ipsi tempore uti voluissent, daturos fuisse pacis conditiones, quas tunc victi peterent.* VICTOR.

17, 17. Εὐτυχοῦντας δεῖ καταλλάττεσθαι] Non habent istud commation Ald. Ven. Bas. Cam. Major. Restituit illud e Codice ant. et vetere versione Latina Victorius. BUHLE.

CAP. XVIII.

18, 1. Περὶ δὲ ἐρωτήσεως.] *Interrogatio*, quæ non nisi ex formis pronuntiatorum una est, huc non pertinet: ejus tractandæ in prima hujus libri parte locus fuisset. Sed cum veterum orationes interdum interrumperentur compellatione et interrogatione adversarii: ostendendum erat, ubinam interrogandum esset. VATER.

18, 1. Conf. Topic. lib. VIII.

18, 1. Εἰρηκὼς ᾖ] Sic e Codd. recte emendavit Victorius, assentientibus etiam vetere interprete Latino et Georgio Trapezuntio. Ald. Ven. Bas. et Cam. ἐρωτηκὼς ᾖ. Scribendum saltem fuisset ἠρωτηκὼς ᾖ. BUHLE.

18, 1. Συμβαίνει.] Ed. Cam. συμβαίνοι. VATER.

18, 1. Λάμπωνα.] Lamponis hujus meminit Plutarchus v. Periclis p. 154. F. Aristophanes item Av. 521. VICTOR.

18, 1. Τῶν τῆς Σατείρας ἱερῶν] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. τῶν τῆς σωτηρίας ἱερῶν. Mendose. BUHLE.

18, 2. Τὸ δὲ ἐρωτήσαντι] Ven. Cam. Major. τῷ δὲ ἐρωτήσαντι. Sed nostrum tuetur jam margo Ven. BUHLE.

18, 2. Πυθόμενον γὰρ] Ald. Bas. et Ricc. πυθόμενος γάρ. Isingr. πυθομένους. BUHLE.

18, 2. τὸ φανερὸν.] Cum unam tantum propositionem interrogaveris, non debes rursus interrogare, quod perspicuum est, sed statim concludere. Planum igitur est posteriore hac percunctandi ratione concludi ἐνθυμηματικῶς: una enim tantum propositio, cum altera nota sit, negotium conficit: prior

vero illa *συλλογιστικῶς*: ambæ enim sumuntur.—Valde autem accommodatum exemplum est præcepto huic explicando: sic enim Socrates cum Melito egit: num in sermone ipse crebro dæmonii cujusdam, quod valde sequeretur, mentionem faceret: cum concessisset id Melitus, interrogavit, nonne dæmones, sive deorum filii essent, sive res aliqua divina; quod inficiari ipsum non posse intelligebat; neque enim alia ulla de illis notio in animis mortalium erat. Omisit autem, ut perspicuum, Qui concedit filios esse, et patres quoque necessario concedit, atque ex priore illa prolata, posteriore vero intellecta, *ἐνθυμηματικῶς* conclusit, et quasi illum dementiæ condemnavit. VICTOR.

18, 2. **Μελήτου.**] Insigne est scholion servatum in membranis Platonis olim Clarkianis, nunc vero Bodleianis, quod non erit inutile hic integrum apponere, præsertim quum plurima ejus verba omiserit catalogi MSS. Clark. conditor p. 72. Habet itaque MS. iste, Elmsleio teste, sequentia: Οὗτος ὁ Ἄνυτος Ἀνθεμίωνος ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος γένος, Ἀλκιβιάδου ἐραστὴς, πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς· ὅθεν καὶ σκωπτόμενος ὑπὸ Σωκράτους διὰ τοὺς ἔπεισε μισθῷ Μέλητον ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους· μέμνηται Λυσίας ἐν Σωκράτους Ἀπολογίᾳ, καὶ Ξενοφῶν ὁμοίως, καὶ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Σωκράτους βίῳ, Θεόπομπος δὲ Σρατιώτισιν Ἐμβάδας αὐτὸν εἶπεν παρὰ τὰς ἐμβάδας, ἐπεὶ καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσιν εἰς σκυτέα αὐτὸν σκώπτει. Μέλητος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητὴς, Θρᾷξ γένος, ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις Πελαργοῖς Λαΐου υἱὸν αὐτὸν λέγων· (ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιποδειανέθηκεν, ὡς Ἀριστοτέλης Διδασκαλίαις·) ἐν δὲ Γεωργοῖς ὡς Καλλίαν ποιαίνοντος αὐτοῦ μέμνηται· μέμνηται αὐτοῦ καὶ Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ.

18, 2. **Οὐ φάσκοντος αὐτὸν θεοὺς νομίζειν.**] Edd. Ald. Bas. *φάσκοντος αὐτὸν θεοὺς οὐ νομίζειν*; facilior verborum constructio, quæ tamen correctionis speciem habet. Statim post pro *εἴρηκεν*—*ἤρετο* priscus Intpr. et cod. Victorii, *εἴρηκεν, ὡς ἂν δαιμόνιον τι λέγοι, ἤρετο.* VATER.

18, 2. **Εἴρηκεν, εἰ δαιμόνιόν τι λέγοι. ὁμολογήσαντος δὲ, ἤρετο**] Cod. ant. Victorii: *εἴρηκεν, ὡς ἂν δαιμόνιόν τι λέγοι, ἤρετο.* BUHLE.

18, 2. Plato in Apol. p. 27. B. Ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ ἀπόκριναι, ἐσθ' ὅστις δαιμόνια μὲν νομίζει πράγματα εἶναι, δαίμονας δὲ οὐ νομίζει.

18, 3. **Ἡ παράδοξον**] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. Major. *ἢ παράδοξα.* BUHLE.

18, 3. **Θορυβεῦσιν ὡς ἀποροῦντες.**] Majoragius vertit, *perturbantur auditores, ac dubitant*; Victorius dicit *θορυβεῖν* intransitive positum esse pro *trepidando*; cujus loquendi usus exempla vix invenies. Equidem arbitror, *θορυβεῖν* hic eam, quam Twiningius alibi alieno loco inferebat, tenere significationem *interpellandi cum strepitu*, id quod faciunt auditores, qui hæ-

sitant, quique putant, inanem esse oratoris argumentationem, seque ab eo decipi. VATER.

18, 4. Ἄλλως] Nisi aliqua istiusmodi opportunitas afferatur, interrogatione abstinendum est. Extra enim quatuor jam recensita tempora adversarius interrogatus, fiet fortasse ut ille commode respondeat, adeoque ipse vincat, et tu ridearis, quod Philippo accidit, qui cum L. Crassum interrogasset, *qui latras?* id responsi tulit, *Furem video.* SCHRADER.

18, 4. Ἄλλως δὲ μὴ ἐγχειρεῖν] Margo Ven. ἐγχωρεῖν. BUHLE.

18, 4. διὰ τὴν ἀσθένειαν τ. ἀ.] Dialecticis interrogationes sunt familiares, versabantur enim inter doctos, at oratori cum multitudine res est. Quæ cum hujusmodi captionum capax non sit, harum usus frequentior a studio quoque oratoris erit alienior. SCHRADER.

18, 4. συστρέφειν, *contrahere*, de brevitate enim et compendio orationis agit. Eodem intellectu cepit Demetrius §. 8. Ὥσπερ τὰ θηρία, συστρέψαντα ἑαυτὰ, μάχεται, τοιαύτη τις ἂν εἴη συστροφὴ καὶ λόγου. Et Dionys. Halic. in v. Isocratis c. 11. ἐν τῷ συστρέφειν τὰ νοήματα, καὶ στρογγύλως ἐκφέρειν, ὡς πρὸς ἀληθινοὺς ἀγῶνας, Αυσίαν ἀποδέχομαι. VICTOR. Vide eundem de Lysia c. 6. et 13.

18, 5. Φανερὸν δ' ἡμῖν ἔστω] Eædem edd. ἔσται. BUHLE.

18, 6. Καὶ συμπεραινόμενον] Ven. Cam. Major. καὶ πρὸς συμπεραινόμενον· non male, ut mihi saltem videtur. Victorius præpositionem sustulit, quoniam a Codd. et vetere versione Latina abest. BUHLE.

18, 6. Καὶ συμπεραινόμενον.] Ed. Ven. Cam. καὶ πρὸς συμπεραινόμενον, quæ explicatio est et correctio, in nullo libro scripto, nec in prisco Intpr. nec in edd. Ald. Bas. reperta, quaque, puto, facilior conjectura esset, συμπεραινομένου. At mutationis necessitas tanta non suppetit, quod hoc vel anacoluthon est, vel πρὸς ut suppleas, id ex antecedentibus collectum iri existimavit Aristoteles. VATER.

18, 6. Οὐκοῦν, ἔφη.] Hæc lectio edd. Lips. et Bipont. sensu apto caret. Omnia, quæ vidi, exemplaria cetera, ἔφη. Οὐκοῦν habent: *Ait*, affirmavit *ille*. (Tunc Pisander perrexit:) *Nonne* etc. In illo, nulla auctoritate adjuto, inter utramque quæstionem desideratur, quid Sophocles responderit. VATER.

18, 6. Ταὐτὰ τούτοις ἔθου] Isingr. ταῦτα τ. ἔθου. Perperam. BUHLE.

18, 6. Καὶ ὡς ἔφη] Ven. Cam. Major. καὶ ὃς ἔφη. In marg. Ven. ὃς ἔφη, omisso καί. Utrumque male. BUHLE.

18, 7. Γοργίας.] Præcepti hujus Gorgiæ mentionem fecit, Victorio teste, Olympiodorus in comm. ad Platonis Gorgiam, quem descripsisse videtur Scholiastes a Ruhnkenio editus p. 111. Τοῦτο παράγγελμα Γοργίου, τὸ τὰς σπουδὰς τῶν ἀντιδίκων γέλωτι ἐκλύειν, τὰ δὲ γελοῖα ταῖς σπουδαῖς ἐκκρούειν.

18, 7. περὶ Ποιητικῆς.] Mutilus est cum multis aliis et iste Aristotelis libellus. Ad hunc ergo cum ista libri facie Aristoteles nos frustra remittat, nos e Ciceron. De Orat. II. 54. seqq. Quintil. Instit. Orat. VI. 3. et Demetrio περὶ Ἑρμ. p. 145. sq. qualecunque petemus supplementum. SCHRADER.

CAP. XIX.

19, 1. ἐπίλογος.] V. Ernesti Lex. Tech. in v.

19, 1. Πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι.] Edd. Ald. Bas. Cam. κατασκευάζειν.—Δεῖ στοχάζεσθαι. In ed. Cam. δεῖ non legitur. VATER.

19, 1. Καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως] Ex emendatione Victorii, quam libri MSti, et vetus interpres Latinus confirmant. Ald. Ven. Bas. Cam. καὶ τὸν ἐναντίον φαῦλον, quod non quadrat ad præcedens εὖ. BUHLE.

19, 1. Τὸ ἐπαινεῖν, καὶ ψέγειν, καὶ ἐπιχαλκεύειν] Eædem edd. ut et Ricc. Spir. et Major. repetito articulo: καὶ τὸ ἐπαινεῖν, καὶ τὸ ψέγειν, καὶ τὸ ἐπιχαλκεύειν. BUHLE.

19, 1. ἐπιχαλκεύειν.] *Auditoris animum sibi conformare et conciliare.* Τὸ ἐπιχαλκεύειν metaphorice dictum pro κατασκευάζειν ἑαυτῷ εὖ τὸν ἀκροατήν. Lucem huic verbo adfert locus Aristoph. Nub. 421. ubi Strepsiades Socrati filium erudiendum corrigendumque traditurus dicit, ἕνεκα τούτων ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν, velim ut eum accipias veluti in incude formandum, h. e. corrigendum, erudiendum, et a pristina vita mutandum. Schol. explicat παιδεύεσθαι οἱονεὶ ἄκμων. ERNESTI Lex. Techn.

19, 1. Πόθεν σπουδαίους—καὶ φαύλους tam otiosum est, ut, si quid aliud, hoc scholii speciem habere putem. VATER.

19, 1, Est glossema πόθεν—φαύλους. WOLF.

19, 2. Δεδειγμένων ἤδη] Ald. Ven. Bas. Cam. Ricc. Spir. et vetus interpres Latinus: δεδειγμένον ἤδη. Nostrum e Cod. antiquissimo dedit Victorius. Cf. Rhet. I, 9. BUHLE.

19, 2. Καὶ ταπεινοῦν] Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἢ ταπεινοῦν. BUHLE.

19, 2. Ἔκκεινται οἱ τόποι πρότερον] Rhet. I, 7, 9, 14; II, 7, 23. BUHLE.

19, 3. Καὶ οἷα καὶ ἡλίκα] Supple: τὰ πεπραγμένα. BUHLE.

19, 3. Ἄγειν τὸν ἀκροατήν] Ita dedit Victorius e Codd. Subintelligendum χρή. Ven. Cam. Major. ἄγει τὸν ἀκροατήν. Minus bene. BUHLE.

19, 3. Οἱ τόποι πρότερον] Rhet. II, 1—11. BUHLE.

19, 4. Ἵνα γὰρ εὐμαθῆ ᾖ] Cod. Victorii, et vetus interpres Lat. εὐμαθὴς, ut subaudiatur ἀκροατὴς vel λόγος. Georg. Trapezuntius vulgatum sequitur: *nam ut facilia intellectu sint.* BUHLE.

19, 5. Ὅτι, ἃ ὑπέσχετο, ἀπέδωκεν] Revocavi ὅτι ex Ven. Cam. et Major. sensu exigente. Vulgo διότι. BUHLE.

19, 5. Διότι ἃ ὑπέσχετο.] Διότι in exemplo novissimo ex ed. Veneta in ὅτι mutatum est. Sine caussa. In lectione διότι edd. Ald. Bas. Victorii (hujusque sine dubio etiam codices,) consentiunt. Ipsum quasi epilogi exordium adjicitur, ita tamen, ut non loquens orator introductus sit, sed indirecte ejus sermo declaretur. VATER.

19, 5. Ἢ μὴ κατ' ἀντικρὺ] Ex emendatione Victorii. Idem tuetur margo Ven. Ald. Bas. Ricc. εἰ μὴ κατ' ἀντικρύ. Ven. Cam. Spir. Major. εἰ κατ' ἀντικρὺ, omissa negativa. Non bene. BUHLE.

19, 5. Ἢ μὴ κατ' ἀντικρὺ est ex libris scriptis Victorii. Edd. vett. vel εἰ μὴ κατ' ἀντ. vel εἰ κατ' ἀντ. VATER.

19, 5. Περὶ τούτου — ταδὶ] Eædem edd. περὶ τοῦδε — τάδε. BUHLE.

19, 5. Ἐγὼ δὲ τάδε καὶ διὰ ταῦτα.] Cod. Victorii, ἐγὼ δὲ καὶ ἅδε καὶ ταῦτα. VATER.

19, 5. Ἢ οὕτος τί ἔδειξεν] Edd. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. ἢ δὴ οὕτως τί ἔδειξεν. Habet tamen Ven. nostrum in margine. BUHLE.

19, 5, Ἢ δὴ οὕτως, ἢ ἐκ παραβολῆς] Verba ἢ ἐκ παραβολῆς pro Scholio habet Victorius (Comment. p. 755), in qua conjectura ei adstipulor. Quod si verba retinere malis, pro ἢ saltem legendum est ἤγουν. BUHLE.

19, 5. Ἢ ἐκ παραβολῆς.] Hæc verba equidem non magis, quam Victorius Buhliusque, ferre possum. Nam utraque ratio, si ἐξ εἰρωνείας et ἐρωτήσεως argumenta adversarii cum tuis compares; ac si *pro ordine, quem ipsa natura præcipit*, argumenta tua, iisque expositis, adversarii colloces; utraque igitur hæc ratio *comparatio* est, quæ perorationem tractanti omnino commendata paullo ante cernitur. Itaque non convenit, ἢ ἐκ παραβολῆς vel ut tertium aliquid nominari, vel deleta particula ἢ cum sola prima parte conjungi. In Schol. Gr., quem Victorius refert jubere, ut voculam ἢ deleas, hæc correctio non invenitur. Schol. Gr. in sermone suo ἢ οὖν habet, quæ explicatio est, non lectio. Si retentis his verbis solummodo ἢ in ἤτοι vel ἤγουν mutare malueris; præter illud, quod jam dixi, obstat, quod Aristoteles alias ita non loquitur. VATER.

19, 5. ἢ ἐκ παραβολῆς.] Assentior P. Victorio ista verba pro glossemate habenti. SCHRADER.

19, 6. Ineptissimum mendum etiam nunc habet ipse finis libri, τελευτή. Ocius scribe mecum τελευτῇ, ut sit, τελευτῇ (τοῦ λόγου) ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος τῆς λέξεως. Nosti τὴν ἀσύνδετον rhetorum, σύνταξιν puta. Quid vulgatum significet, ἡ ἀσύνδετος τελευτὴ τῆς λέξεως, nullo modo comminisci possum. WOLF. Ita etiam scribendum suspicatur Victorius.

19, 6. Ἀσύνδετος.] Vide Ernesti Lex. Techn. in Διαλελυμένη.

19, 6. εἴρηκα.] Lysias orationem c. Eratosthenem pariter finit: ἀκηκόατε, ἑωράκατε, πεπόνθατε, ἔχετε, δικάζετε. V. et illam c. Andocidem p. 257. Idem tamen per polysyndeton claudit orationem primam c. Theomnestum. Cicero epilogo Cluentianæ itidem ponit asyndeta, at in quartæ Catilinariæ et illius quæ est pro Flacco perorationibus asyndeto jungit polysyndeton. SCHRADER.

INDEX

RERUM ET NOMINUM,

PRÆCIPUE

AUCTORUM IN HOC OPERE CITATORUM.

A.

ILLES irascitur Achivis in Te-
o insula, ii. 24, 6
i quænam fuerint peculiaria, ii.
12.
is laudandi materia, i. 3, 6. iii.
11.
i insula, glama Pirsei, iii. 10, 7
tiorum responsum regi Psamme-
o, iii. 16, 5
i, in Sophoclis Antigona, iii. 16,
17, 16.
demus quare miserit Geloni cot-
i, i. 12, 30
nis (Socratici) dictum de Cra-
, iii. 16, 10
is metaphoræ, iii. 10, 7
Fabulæ, ii. 20, 3. 5. 6
nis Tragici locus, ii. 19, 13. 24,

ipolis quid dixerit Apollini Del-
o, ii. 23, 12
fabula Theodectis, ii. 23, 20. 25
mas, epithetis utitur nimium cre-
iii. 3, 1
mantis metaphoræ frigidæ et lon-
itæ, iii. 3, 4. duplicia nomina,
, 1. voces peregrinæ, ibid. epi-
i frigida, ibid. 3. locus citatus,
, 11. Oratio Messeniaca i. 13, 3
dis familia quomodo degenera-
, ii. 15, 3
Apologus, iii. 16, 7
t Sapphonis dialogus, i. 9, 20
der, Oratio rhetoris cujusdam
ti, ii. 23, 8. 24, 7
dri (Paridis) laus, ii. 23, 12
on, fabula Theodectis, ii. 23, 3
bœæ dictum, ex eadem fabula,
, 3
Amasis in cæde filii non lacrymavit, super amicum mendicantem lacrymas effudit, ii. 9, 12
Amphiaraum Pittaci dictum in ii. 12, 6
Anaxagoras a Lampsacenis sepultus est, et memoria ejus ab iisdem in honore habita, ii. 23, 11
Anaxandridæ iambicum de filiabus alicujus, iii. 10, 7. celebre dictum, 11, 8. Γεροντομανία, fabula deperdita, iii. 12, 3.
Androclis Pitthei dictum de legibus, ii. 23, 22
Androtionis imago de Idrieo, iii. 4, 3
Antigone Sophoclea fratrem magis curat quam maritum et liberos, iii. 16, 9
Antimachi locus, de Teumesso, Bœotiæ colle, iii. 6, 7
Antiphontis Plexippus, ii. 2, 19. Meleager, ii. 23, 20. morituri dictum, ii. 6, 27.
Antisthenis imago de Cephisodoto, iii. 4, 3
Archibius, i. 15, 15
Archidamus, iii. 4, 3
Archilochus, quamvis maledicus, a civibus suis magno in honore habitus, ii. 23, 11
Archilochi duo loci citati, iii. 17, 16
Archytæ dictum, iii. 11, 5
Areopagitæ ἴξω τοῦ πράγματος dicere prohibebant, i. 1, 5
Argivi puniunt eos propter quos vel lex fertur, vel carcer ædificatur, i. 14, 4
Aristippi dictum in Platonem, ii. 23, 12
Aristogitonis et Harmodii amor, ii. 24, 5. statuæ in foro collocatæ, i. 9, 38

Aristophanis Babylonii, iii. 2, 15

Aristopho, ii. 23, 7
Athenienses Homeri testimonio usi sunt de Salamine, i. 15, 13. cum Epidauriis et maritimis paciscuntur, iii. 10, 7. inter Athenienses laudare facile, i. 9, 20. iii. 14, 15
Athos perfossus, iii. 9, 7
Attica Phiditia, iii. 10, 7
Attici rhetores ὑπερβολαῖς utuntur, iii. 11, 16
Autoclis dictum in Mixidemidem, ii. 23, 12

B.

Babylonii, fabula Aristophanis deperdita, iii. 2, 15
Biantis præceptum de amicitia, ii. 13, 4. 21, 13
Bœoti similes ilicibus, iii. 4, 3
Brysonis sophisma, iii. 2, 13

C.

Calliæ responsum Iphicrati, iii. 2, 10
Calliopes clamor, iii. 2, 11
Callippus erga Dionem quomodo se gesserit, i. 12, 29
Callippi rhetoris ars qualis fuerit, ii. 23, 14. 21
Callisthenes capitis damnatus, ii. 3, 13
Callistrati accusatio, i. 7, 13. Oratio Messeniaca, iii. 17, 14. Melanopi accusatio, i. 14, 1
Calydon, iii. 9, 4
Carcini Medea, ii. 23, 28. Œdipus, iii. 16, 11
Carthaginienses spoliati, i. 12, 18
Cephisodotus, iii. 4, 3
Cephisodoti dictum in triremes, iii. 10, 7. in concursus populares, ibid. de Charete, ibid. ad Athenienses, ibid.
Chabriæ accusatio, i. 7, 13. defensio, iii. 10, 7
Chæremon, poeta ἀκριβὴς, iii. 12, 2. Ejusdem Pentheus, ii. 23, 29
Chares ab Isocrate accusatus, in Oratione Sociali, sive de Pace, iii. 17, 10. Olynthiaci belli rationes reddit, iii. 10, 7
Charetis cum Eubulo lis, i. 15, 15
Charidemus, ii. 23, 17
Charon faber, in Archilochi Iambis, iii. 17, 16
Chii Homerum magnopere honorabant, ii. 23, 11
Chilo a Lacedæmoniis, quamvis literarum minime studiosis, in Senatorum numerum cooptatus est, ii. 23, 11
Chilonis præceptum, Μηδὲν ἄγαν, ii. 12, 14. 21, 13.
Chœrilus, iii. 14, 4. 6
Cimonis familia quomodo degeneraverit, ii. 15, 3
Cleon, iii. 5, 2. 8, 1
Cleophon contra Critiam Solonis Elegis usus est, i. 15, 13.
Cleophontis locutio ridicula, iii. 7, 2
Conon ad Evagoram se contulit, ii. 23, 12
Cononis dictum de Thrasybulo, ii. 23, 29
Coracis rhetoris ars unde sit conflata, ii. 24, 11
Corinthii quare irascantur Simonidi, i. 6, 24
Cratylus, iii. 16, 10
Critias, iii. 16, 3
Critiæ lis cum Cleophonte, i. 15, 13
Crœso datum oraculum, iii. 5, 4
Cycni fortitudo, ac cædes, ii. 22, 12
Cydias de Sami κληρουχίᾳ quid dixerit Atheniensibus, ii. 6, 24

D.

Darii expeditio, ii. 20, 3
Demadis dictum in Demosthenem, ii. 24, 8
Democratis dictum de Oratoribus, iii. 4, 3
Democriti Chii jocus in Melanippidem, iii. 9, 6
Demosthenis (ducis) dictum in Athenienses, iii. 4, 3
Demosthene de δίκη, ii. 23, 3
Diogenis Cynici dictum in cauponas Atticas, iii. 10, 7
Diomedes cur Ulyssem prætulerit, ii. 23, 20. iii. 15, 10
Diomedontis Publicani dictum de vectigalium redemptura, ii. 23, 3
Dioni quid fecerit Callippus, i. 12, 29
Dionysii cognomento Ænei locus ex Elegis, iii. 2, 11
Dionysius Siculus tyrannidem affectans custodiam petit, i. 2, 19
Dionysii prioris familia quomodo degeneraverit, ii. 15, 3
Diopithi mortuo munera a Persarum rege missa sero nimis pervenerunt, ii. 8, 11
Dorieus, victor Olympicus, i. 2, 13
Draconis leges, ii. 23, 29

E.

Eleatis quid responderit Xenophanes de Leucotheæ cultu, ii. 24, 27
Ἔλεοι, sive Miserationes, Thrasymachi, iii. 1, 7

Elis a Gorgia laudata, iii. 14, 11
Empedocles verbis ambiguis utitur, iii. 5, 4
Empedoclis locus, de non interficiendis animantibus, i. 13, 3
Epicharmus quomodo amplificatione usus sit, i. 7, 31
Epicharmi locus citatus, iii. 9, 10
Epidaurus, iii. 10, 7
Epigramma Simonidis in Olympicum victorem, i. 7, 32
Epimenides Cres, iii. 17, 10
Ergophilo accusato quid acciderit, ii. 3, 13
Evagoras, Cypri rex, quomodo ab Isocrate laudatus sit, ii. 23, 12
Eubulus Platonis dicto contra Charetem usus est, i. 15, 15
Euctemonis defensio, i. 14, 3
Eueni Parii pentameter, i. 11, 4
Euphrone Thebis occiso, reus cædis quomodo se defenderit, ii. 23, 3
Euripides, iii. 2, 5. 14, 6. ab Hygiænonte impietatis accusatus quid responderit, iii. 15, 8
Euripidis Hecuba, 864, 5. ii. 21, 2. Hippolytus, 988, 9. ii. 22, 3. 612. iii. 15, 8. Iphigenia in Aulide, 68, 9. ii. 24, 9. 80. iii. 11, 2. Iphigenia in Tauris, 727. iii. 6, 4. 1162. iii. 14, 10. Medea, 294, 5. ii. 21, 2. 6. 296, 7. ibid. Orestes, 234. i. 11, 20. Meleager, Fragm. I. iii. 9, 4. Troades, 1051. ii. 21, 5. 990. ii. 23, 29. 969, 971. iii. 17, 10. Telephus, Fragm. II. iii. 2, 10. Sthenobœa, Fragm. I. ii. 21, 2. Œneus, iii. 16, 7. Antiopa, Fragm. XXXIV. i. 11, 28. locus ex fabula incerta, Andromeda forte, i. 11, 8. locus alius, Fragm. III. ii. 23, 1.
Euripidis responsum ad Syracusios, ii. 6, 20
Εὐριβιάδης, fabula incerti Auctoris sic dicta, iii. 12, 3
Euthydemi ratio sophistica, ii. 24, 3
Euthynus, ii. 19, 14
Euxenus, iii. 4, 3

F.

Fabulæ Æsopicæ, ii. 20, 2. Libycæ, ibid.
Fabula Æsopi pro demagogo Samio, ii. 20, 6. Stesichori in Phalarin, ii. 20, 5

G.

Geloni κοττάβια ab Ænesidemo missa, et quare, i. 12, 30
Γερονταμανία, fabula Anaxandridæ deperdita, iii. 12, 3
Glauco Teius τὸ περὶ τὴν ὑπόκρισιν ῥητορικὴν pertractavit, iii. 1, 3
Gorgias duplicibus nominibus frequenter usus est, iii. 3, 1
Gorgiæ εἰρωνεῖαι, iii. 7, 11. metaphoræ longe petitæ, iii. 3, 4. λέξις ποιητικὴ, iii. 1, 9. procemium orationis Olympicæ, iii. 14, 2. encomium in Eleos, iii. 15, 11. dictum de hirundine, iii. 3, 4. de seipso, nunquam sibi orationem deesse, iii. 17, 11. debere seria adversariorum argumenta ridiculis evertere, et contra, iii. 18, 7
Græciæ luctus, iii. 10, 7. oculi, ibid.
Gygis opes, iii. 17, 16

H.

Harmodii et Aristogitonis amor, ii. 24, 5. statuæ Athenis in foro collocatæ, i. 9, 38
Hecabe Euripidis, in Troad. vs. 990, ii. 23, 29
Hegesippus. vid. Agesipolis
Helenam unde laudet Isocrates, ii. 23, 12
Heracliti (Ephesii) scripta interpunctu difficilia, iii. 5, 6
Herodici valetudo qualis fuerit, i. 5, 10
Herodici dictum de Thrasymacho, ii. 23, 27. de Polo, ibid. de Draconte legumlatore, ibid.
Herodoti Thurii Clio, 1. iii. 9, 2. Euterpe, c. 30. iii. 16, 5
Hesiodi locus, ii. 4, 21. 10, 6. vs. 248, 249. conferendi, iii. 9, 6
Hesione, Priami soror, iii. 15, 9
Hipparchi cædes, ii. 24, 5
Hippolochus, i. 9, 38
Homeri Iliad. A. 1. iii. 14, 6. 82. ii. 2, 7. 255. i. 6, 20. 356. ii. 2, 6. 477. iii. 2, 10. B. 160, 176. i. 6, 22. 196. ii. 2, 7. 298. i. 6, 22. 671, 2, 3. iii. 12, 4. 557. i. 15, 13. Δ. 126. iii. 11, 3. I. 588, 589, 590. i. 7, 31. 522. iii. 9, 9. 385, 388, 390. iii. 11, 16. 644. ii. 2, 6. Λ. 542, 3. ii. 9, 11. 573. iii. 11, 3. M. 243. ii. 21, 11. N. 587. iii. 11, 3. 799. ibid. O. 542. ibid. Σ. 109. i. 11, 9. ii. 2, 2. 309. ii. 21, 11. Υ. 164, 442, 445. iii. 4, 1. Φ. 168. iii. 11, 3. Ψ. 108. i. 11, 12. Ω. 54. ii. 3, 16. Odyss. A. 1. iii. 14, 6. Δ. 204. iii. 17, 6. Z. 327. iii. 14, 11. I. 504. ii. 3, 16. Λ. 597. iii. 11, 3. Ξ. 214. iii. 10, 2. O. 399, 400. i. 11, 8. T. 361. iii. 16. 10. X. 347. i. 7, 33. Ψ. 263, et seqq. iii. 16, 7
Homerus rebus inanimis metaphorice tribuit animata, iii. 11, 3. a Chiis magno in honore habitus, ii. 23, 11

Homeri testimonio usi sunt Atheniensis, i. 15, 13
Hygiænontis Ἀντίδοσις, contra Euripidem, iii. 15, 8

I.

Jasonis Thessali dictum, i. 12, 31
Idrieus, iii. 4, 3
Incerti Poetæ senarii, de gratia non referenda iis, qui non sponte, sed coacti, in nos beneficia contulerint, ii. 23, 1. locus, de Thestio, ut videtur, et Œneo, filiis orbato, ii. 23, 5
Incerti Poetæ loci duo, ex Hymno, ut videtur, in Apollinis honorem, iii. 8, 6. locus, de ira moderanda, ii. 21, 6. de invidia, ii. 10, 5. hexameter, i. 15, 14. ii. 21, 11. locus de valetudine, ii. 21, 5. fabula οἱ Εὐσεβεῖς dicta, iii. 12, 3. locus de quodam distorta crura habente, iii. 11, 13. de Philammone athleta, ibid. ænigma celebre, iii. 2, 12. locus (f. Epicharmi) ii. 21, 6. loci plures, iii. 8, 6. 11, 6. 8. 14, 5. metaphoræ, iii. 6, 7.
Incerti Oratoris dictum de Pitholao et Lycophrone, iii. 9, 7. dicta, ex Oratione de Alexandro, (Paride,) ii. 23, 8. 24, 7
Incertorum Auctorum loci, et exempla varia, ii. 23, 15. 18. 23. 24, 2. 7. 9. iii. 5, 2. 9, 9. 10, 7. 11, 7. 8. 13. 15. 12, 3. 4. 14, 3. 9. 15, 3. 16, 4. 5. 9. 17, 9
Jocasta, in Œdipo Carcini, iii. 16, 11
Iphicratis dictum de seipso, i. 7, 32. 9, 31. de Thebanis Philippo transitum in Atticam præbentibus, ii. 23, 6. de statua ipsi donanda, ex Orat. contra Harmodium, ii. 23, 6. ex eadem Oratione ii. 23, 8. contra Aristophontem, ii. 23, 7. in Calliam, iii. 2, 7. contra Charetem, iii. 10, 7. contra Nausicratem, iii. 15, 2. de filio suo, ii. 23, 17. de fœdere Atheniensium cum Epidauriis icto, iii. 10, 7
Ismeniæ et Stilbonis controversia, ii. 23, 11
Isocrates ἀντιστροφαῖς utitur, i. 9, 38. inter hortandum alios accusat, iii. 17, 10. Helenam unde laudet, ii. 23, 12. Orationes suas alienis laudationibus, tanquam episodiis, ornat, iii. 17, 11
Isocratis dictum de Euthyno, ii. 19, 14. Archidamus conferendus, p. 126. B. iii. 17, 17. Oratio περὶ τῆς Ἀντιδόσεως, iii. 17, 16. de Evagora, rege Cyprio, p. 199. C. ii. 23, 12. Helenæ Encomium, initio, iii. 14, 1. p. 212. et 215. D. ii. 23, 12
Isocratis Oratio Socialis, sive de Pace, iii. 17, 10. p. 179. E. iii. 11, 7
Isocratis Oratio ad Philippum, p. 84. C. iii. 11, 2. p. 84. E. iii. 10, 7. p. 90. B. iii. 11, 5. p. 94. C. iii. 11, 7. p. 96. D. iii. 10, 5. p. 96. D. iii. 17, 16. p. 108. A. iii. 11, 2. Oratio Panegyrica, initio, iii. 9, 7. 14, 2. p. 79. E. iii. 7, 11. p. 60. D. ibid. p. 47. D. iii. 9, 7. p. 48. E. ibid. p. 50. C. ibid. p. 55. B. ibid. p. 58. E. ibid. p. 62. D. ibid. p. 71. E. ibid. p. 78. E. ibid. p. 80. A. ibid. p. 78. D. iii. 10, 7. p. 76. D. ibid. p. 72. C. ibid. p. 66. B. iii. 17, 10
Italiotæ Pythagoram magnopere honorabant, ii. 23, 11

L.

Lacedæmonii Chilonem in Senatorum numerum cooptarunt, ii. 23, 11
Lacedæmoniorum fœminæ vitiosæ, i. 5, 6
Lacedæmone comam alere honestum, et quare, i. 9, 26
Laconica apophthegmata quibus locis conveniant, ii. 21, 8
Laconici cujusdam Ephori responsum, iii. 18, 6
Lampo a Pericle interrogatus quid dixerit, iii. 18, 1
Lampsaceni Anaxagoram sepeliverunt, et memoriam ejus diu coluerunt, ii. 23, 11
Leodamas, Callistratum et Chabriam accusans, quid dixerit, i. 7, 13
Leodamantis a Thrasybulo accusati defensio, ii. 23, 25
Leptinis dictum de Lacedæmoniis bello afflictis, iii. 10, 7
Leucotheæ cultus, ii. 23, 27
Libycæ fabulæ, ii. 20, 2
Licymnii dictum, iii. 2, 13
Licymnius, in arte sua, nova nomina, sed inania et nugatoria, invenit, iii. 13, 5. inter Poetas Dithyrambicos ἀναγνωστικὸς et ἀκριβὴς, iii. 12, 2
Lycoleon, Chabriam reum defendens, quid dixerit, iii. 10, 7
Lycophron, iii. 3, 1. in judicium vocatus—et quid dictum sit de eo, iii. 9, 7
Lycurgi leges Lacedæmoniis magnopere profuerunt, ii. 23, 11
Lysiæ locus, ex Oratione deperdita, ii. 23, 19. λόγος ἀντιφέρων iii. 10, 7

M.

Mantias, orator Atheniensis, ii. 23, 11
Marathonia pugna, ii. 22, 6

Medea, fabula Carcini deperdita, ii. 23, 28
Melanippides a Democrito Chio irridetur, iii. 9, 6
Melanopus a Callistrato accusatus, i. 14, 1
Meleager, fabula Antiphontis deperdita, ii. 23, 20
Messeniaca oratio. v. Alcidamas et Callistratus.
Miltiadis decretum, iii. 10, 7
Mixidemidis accusatio, ii. 23, 12
Mœroclis dictum, iii. 10, 7.
Mytilenæi Sapphonem honorabant, ii. 23, 11

N.

Nausicrates, iii. 15, 2
Nicanoris cædes, et judicum sententia de eadem, ii. 23, 3
Niceratus ὁ ῥαψῳδὸς, iii. 11, 13
Nireus, Græcorum pulcherrimus, ab Homero uno tantum in loco memoratur, iii. 12, 4

O.

Odyssea speculum vitæ humanæ, iii. 3, 4
Œdipus, fabula Carcini deperdita, iii. 16, 11
Œnei orbitas, iii. 16, 7
Olympici victoris cujusdam dictum de seipso, i. 7, 32. 9, 31
Olympionicarum præmium, i. 2, 13
Oraculum antiquum de Crœso, iii. 5, 4
Orestes, fabula Theodectis deperdita, ii. 24, 3

P.

Palamedes, in Γεροντομανίᾳ Anaxandridæ, iii. 12, 3
Pamphili ars qualis fuerit, ii. 23, 21
Parii Archilochum, quamvis maledicum, magnopere honorabant, ii. 23, 11
Pentheus, fabula Chæremonis deperdita, ii. 23, 29
Peparethiæ (Orationis forte pro urbe Peparetho habitæ) locus citatus, ii. 23, 11
Periandri Corinthii testimonio usi sunt Tenedii adversus Sigeenses, i. 15, 13
Periclis λόγος ἐπιτάφιος, et ex eodem metaphora pulcherrima κατ' ἀναλογίαν, i. 7, 34. iii. 10, 7. dictum de insula Ægina, iii. 10, 7. dictum in Samios, iii. 4, 3. in Bœotos, ibid. in Lamponem, iii. 18, 1.
Periclis familia quomodo degenerarit, ii. 15, 3
Phayllus, Poeta Cyclicus, vel ut al. Cyclopis auctor, iii. 16, 7
Philammon, athleta, iii. 11, 13. 15
Philemon, ὁ ὑποκριτὴς, iii. 12, 3
Philippus petit transitum in Atticam, ii. 23, 6
Philocrates accusatus quid dixerit, ii. 3, 13
Philoctetes a Pratye morsus, iii. 11, 13
Philomela, iii. 3, 4
Pindari Olymp. i. initio, i. 7, 14. locus citatus, ii. 24, 2
Pisander quomodo Sophoclem interrogaverit, iii. 18, 6
Pisistratus exemplo est eorum, qui, tyrannidem affectantes, custodiam petunt, i. 2, 19
Pitholaus in judicium vocatus—et quid dictum sit de eo, iii. 9, 7
Pitholai dictum de Paralo, Atheniensium nave, iii. 10, 7. de Sesto oppido, ibid.
Pittaci apophthegma, ii. 12, 6. lex de ebriis, ii. 25, 7
Platonis (forte Comici) dictum in Archibium. i. 15, 15
Platonis Menexenus, sive ἐπιτάφιος p. 235. D. i. 9, 30. iii. 14, 11. Phædrus, p. 338. D. iii. 7, 11. Protagoras, p. 339, B. iii. 11, 2. Apologia Socratis, p. 27. B. iii. 18, 2. Ibid. ii. 23, 8. de Repub. V. p. 469, E. iii. 4, 3. VI. p. 488, B. ibid. X. p. 601, B. ibid. Gorgias, p. 469. B. conferend. i. 7, 22
Platonem Aristippi dictum in ii. 23, 12
Plexippus, fabula Antiphontis deperdita, ii. 2, 19
Polus, ii. 23, 29
Polybus, iii. 14, 6
Polycratis dictum in Thrasybulum, ii. 24, 3 de muribus, ibid. 6
Polyeucti Sphettii dictum in Speusippum, iii. 10, 7
Pratys, ὁ ῥαψῳδὸς, Niceratum vincit, iii. 11, 13
Prodici dictum de excitandis auditoribus dormitantibus, iii. 14, 9
Prologus fabulæ τῶν Εὐσεβῶν, iii. 12, 3
Prologus fabulæ Œnei, iii. 16, 7
Protagoras genera nominum divisit, iii. 5, 5
Protagoræ ἐπάγγελμα, sc. τὸ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν, male acceptum ab hominibus, et quare ii. 24, 11
Proverbia quædam, scilicet,
Αἰεὶ τὸν ὅμοιον, i. 11, 25
Αἰεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν, ibid.
Ἀττικὸς πάρεικος, ii. 21, 12
Δικαιοσύνη μικρόν ἐστι, i. 7, 37
Ἔγνω δὲ θὴρ θῆρα, i. 11, 25
Ἔλεος πρίασθαι καὶ τοὺς ἅλας ii. 23, 15

19, 5. Ὅτι, ἃ ὑπέσχετο, ἀπέδωκεν] Revocavi ὅτι ex Ven. Cam. et Major. sensu exigente. Vulgo διότι. BUHLE.

19, 5. Διότι ἃ ὑπέσχετο.] Διότι in exemplo novissimo ex ed. Veneta in ὅτι mutatum est. Sine caussa. In lectione διότι edd. Ald. Bas. Victorii (hujusque sine dubio etiam codices,) consentiunt. Ipsum quasi epilogi exordium adjicitur, ita tamen, ut non loquens orator introductus sit, sed indirecte ejus sermo declaretur. VATER.

19, 5. Ἢ μὴ κατ' ἀντικρὺ] Ex emendatione Victorii. Idem tuetur margo Ven. Ald. Bas. Ricc. εἰ μὴ κατ' ἀντικρύ. Ven. Cam. Spir. Major. εἰ κατ' ἀντικρὺ, omissa negativa. Non bene. BUHLE.

19, 5. Ἢ μὴ κατ' ἀντικρὺ est ex libris scriptis Victorii. Edd. vett. vel εἰ μὴ κατ' ἀντ. vel εἰ κατ' ἀντ. VATER.

19, 5. Περὶ τούτου — ταδὶ] Eædem edd. περὶ τοῦδε — τάδε. BUHLE.

19, 5. Ἐγὼ δὲ τάδε καὶ διὰ ταῦτα.] Cod. Victorii, ἐγὼ δὲ καὶ ἅδε καὶ ταῦτα. VATER.

19, 5. Ἢ οὗτος τί ἔδειξεν] Edd. Ald. Ven. Bas. Cam. Spir. ἡ δὴ οὕτως τί ἔδειξεν. Habet tamen Ven. nostrum in margine. BUHLE.

19, 5, Ἢ δὴ οὕτως, ἢ ἐκ παραβολῆς] Verba ἢ ἐκ παραβολῆς pro Scholio habet Victorius (Comment. p. 755), in qua conjectura ei adstipulor. Quod si verba retinere malis, pro ἢ saltem legendum est ἤγουν. BUHLE.

19, 5. Ἢ ἐκ παραβολῆς.] Hæc verba equidem non magis, quam Victorius Buhliusque, ferre possum. Nam utraque ratio, si ἐξ εἰρωνείας et ἐρωτήσεως argumenta adversarii cum tuis compares; ac si *pro ordine, quem ipsa natura præcipit*, argumenta tua, iisque expositis, adversarii colloces; utraque igitur hæc ratio *comparatio* est, quæ perorationem tractanti omnino commendata paullo ante cernitur. Itaque non convenit, ἢ ἐκ παραβολῆς vel ut tertium aliquid nominari, vel deleta particula ἢ cum sola prima parte conjungi. In Schol. Gr., quem Victorius refert jubere, ut voculam ἢ deleas, hæc correctio non invenitur. Schol. Gr. in sermone suo ἢ οὖν habet, quæ explicatio est, non lectio. Si retentis his verbis solummodo ἢ in ἤτοι vel ἤγουν mutare malueris; præter illud, quod jam dixi, obstat, quod Aristoteles alias ita non loquitur. VATER.

19, 5. ἢ ἐκ παραβολῆς.] Assentior P. Victorio ista verba pro glossemate habenti. SCHRADER.

19, 6. Ineptissimum mendum etiam nunc habet ipse finis libri, τελευτή. Ocius scribe mecum τελευτῇ, ut sit, τελευτῇ (τοῦ λόγου) ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος τῆς λέξεως. Nosti τὴν ἀσύνδετον rhetorum, σύνταξιν puta. Quid vulgatum significet, ἡ ἀσύνδετος τελευτὴ τῆς λέξεως, nullo modo comminisci possum. WOLF. Ita etiam scribendum suspicatur Victorius.

19, 6. Ἀσύνδετος.] Vide Ernesti Lex. Techn. in Διαλελυμένη.

19, 6. εἴρηκα.] Lysias orationem c. Eratosthenem pariter finit: ἀκηκόατε, ἑωράκατε, πεπόνθατε, ἔχετε, δικάζετε. V. et illam c. Andocidem p. 257. Idem tamen per polysyndeton claudit orationem primam c. Theomnestum. Cicero epilogo Cluentianæ itidem ponit asyndeta, at in quartæ Catilinariæ et illius quæ est pro Flacco perorationibus asyndeto jungit polysyndeton. SCHRADER.

INDEX

RERUM ET NOMINUM,

PRÆCIPUE

AUCTORUM IN HOC OPERE CITATORUM.

A.

ACHILLES irascitur Achivis in Tenedo insula, ii. 24, 6
Achilli quænam fuerint peculiaria, ii. 22, 12.
Achillis laudandi materia, i. 3, 6. iii. 17, 11.
Ægina insula, glama Piræei, iii. 10, 7
Ægyptiorum responsum regi Psammetticho, iii. 16, 5
Æmon, in Sophoclis Antigona, iii. 16, 11. 17, 16.
Ænesidemus quare miserit Geloni cottabia, i. 12, 36
Æschinis (Socratici) dictum de Cratylo, iii. 16, 10
Æsionis metaphoræ, iii. 10, 7
Æsopi Fabulæ, ii. 20, 3. 5. 6
Agathonis Tragici locus, ii. 19, 13. 24, 16
Agesipolis quid dixerit Apollini Delphico, ii. 23, 12
Ajax, fabula Theodectis, ii. 23, 20. 25
Alcidamas, epithetis utitur nimium crebris, iii. 3, 1
Alcidamantis metaphoræ frigidæ et longe petitæ, iii. 3, 4. duplicia nomina, iii, 3, 1. voces peregrinæ, ibid. epitheta frigida, ibid. 3. locus citatus, ii. 23, 11. Oratio Messeniaca i. 13, 3
Alcibiadis familia quomodo degenerarerit, ii. 15, 3
Alcinoi Apologus, iii. 16, 7
Alcæi et Sapphonis dialogus, i. 9, 20
Alexander, Oratio rhetoris cujusdam incerti, ii. 23, 8. 24, 7
Alexandri (Paridis) laus, ii. 23, 12
Alcmæon, fabula Theodectis, ii. 23, 3
Alphesibœæ dictum, ex eadem fabula, ii. 23, 3
Amasis in cæde filii non lacrymavit, super amicum mendicantem lacrymas effudit, ii. 9, 12
Amphiaraum Pittaci dictum in ii. 12, 6
Anaxagoras a Lampsacenis sepultus est, et memoria ejus ab iisdem in honore habita, ii. 23, 11
Anaxandridæ iambicum de filiabus alicujus, iii. 10, 7. celebre dictum, 11, 8. Γεροντομανία, fabula deperdita, iii. 12, 3.
Androclis Pitthei dictum de legibus, ii. 23, 22
Androtionis imago de Idrieo, iii. 4, 3
Antigone Sophoclea fratrem magis curat quam maritum et liberos, iii. 16, 9
Antimachi locus, de Teumesso, Bœotiæ colle, iii. 6, 7
Antiphontis Plexippus, ii. 2, 19. Meleager, ii. 23, 20. morituri dictum, ii. 6, 27.
Antisthenis imago de Cephisodoto, iii. 4, 3
Archibius, i. 15, 15
Archidamus, iii. 4, 3
Archilochus, quamvis maledicus, a civibus suis magno in honore habitus, ii. 23, 11
Archilochi duo loci citati, iii. 17, 16
Archytæ dictum, iii. 11, 5
Areopagitæ ἴξω τοῦ πράγματος dicere prohibebant, i. 1, 5
Argivi puniunt eos propter quos vel lex fertur, vel carcer ædificatur, i. 14, 4
Aristippi dictum in Platonem, ii. 23, 12
Aristogitonis et Harmodii amor, ii. 24, 5. statuæ in foro collocatæ, i. 9, 38

Aristophanis Babylonii, iii. 2, 15
Aristopho, ii. 23, 7
Athenienses Homeri testimonio usi sunt de Salamine, i. 15, 13. cum Epidauriis et maritimis paciscuntur, iii. 10, 7. inter Athenienses laudare facile, i. 9, 20. iii. 14, 15
Athos perfossus, iii. 9, 7
Attica Phiditia, iii. 10, 7
Attici rhetores ὑπερβολαῖς utuntur, iii. 11, 16
Autoclis dictum in Mixidemidem, ii. 23, 12

B.

Babylonii, fabula Aristophanis deperdita, iii. 2, 15
Biantis præceptum de amicitia, ii. 13, 4. 21, 13
Bœoti similes ilicibus, iii. 4, 3
Brysonis sophisma, iii. 2, 13

C.

Calliæ responsum Iphicrati, iii. 2, 10
Calliopes clamor, iii. 2, 11
Callippus erga Dionem quomodo se gesserit, i. 12, 29
Callippi rhetoris ars qualis fuerit, ii. 23, 14. 21
Callisthenes capitis damnatus, ii. 3, 13
Callistrati accusatio, i. 7, 13. Oratio Messeniaca, iii. 17, 14. Melanopi accusatio, i. 14, 1
Calydon, iii. 9, 4
Carcini Medea, ii. 23, 28. Œdipus, iii. 16, 11
Carthaginienses spoliati, i. 12, 18
Cephisodotus, iii. 4, 3
Cephisodoti dictum in triremes, iii. 10, 7. in concursus populares, ibid. de Charete, ibid. ad Athenienses, ibid.
Chabriæ accusatio, i. 7, 13. defensio, iii. 10, 7
Chæremon, poeta ἀκριβὴς, iii. 12, 2. Ejusdem Pentheus, ii. 23, 29
Chares ab Isocrate accusatus, in Oratione Sociali, sive de Pace, iii. 17, 10. Olynthiaci belli rationes reddit, iii. 10, 7
Charetis cum Eubulo lis, i. 15, 15
Charidemus, ii. 23, 17
Charon faber, in Archilochi Iambis, iii. 17, 16
Chii Homerum magnopere honorabant, ii. 23, 11
Chilo a Lacedæmoniis, quamvis literarum minime studiosis, in Senatorum numerum cooptatus est, ii. 23, 11
Chilonis præceptum, Μηδὲν ἄγαν, ii. 12, 14. 21, 13.
Chœrilus, iii. 14, 4. 6
Cimonis familia quomodo degeneraverit, ii. 15, 3
Cleon, iii. 5, 2. 8, 1
Cleophon contra Critiam Solonis Elegis usus est, i. 15, 13.
Cleophontis locutio ridicula, iii. 7, 2
Conon ad Evagoram se contulit, ii. 23, 12
Cononis dictum de Thrasybulo, ii. 23, 29
Coracis rhetoris ars unde sit conflata, ii. 24, 11
Corinthii quare irascantur Simonidi, i. 6, 24
Cratylus, iii. 16, 10
Critias, iii. 16, 3
Critiæ lis cum Cleophonte, i. 15, 13
Crœso datum oraculum, iii. 5, 4
Cycni fortitudo, ac cædes, ii. 22, 12
Cydias de Sami κληρουχίᾳ quid dixerit Atheniensibus, ii. 6, 24

D.

Darii expeditio, ii. 20, 3
Demadis dictum in Demosthenem, ii. 24, 8
Democratis dictum de Oratoribus, iii. 4, 3
Democriti Chii jocus in Melanippidem, iii. 9, 6
Demosthenis (ducis) dictum in Athenienses, iii. 4, 3
Demosthene de δίκῃ, ii. 23, 3
Diogenis Cynici dictum in cauponas Atticas, iii. 10, 7
Diomedes cur Ulyssem prætulerit, ii. 23, 20. iii. 15, 10
Diomedontis Publicani dictum de vectigalium redemptura, ii. 23, 3
Dioni quid fecerit Callippus, i. 12, 29
Dionysii cognomento Æneï locus ex Elegis, iii. 2, 11
Dionysius Siculus tyrannidem affectans custodiam petit, i. 2, 19
Dionysii prioris familia quomodo degeneraverit, ii. 15, 3
Diopithi mortuo munera a Persarum rege missa sero nimis pervenerunt, ii. 8, 11
Dorieus, victor Olympicus, i. 2, 13
Draconis leges, ii. 23, 29

E.

Eleatis quid responderit Xenophanes de Leucotheæ cultu, ii. 24, 27
Ἔλεοι, sive Miserationes, Thrasymachi, iii. 1, 7

Elis a Gorgia laudata, iii. 14, 11
Empedocles verbis ambiguis utitur, iii. 5, 4
Empedoclis locus, de non interficiendis animantibus, i. 13, 3
Epicharmus quomodo amplificatione usus sit, i. 7, 31
Epicharmi locus citatus, iii. 9, 10
Epidaurus, iii. 10, 7
Epigramma Simonidis in Olympicum victorem, i. 7, 32
Epimenides Cres, iii. 17, 10
Ergophilo accusato quid acciderit, ii. 3, 13
Evagoras, Cypri rex, quomodo ab Isocrate laudatus sit, ii. 23, 12
Eubulus Platonis dicto contra Charetem usus est, i. 15, 15
Euctemonis defensio, i. 14, 3
Eueni Parii pentameter, i. 11, 4
Euphrone Thebis occiso, reus cædis quomodo se defenderit, ii. 23, 3
Euripides, iii. 2, 5. 14, 6. ab Hygiænonte impietatis accusatus quid responderit, iii. 15, 8
Euripidis Hecuba, 864, 5. ii. 21, 2. Hippolytus, 988, 9. ii. 22, 3. 612. iii. 15, 8. Iphigenia in Aulide, 68, 9. ii. 24, 9. 80. iii. 11, 2. Iphigenia in Tauris, 727. iii. 6, 4. 1162. iii. 14, 10. Medea, 294, 5. ii. 21, 2. 6. 296, 7. ibid. Orestes, 234. i. 11, 20. Meleager, Fragm. I. iii. 9, 4. Troades, 1051. ii. 21, 5. 990. ii. 23, 29. 969, 971. iii. 17, 10. Telephus, Fragm. II. iii. 2, 10. Sthenobœa, Fragm. I. ii. 21, 2. Œneus, iii. 16, 7. Antiopa, Fragm. XXXIV. i. 11, 28. locus ex fabula incerta, Andromeda forte, i. 11, 8. locus alius, Fragm. III. ii. 23, 1.
Euripidis responsum ad Syracusios, ii. 6, 20
Εὐριβιάς, fabula incerti Auctoris sic dicta, iii. 12, 3
Euthydemi ratio sophistica, ii. 24, 3
Euthynus, ii. 19, 14
Euxenus, iii. 4, 3

F.

Fabulæ Æsopicæ, ii. 20, 2. Libycæ, ibid.
Fabula Æsopi pro demagogo Samio, ii. 20, 6. Stesichori in Phalarin, ii. 20, 5

G.

Geloni κοττάβια ab Ænesidemo missa, et quare, i. 12, 30
Γηρυονταμανία, fabula Anaxandridæ deperdita, iii. 12, 3
Glauco Teius τὸ περὶ τὴν ὑπόκρισιν ῥητορικὴν pertractavit, iii. 1, 3
Gorgias duplicibus nominibus frequenter usus est, iii. 3, 1
Gorgiæ εἰρωνεῖαι, iii. 7, 11. metaphoræ longe petitæ, iii. 3, 4. λέξις ποιητικὴ, iii. 1, 9. procemium orationis Olympicæ, iii. 14, 2. encomium in Eleos, iii. 15, 11. dictum de hirundine, iii. 3, 4. de seipso, nunquam sibi orationem deesse, iii. 17, 11. debere seria adversariorum argumenta ridiculis evertere, et contra, iii. 18, 7
Græciæ luctus, iii. 10, 7. oculi, ibid.
Gygis opes, iii. 17, 16

H.

Harmodii et Aristogitonis amor, ii. 24, 5. statuæ Athenis in foro collocatæ, i. 9, 38
Hecabe Euripidis, in Troad. vs. 990, ii. 23, 29
Hegesippus. vid. Agesipolis
Helenam unde laudet Isocrates, ii. 23, 12
Heracliti (Ephesii) scripta interpunctu difficilia, iii. 5, 6
Herodici valetudo qualis fuerit, i. 5, 10
Herodici dictum de Thrasymacho, ii. 23, 27. de Polo, ibid. de Draconte legumlatore, ibid.
Herodoti Thurii Clio, 1. iii. 9, 2. Euterpe, c. 30. iii. 16, 5
Hesiodi locus, ii. 4, 21. 10, 6. vs. 248, 249. conferendi, iii. 9, 6
Hesione, Priami soror, iii. 15, 9
Hipparchi cædes, ii. 24, 5
Hippolochus, i. 9, 38
Homeri Iliad. A. 1. iii. 14, 6. 82. ii. 2, 7. 255. i. 6, 20. 356. ii. 2, 6. 477. iii. 2, 10. B. 160, 176. i. 6, 22. 196. ii. 2, 7. 298. i. 6, 22. 671, 2, 3. iii. 12, 4. 557. i. 15, 13. Δ. 126. iii. 11, 3. I. 588, 589, 590. i. 7, 31. 522. iii. 9, 9. 385, 388, 390. iii. 11, 16. 644. ii. 2, 6. Λ. 542, 3. ii. 9, 11. 573. iii. 11, 3. M. 243. ii. 21, 11. N. 587. iii. 11, 3. 799. ibid. O. 542. ibid. Σ. 109. i. 11, 9. ii. 2, 2. 309. ii. 21, 11. T. 164, 442, 445. iii. 4, 1. Φ. 168. iii. 11, 3. Ψ. 108. i. 11, 12. Ω. 54. ii. 3, 16. Odyss. A. 1. iii. 14, 6. Δ. 204. iii. 17, 6. Z. 327. iii. 14, 11. I. 504. ii. 3, 16. Λ. 597. iii. 11, 3. Ξ. 214. iii. 10, 2. O. 399, 400. i. 11, 8. T. 361. iii. 16. 10. X. 347. i. 7, 33. Ψ. 263, et seqq. iii. 16, 7
Homerus rebus inanimis metaphorice tribuit animata, iii. 11, 3. a Chiis magno in honore habitus, ii. 23, 11

Homeri testimonio usi sunt Athenienses, i. 15, 13
Hygiænontis Ἀντίδοσις, contra Euripidem, iii. 15, 8

I.

Jasonis Thessali dictum, i. 12, 31
Idrieus, iii. 4, 3
Incerti Poetæ senarii, de gratia non referenda iis, qui non sponte, sed coacti, in nos beneficia contulerint, ii. 23, 1. locus, de Thestio, ut videtur, et Œneo, filiis orbato, ii. 23, 5
Incerti Poetæ loci duo, ex Hymno, ut videtur, in Apollinis honorem, iii. 8, 6. locus, de ira moderanda, ii. 21, 6. de invidia, ii. 10, 5. hexameter, i. 15, 14. ii. 21, 11. locus de valetudine, ii. 21, 5. fabula ὁ Εὐσεβὴς dicta, iii. 12, 3. locus de quodam distorta crura habente, iii. 11, 13. de Philammone athleta, ibid. ænigma celebre, iii. 2, 12. locus (f. Epicharmi) ii. 21, 6. loci plures, iii. 8, 6. 11, 6. 8. 14, 5. metaphoræ, iii. 6, 7.
Incerti Oratoris dictum de Pitholao et Lycophrone, iii. 9, 7. dicta, ex Oratione de Alexandro, (Paride,) ii. 23, 8. 24, 7
Incertorum Auctorum loci, et exempla varia, ii. 23, 15. 18. 23. 24, 2. 7. 9. iii. 5, 2. 9, 9. 10, 7. 11, 7. 8. 13. 15. 12, 3. 4. 14, 3. 9. 15, 3. 16, 4. 5. 9. 17, 9
Jocasta, in Œdipo Carcini, iii. 16, 11
Iphicratis dictum de seipso, i. 7, 32. 9, 31. de Thebanis Philippo transitum in Atticam præbentibus, ii. 23, 6. de statua ipsi donanda, ex Orat. contra Harmodium, ii. 23, 6. ex eadem Oratione ii. 23, 8. contra Aristophontem, ii. 23, 7. in Calliam, iii. 2, 7. contra Charetem, iii. 10, 7. contra Nausicratem, iii. 15, 2. de filio suo, ii. 23, 17. de fœdere Atheniensium cum Epidauriis icto, iii. 10, 7
Ismeniæ et Stilbonis controversia, ii. 23, 11
Isocrates ἀντιστραφεὶς utitur, i. 9, 38. inter hortandum alios accusat, iii. 17, 10. Helenam unde laudet, ii. 23, 12. Orationes suas alienis laudationibus, tanquam episodiis, ornat, iii. 17, 11
Isocratis dictum de Euthyno, ii. 19, 14. Archidamus conferendus, p. 126. B. iii. 17, 17. Oratio περὶ τῆς Ἀντιδόσεως, iii. 17, 16. de Evagora, rege Cyprio, p. 199. C. ii. 23, 12. Helenæ Encomium, initio, iii. 14, 1. p. 212. et 215. D. ii. 23, 12
Isocratis Oratio Socialis, sive de Pace, iii. 17, 10. p. 179. E. iii. 11, 7
Isocratis Oratio ad Philippum, p. 84. C. iii. 11, 2. p. 84. E. iii. 10, 7. p. 90. B. iii. 11, 5. p. 94. C. iii. 11, 7. p. 96. D. iii. 10, 5. p. 96. D. iii. 17, 16. p. 108. A. iii. 11, 2. Oratio Panegyrica, initio, iii. 9, 7. 14, 2. p. 79. E. iii. 7, 11. p. 60. D. ibid. p. 47. D. iii. 9, 7. p. 48. E. ibid. p. 50. C. ibid. p. 55. B. ibid. p. 58. E. ibid. p. 62. D. ibid. p. 71. E. ibid. p. 78. E. ibid. p. 80. A. ibid. p. 78. D. iii. 10, 7. p. 76. D. ibid. p. 72. C. ibid. p. 66. B. iii. 17, 10
Italiotæ Pythagoram magnopere honorabant, ii. 23, 11

L.

Lacedæmonii Chilonem in Senatorum numerum cooptarunt, ii. 23, 11
Lacedæmoniorum fœminæ vitiosæ, i. 5, 6
Lacedæmone comam alere honestum, et quare, i. 9, 26
Laconica apophthegmata quibus locis conveniant, ii. 21, 8
Laconici cujusdam Ephori responsum, iii. 18, 6
Lampo a Pericle interrogatus quid dixerit, iii. 18, 1
Lampsaceni Anaxagoram sepeliverunt, et memoriam ejus diu coluerunt, ii. 23, 11
Leodamas, Callistratum et Chabriam accusans, quid dixerit, i. 7, 13
Leodamantis a Thrasybulo accusati defensio, ii. 23, 25
Leptinis dictum de Lacedæmoniis bello afflictis, iii. 10, 7
Leucotheæ cultus, ii. 23, 27
Libycæ fabulæ, ii. 20, 2
Licymnii dictum, iii. 2, 13
Licymnius, in arte sua, nova nomina, sed inania et nugatoria, invenit, iii. 13, 5. inter Poetas Dithyrambicos ἀναγωγικὸς et ἀκριβὴς, iii. 12, 2
Lycoleon, Chabriam reum defendens, quid dixerit, iii. 10, 7
Lycophron, iii. 3, 1. in judicium vocatus—et quid dictum sit de eo, iii. 9, 7
Lycurgi leges Lacedæmoniis magnopere profuerunt, ii. 23, 11
Lysiæ locus, ex Oratione deperdita, ii. 23, 19. λόγος ὑπὲρ σφῶν iii. 10, 7

M.

Mantias, orator Atheniensis, ii. 23, 11
Marathonia pugna, ii. 22, 6

Medea, fabula Carcini deperdita, ii. 23, 28
Melanippides a Democrito Chio irridetur, iii. 9, 6
Melanopus a Callistrato accusatus, i. 14, 1
Meleager, fabula Antiphontis deperdita, ii. 23, 20
Messeniaca oratio. v. Alcidamas et Callistratus.
Miltiadis decretum, iii. 10, 7
Mixidemidis accusatio, ii. 23, 12
Mœroclis dictum, iii. 10, 7
Mytilenæi Sapphonem honorabant, ii. 23, 11

N.

Nausicrates, iii. 15, 2
Nicanoris cædes, et judicum sententia de eadem, ii. 23, 3
Niceratus ὁ ῥαψῳδὸς, iii. 11, 13
Nireus, Græcorum pulcherrimus, ab Homero uno tantum in loco memoratur, iii. 12, 4

O.

Odyssea speculum vitæ humanæ, iii. 3, 4
Œdipus, fabula Carcini deperdita, iii. 16, 11
Œnei orbitas, iii. 16, 7
Olympici victoris cujusdam dictum de seipso, i. 7, 32. 9, 31
Olympionicarum præmium, i. 2, 13
Oraculum antiquum de Crœso, iii. 5, 4
Orestes, fabula Theodectis deperdita, ii. 24, 3

P.

Palamedes, in Γεροντομανίᾳ Anaxandridæ, iii. 12, 3
Pamphili ars qualis fuerit, ii. 23, 21
Parii Archilochum, quamvis maledicum, magnopere honorabant, ii. 23, 11
Pentheus, fabula Chæremonis deperdita, ii. 23, 29
Peparethiæ (Orationis forte pro urbe Peparetho habitæ) locus citatus, ii. 23, 11
Periandri Corinthii testimonio usi sunt Tenedii adversus Sigeenses, i. 15, 13
Periclis λόγος ἐπιτάφιος, et ex eodem metaphora pulcherrima κατ' ἀναλογίαν, i. 7, 34. iii. 10, 7. dictum de insula Ægina, iii. 10, 7. dictum in Samios, iii. 4, 3. in Boeotos, ibid. in Lamponem, iii. 18, 1.
Periclis familia quomodo degenerarit, ii. 15, 3
Phayllus, Poeta Cyclicus, vel ut al. Cyclopis auctor, iii. 16, 7
Philammon, athleta, iii. 11, 13. 15
Philemon, ὁ ὑποκριτὴς, iii. 12, 3
Philippus petit transitum in Atticam, ii. 23, 6
Philocrates accusatus quid dixerit, ii. 3, 13
Philoctetes a Pratye morsus, iii. 11, 13
Philomela, iii. 3, 4
Pindari Olymp. i. initio, i. 7, 14. locus citatus, ii. 24, 2
Pisander quomodo Sophoclem interrogaverit, iii. 18, 6
Pisistratus exemplo est eorum, qui, tyrannidem affectantes, custodiam petunt, i. 2, 19
Pitholaus in judicium vocatus—et quid dictum sit de eo, iii. 9, 7
Pitholai dictum de Paralo, Atheniensium nave, iii. 10, 7. de Sesto oppido, ibid.
Pittaci apophthegma, ii. 12, 6. lex de ebriis, ii. 25, 7
Platonis (forte Comici) dictum in Archibium. i. 15, 15
Platonis Menexenus, sive ἐπιτάφιος p. 235. D. i. 9, 30. iii. 14, 11. Phædrus, p. 338. D. iii. 7, 11. Protagoras, p. 339, B. iii. 11, 2. Apologia Socratis, p. 27. B. iii. 18, 2. Ibid. ii. 23, 8. de Repub. V. p. 469, E. iii. 4, 3. VI. p. 488, B. ibid. X. p. 601, B. ibid. Gorgias, p. 469. B. conferend. i. 7, 22
Platonem Aristippi dictum in ii. 23, 12
Plexippus, fabula Antiphontis deperdita, ii. 2, 19
Polus, ii. 23, 29
Polybus, iii. 14, 6
Polycratis dictum in Thrasybulum, ii. 24, 3 de muribus, ibid. 6
Polyeucti Sphettii dictum in Speusippum, iii. 10, 7
Pratys, ὁ ῥαψῳδὸς, Niceratum vincit, iii. 11, 13
Prodici dictum de excitandis auditoribus dormitantibus, iii. 14, 9
Prologus fabulæ τῶν Εὐσεβῶν, iii. 12, 3
Prologus fabulæ Œnei, iii. 16, 7
Protagoras genera nominum divisit, iii. 5, 5
Protagoræ ἀπάγγελμα, sc. τὸ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν, male acceptum ab hominibus, et quare ii. 24, 11
Proverbia quædam, scilicet,
Αἰεὶ τὸν ὅμοιον, i. 11, 25
Αἰεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν, ibid.
Ἀττικὸς πάροικος, ii. 21, 12
Δικαιοσύνη μικρόν ἐστι, i. 7, 37
Ἔγνω δὲ θὴρ θῆρα, i. 11, 25
Ἕλκος πρίασθαι καὶ τοὺς ἄλλας ii. 23, 15

Ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι πᾶσιν, ii. 6, 18
Ἐπὶ θύραις τὴν ὄψιν, i. 6, 22
Ἥλιξ ἥλικα τέρπει, i. 11, 25
Ἰχθύες ἁλὸς δέονται, ii. 23, 22
Κἂν ἀπὸ νικροῦ φέρειν, ii. 6, 5
Καρπάθιος τὸν λαγών, iii. 11, 14
Καύνιος ἔρως, ii. 25, 4
Κεραμεὺς κεραμεῖ, ii. 4, 21. 10, 6
Κοινὸς ὁ Ἑρμῆς, ii. 24, 2
Μήποτ' ἐν ἕρδειν γίγεντα, i. 15, 14
Μυσῶν λίθε, i. 12, 20
Νήπιος, ὃς σατίρῃ κτείνας παῖδας καταλείπει, i. 15, 14. ii. 21, 11
Προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία, i. 12, 23. v. Euripid. Iph. Aul. 1180
Τὰ κακὰ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, i. 6, 20
Τὰ στίμφυλα δεῖται ἐλαίου, ii. 23, 22
Τὸ συγγενὶς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐσίσταται, ii. 10, 5
Psammeticho regi quid responderint Ægyptii, iii. 16, 5
Pythagoras ab Italiotis in honore habitus, ii. 23, 11

R.

Rhadamanthus, in Γερυτομανίᾳ Anaxandridæ, iii. 12, 3

S.

Samii pueris similes, et quare, iii. 4, 3
Sappho apud Mytilenæos in honore habita, ii. 23, 11
Sapphonis responsum Alcæo, i. 9, 20. dictum de morte, ii. 23, 12
Simonidis locus de Corinthiis, i. 6, 24. metaphora, de viro bono, iii. 11, 2. epitaphium in Archedicen, Hippiæ filiam, i. 9, 31. epigramma in victorem Olympicum, i. 7, 32. 9, 31. responsum Hieronis uxori, de sapientibus et divitibus, ii. 16, 2. carmen de mulabus Olympionicæ cujusdam, iii. 2, 14
Sisyphi lapis, iii. 11, 3
Socrates accusatorem Meletum quomodo interrogaverit, iii. 18, 2
Socratis familia quomodo degenerarit, ii. 15, 3. dictum de laudandis Atheniensibus, i. 9, 30. iii. 14, 11. de Archelao, ii. 23, 8
Socrates, oratio Theodectis sic dicta, ii. 23, 13
Socraticæ παραβολαὶ, ii. 20, 4
Socratici sermones ἤθη habent, mathematicæ demonstrationes non item, iii. 16, 8
Solonis Elegi, i. 15, 13. Leges Atheniensibus magnopere profuerunt, ii. 23, 11. Lex graviorem pœnam imposuit, si quis τὸν ἐτεροόφθαλμον τυφλώσῃ, [cf. Diogen. Laert. in Vit. Solon.] i. 7, 41
Sophoclis (Euripidis) Iambi, iii. 9, 4. Antigona, 463, 4, 5. i. 13, 2. 15, 6. 229, iii. 15, 10. 924, iii. 16, 9. 647, iii. 16, 11. 704, et seqq. iii. 17, 16. Œdipus Tyrannus, 793. iii. 14, 6. Σύνδειπνοι, ii. 24, 6. (forte) Teucer, fabula deperdita, ii. 23, 7. iii. 15, 9. Tyro, ii. 23, 29
Sophocles calumnianti quid responderit, iii. 15, 3
Sophocles (orator, et vir politicus,) pro Euctemone quid dixerit, i. 14, 3. ejusdem responsum Pisandro, iii. 18, 6
Speusippus, iii. 10, 7
Stesichori fabula in Phalarin, ii. 20, 5. dictum in Locrenses, ii. 21, 8. iii. 11, 6
Stilbonis et Ismeniæ controversia, ii. 23, 11
Strabax, ii. 23, 17

T.

Telephus, fabula Euripidis deperdita, iii. 2, 10
Tenediorum cum Sigeensibus lis, i. 15, 13
Teucer, Tragœdia deperdita, (forte Sophoclis,) ii. 23, 7. iii. 15, 9
Temmessus, iii. 6, 7
Theagenes Megarensis exemplo est eorum qui tyrannidem affectantes custodiam petunt, i. 2, 19
Thebæ, philosophis remp. administrantibus, floruerunt, ii. 23, 11
Themistoclis interpretatio oraculi de muris ligneis, i. 15, 14
Theodamantis dictum de Archidamo, iii. 4, 3
Theodectea rhetorica, iii. 9, 9
Theodectis Ajax, fabula deperdita, ii. 23, 20. 24. dictum de Socrate, ex Oratione ejusdem nominis, ii. 23, 13. dictum aliud (forte) ex eadem oratione, ii. 23, 18. Alcmæon, fabula deperdita, ii. 23, 3. Orestes, ii. 24, 3. locus ἐκ τοῦ νόμου, ii. 23, 11. locus alter, ii. 23, 17
Theognidis metaphora, (τόξον, φόρμιγξ ἄχορδος,) iii. 11, 11
Theodori rhetoris ars qualis fuerit, ii. 23, 28. dictum de novis rebus dicendis, iii. 11, 6. in Niconem citharœdum, ibid.
Theodori sectatores Orationis partes quomodo diviserint, iii. 13, 5
Theodori Tragœdi vox præ aliis histrionibus celebrata, iii. 2, 4
Thessaliscus Ismeniæ filius, ii. 23, 11

Thrasybulum quomodo Conon appellaverit, ii. 23, 29
Thrasymachi rhetoris Ἔλεοι, sive Miserationes, iii. 1, 7. dictum de Nicerato, iii. 11, 13
Thrasymachum quomodo Herodicus appellaverit, ii. 23, 29
Thrasymachus Pæane primus usus est, iii. 8, 4
Timothei metaphora, ἀσπὶς, φιάλη Ἄρεως, iii. 4, 4. 11, 11

U.

Ulysses, apud Homerum, prolixe Alcinoo, perpaucis versibus Penelopæ, errores suos narrat, iii. 6, 7
Ulyssis dictum ἐν τῷ Τυφλῷ, iii. 15, 9. Ajaci, ex fabula Theodectis, ii. 23, 24

X.

Xenophanis dictum de piis et impiis jurejurando sese obstringentibus, i. 15, 29. contra Hesiodum Theogoniæ scriptorem, ii. 23, 18. Xenophanis dictum Eleatis, de Leucotheæ cultu, ii. 24, 27
Xenophontis Hellenic. IV. 7. ii. 23, 12
Xerxis expeditio, ii. 20, 3

Z.

Zeno exemplo est eorum, quibus ἀδιάφορα εἰς ἐπαινόν τινα i. 12, 10